poesie greca

filologia

[redacted]

IN GRAE CORVM EPIGRAMMA TVM LIBROS QVATVOR

Annotationes longè doctissimae, iam primum in lucem editae,

VINCENTIO OBSOPOEO AVTORE.


Adiecimus quoq; rerum ac uerborum memorabilium indicem locu pletißimum.

Cum gratia & priuilegio ad quinquennium.

BASILEAE.

AMPLISSIMO ATQVE ORNATISS. VIRO D. SEBA*stiano Hellero, Illustriss. Principum ac Dominorum Georgij & Alberti Marchionum Brandenburgensiū, &c. Cancellario, & legum Imperialium Doctori, patrono suo summo,*

VINCENTIVS OBSOPOEVS S.



Gathias Scholasticus, patria Smyrnęus, qui, ut author est Suidas, Iustiniani Imperatoris tēporibus in uiuis fuit, quiq; Procopij historiam suppleuit, mandatis memoriæ reb. à Iustiniano per Belisarium & Narseten suos duces, cūm in Italia, tū Aphrica & apud Byzantiū gestis, Hellere, uirtutibus, ingenio, eruditione uir ornatissime, peragratis totius Græciæ ciuitatibus, τὸν κύκλον τῶν νέων ἐπιγραμμάτων, hoc est, ingens uolumen nouorū epigrāmatum



à diuerſis & nobilibus poëtis editorũ collegit. Hæc poſtea Maximus Planudes, monachus Conſtantinopolitanus, uir multæ eruditionis & præſtantis ingenij, ab hinc annos ferè centum quinquaginta, reſectis obſcœnioribus & laſciuioribus decurtata, & in ſeptem libros diſtributa coëgit, ac magna ſtudioſorum utilitate edidit. Tractant enim argumenta diuerſiſſima, rerum partim geſtarũ, partim tanquam geſtarum. ſuntq́ tanta argutia, lepore, feſtiuitate & ingenio elucubrata, ut in hoc genere apud Græcos & Latinos nihil uſpiam reperiatur argutius, nihil feſtiuius, nihil abſolutius. Cum autem quædã obſcuriora ſint, aut propter remotiores hiſtorias, aut occultiores alluſiones, q̃ ut ab imperitioribus queant intelligi, ea mihi explicãda et enarrãda ſumpſi, perſuaſus & adductus ad hoc audaciſſimũ facinus

D. Thomæ

D. Thomæ Venatorij uiri doctiss. & ornatissimi authoritate et cõsilio, qui & opellam aliquam mihi communicauit Marci Musuri, à quo hæc epigrãmata Patauij publicitus sunt prælecta. Porrò autẽ nemini nostræ proderũt annotationes, qui huius linguę adhuc omnino est rudis. neque enim indoctis scripsimus, sed his qui in hac lingua iam aliquem progressum non pœnitendum fecerunt. Nam tametsi satis pingui (ut aiunt) Minerua omnẽ rem tractauerimus, neq; tamẽ omnia ad uiuũ resecuimus, & minima quęq; sumus consectati, quæ primum incipientibus necesse est diligentius tradi & explicari. Nam ea ferè quę ad grammaticam tractationem attinent, nempe uerborũ deriuationes, inflexiones, linguarum dialectos, et alia, data opera omisimus. fuisset enim res immensi negocij, quo properantem & cupidũ
 lectorem

ſectorem & tædio affeciſſem, & mole-
ſtè fuiſſem remoratus. In ſenſu uerbo-
rum explicando diligenter laborauí-
mus. Et quanquã in multis locis libro
rum copia deſtitutis nobis tantũ fue-
rit diuinandũ, & coniecturis utendũ,
(quis enim omniũ ingeniorũ ſenſus
& cogitationes in reb. ita uetuſtis po-
teſt aſſequi?) ita tamẽ idoneis argumẽ
tis omnia illuſtrare ſtuduimus, ut ſtu-
dioſis lectoribus mihi uidear οὐκ ἄχαριν
χάριτα exhibuiſſe, uel ob ſingulorũ ſal-
tem epigrammatum argumenta expli
cata. Sed mihi rubori fore metuo, ſi
ambitioſius operam meam commen
darem, præſertim ipſa re ſemet indican
te. Illud reticere nequeo, hactenus qui-
dem multos uiros excellenter erudi-
tos horum epigrammatum non pau-
ca animi gratia in linguam latinã con-
uertiſſe: ſed niſi ſimpliciſſima & aper-
tiſſima, à cæteris haud dubiè difficul-
tate

tate & obſcuritate abſterriti. quibus ego ſpero nunc non parum lucis per me acceſſiſſe: id quod candidus lector iſtis uel obiter deguſtatis ingenuè fatebitur. Et ſi erunt quædam nobis non ad unguem intellecta & explicata, aut ubi lectori non per omnia ſatisfecerimus, ſicut certa pleraq; eſſe non inficiamur, quiſq; mihi ob multos locos rectè enarratos non ægrè & difficulter ueniã dabit. Nullũ adhuc uidi grãmaticũ, aliquẽ poëtarũ enarrantẽ, qui lectori in omnibus ſatisfeciſſet. Quoties in Virgilio deſideratur opera Seruij? quoties Acronis, & alterius eius collegæ ſuper Horatiũ? ut de recẽtioribus, Chriſtoph. Landino, Antonio Mancinello, Domitio, & alijs pluribus taceã, qui magnũ quiddã & omniũ admiratiõe & plauſu dignũ ſe feciſſe et attuliſſe putãt, ſi Probi, aut Donati, aut aliorũ ueterũ grãmaticorũ uerba ſuis

annotationibus, tanquã cramben bis recoctam, iterum infarciunt, & ibi fuerint loquaciſſimi, ubi uerboſa multiloquentia opus eſt minime: ibi autem piſcibus mutiores, ubi res, aut unus aliquis locus copioſiorem interpretationẽ requirit. Idem affirmare poſſem quoq; de Græcorum commentatoribus, niſi eruditis hoc non obſcurum eſſe conſiderem. Spero itaq; me facilè ueniam impetraturũ à quouis lectore nõ ingrato, & cãdido, ubi ſenſerit interdũ me dormitantẽ, aut leuiter hallucinantẽ. Neq; enim cuiuſuis eſt ingenij, epigrãmatũ ſenſus enodare. Quî enim factum eſt, quod hactenus apud latinos Martialis nullum idoneum enarratorem, excepto Sipontino, repererit, cum cæteri ferè omnes poëtæ ſuum quiſq; nactus ſit interpretem? An ea cauſa eſt, quòd Virgilius intellectu ſit facilior quàm Martialis?

Equidem

Equidem nō alia. Et Homerus apud Græcos apertior eſt, & facilior, quàm hæc epigrãmata. Sed hac de re hactenus. Cæterum quatuor tantum libros in præſentiarum enarrauimus: Primum, qui preter uarias multarum rerum & perſonarum deſcriptiones, pleraq; ſententioſa & moralia comple ctitur epigrammata; & Secundũ, qui totus eſt ſatyricus, & planè multos Martiales in ſubſannandis & carpendis uitijs exprimit: & Tertium, de epi taphijs clarorum hominũ, quem ego omnium ingenioſiſſimum eſſe autumo; poſtremo Septimũ, qui eſt amatorius, plenus omni lepore, uenere, & uenuſtate. Hos qui ad unguem intellexerit, perſuaſiſſimum habeo, eum & Quartum, quo illuſtrium uirorum ſtatuæ & picturæ, ſicut à Philoſtrato factum eſt, deſcribũtur: & Quintum, cuius author fuit Chryſodorus poëta

 Thebanus,

Thebanus, τῶν ἀγαλμάτων ἐκφράσεις complectentē: & Sextum, de dedicamentis, ſiue donarijs, ſine negocio intellecturum. Nam earum perſonarum hiſtorias & deſcriptiones, quarum imagines καὶ ἀναθήματα in poſterioribus deſcribuntur, in prioribus diligenter tractauimus. Eaq́ꝫ cauſa fuit, quare poſteriores tres libros iam intactos reliquerimus. Si tamen hanc operam ſtudioſæ iuuentuti non ingratam eſſe perſpexero, & operæprecium uiſum fuerit etiam reliquos explicare, & illos nacti ocium deinceps breuibus ſcholijs illuſtrare conabimur. Tibi autē, Hellere, uir clariſſime, hunc eruditiſſimarū Muſarum, & iucundiſſimarum nympharum chorum, hoc eſt, hæc elegantiſſima & doctiſſima epigrāmata cum noſtris Annotationibus nominatim dedicare uolui, cū ob ingenij tui amœniſſimi candorē, ſuauitatē, & humanita-

nitatē, quibus Musæ unicè delectantur: tum etiam, quòd tu Musis quantumuis tandem hac tempestate spretis, uicissim & delectaris & afficeris, earundemq́; cultores & colis reuerenter, & quod potes, benignè adiutas, atque euehis. Neque enim unquam cum nostris torquatis proceribus, id est, Centauris illis, & hominibus barbaris & amusis, aut potius Cyclopibus, & nonnullis etiā indoctis, & malè feriatis leguleis te sensisse animaduerti: qui, quia nihil dignum Musis facere norunt, ideo etiam humaniores literas extremo odio prosequuntur, & studium nostrum planè frigidum & inutile esse iudicant. Ab his Musas contemni, nō magnopere doleo, quippe in quibus & Musæ nihil laude aut celebratione dignum inueniunt, multa tamen quæ uituperanda

& saty-

& satyrico more carpenda forẽt uidentes. Vitiosi auersantur nostra studia, uirtute pręditi amplectũtur. Est enim uerissimum quod in præfatione quadam scripsit Claudianus,

Gaudet enim uirtus testes sibi iungere Musas:
Carmen amat, quisquis carmine digna gerit.

Ego itaq; & tibi, posthabitis Musarũ contemptoribus, carminũ amatori, quia carmine digna facis, omnibus ornatus uirtutibus, pro tuis multis meritis, quibus me cumulatissimè affecisti, carminibus gratiam persoluam. Et quod in quadam elegia ad doctissimũ & humanissimũ uirum D. Ioannem Magenpuchium scripsi,

Carmine digna facis, tibi præmia carmine reddã,
Carmine uirtutes nobilitabo tuas.

Sed cur non totam elegiam hic subijcio? neq; enim inuidebis, hominis optimi & tibi coniunctissimi laudes & uirtutes cum tuis hic pariter celebrari.

ri. Puta autē mutato nomine, & te his uersiculis laudari, qui huic argumento mihi ualde quadrare & conuenire uidentur. Sic uero patrono officiosissimo & fidelissimo, secunda iam uice à grauissimis torminibus eius opera liberatus, gratias egi:

Iane Magenpuchi, memorabilis arte medendi,
Qui mihi perpetuò numinis instar eris.
Qui me bis nigræ reuocasti à limine mortis,
Producens uitæ pensa columq; meæ.
Quæ pro seruata reddam tibi præmia uita?
Quæ'ue tibi gratus munera digna parem?
Non equidem meruisse nego te maxima quæq;,
Maxima pensari queis benefacta solent.
Quàm cupidè flauo conflatam ex ære columnam
Erigerem grato pectore Iane tibi,
Aureus ut cuncto stares spectabilis orbi,
Si uotis felix sors foret æqua meis.
Sed quia nunc animo fortuna maligna repugnat,
Quod potero, tenui carmine gratus ero.
Qui tuus est candor, non suffers spernere carmē:
Carmen amat, quisquis carmine digna facit.
Carmine digna facis, tibi præmia carmine reddā:
Carmine uirtutes nobilitabo tuas.

Nec precium uulgare puta: sunt maxima laudes
Præmia, pro meritis has Deus ipse petit.
Musa tibi primos semper mea reddet honores:
Te mea, sit quamuis rustica, Musa canet.
Quodq; mihi facto benefeceris, hoc tibi uerbis
Soluam, contentus si tamen esse potes.
Sed tamen esse uelis, tantis uirtutibus auctus,
Sic alto ingenio, sordidus esse nequis.
Nunc miseros nos esse uides, & ubiq; reiectos,
Cernis Apollineæ plectra inhonora lyræ.
Spernunt hæc omnes feralia tempora uates,
Hoc omnis uirtus tempore spreta iacet.
Viue, uale, atq; rudes pro nummis accipe uersus:
Poßidet haud alias uersificator opes.

Tu quoq; Hellere, omnib. modis patrone clarissime, bene & feliciter cũ tota familia tua Vale, & hosce meos cõmentarios benigno animo suscipe: olĩ fortasse Sebastiano filiolo tuo, qui iã in literis bellè pubescere incipit, usui futuros. Quod ut fiat, faxit Christus opt. max. Onolczpachij, Mense Aprili, Anno ab orbe redempto

M. D. XXXIX.

VINCENTII OBSOPOEI tumulus, Thomæ Venatorij epigramma.

Vt qui sæpe tulit spoliato ex hoste triumphos,
Optatæ tandem tecta quietis amat:
Sic Vincens nuper uiciorum uictor, & hostis,
Huc sua correptus membra sopore dedit:
Euigilaturus tandem, cum se ultima prodet
Totius mundi quæ Tuba finis erit.

Aliud eiusdem.

Cum Christo Musas, cum Musis principis aulam,
Hæc tria qui potuit non sine laude sequi:
Nunc uictor requiem cœlo capit, hic ubi posthac
Quem iam conficiat, non super hostis erit.

FINIS.

IN LIBRVM

PRIMVM GRAECORVM EPIGRAMMATVM, VINCENtij Obsopœi Annotationes.



ΑΡΧΙΟΥ,

Εἰς τοὺς τέσσαρας ἀγῶνας. 1.



ΕΣΣΑΡΕΣ εἰσὶν ἀγῶνες.) Primum epigramma est Archiæ, de quatuor præcipuis Græciæ certaminibus, quæ sacra sunt appellata, unde & Hieronicæ uictores dicti: planũ et facile. Quorũ Olympicũ in Iouis, Pythicũ Apollinis, Nemeum Archemori, Isthmicum Palæmonis, siue Melicertæ, qui & Portunus latinis dictus est, honorem institutũ fuit. De quibus omnibus multa apud diuersos authores prodita reperiuntur, quæ hic consultò præteriuimus. De Archemoro & Palæmone uide Statium libro 4 & 5 in Thebaide. Quanquàm uerò Anacharsis Scytha apud Lucianũ, in dialogo qui est de Gymnasijs, horũ certaminũ præmia, ut magnopere uilia, ac tantis periculis & sudoribus non respondentia multũ rideat, florentes tamen Græcorũ res & fœlices domi forisq; fuisse constat, dum eiusmodi certaminibus Graia iuuentus uacabat. Nullum enim inter eos erat pecuniarũ certamen, sed uirtutis & gloriæ. quæ res etiam Persis hostibus admirationi fuit. Nam cũ Tigranes, ut author est Herodotus, in expeditione Xerxiana audisset à transfugis, iam in medio bello Græcos agere Olympia, et gymnici certaminis atq; equestris esse spectatores,

nec aliud eis præmiũ propositum atq; oleaginam coronã, obstupefactus dixit, παπαὶ μαρδόνιε, κοίους ἐπ᾽ ἄνδρας ἤγαγες μαχησομένους ἡμέας, οἱ οὐ περὶ χρημάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς. Et quanquã hæc oratio à Xerxe pro timido sit habita, Tigranem tamen non fefellit sua diuinatio. Cæterum hoc epigramma præter alios latinum fecit meus Pylades, & uir doctißimus Thomas Venatorius, unà cum nonnullis alijs, quæ suo loco paßim adscribere libuit in studiosorum iuuenum gratiam. Quod autem huc pertinet, tale est:

Bis geminos celebrat diuinos Græcia agones,
Sunt hominum gemini, sunt superũm gemini.
Ammonis, Phœbi, atq; Palæmonis, Archemoriq;:
Præmia sunt, pomum, pinus, oliua, apium.

Διοτίμου, εἰς ἡρακλῆν καὶ ἀνταῖον.

Τὰν ἥβαν ἐς ἄεθλα.) In luctam Herculis & Antæi, quem gyganta Libycũ proceri corporis fuisse perhibent, natum Neptuno & Terra parente, quæ luctãti cum Hercule uires sufficiebat, quãdiu eam attigerat. Quod animaduertẽs Hercules, eundẽ in aëre suffocauit & elisit. Versiculorũ aũt hic sensus est. Pubertatẽ, id est iuuentutẽ: ad certamina luctæ exercuit fortis, id est duræ, uel firmæ: et Neptuni & Iouis soboles, id est, et Antæus et Hercules. propositũ aũt ipsis est certamẽ nõ æreo ꝑ lebete, id est, pro re ludicra: sed uter uitã feret, uel mortẽ. Hi duo uersiculi, κεῖται δέ σφιν ἀγὼν, ad imitationẽ Homeri Diotimus scripsisse uidetur. Fermè enim idem de Achille et Hectore singulari pugna congreßis, Ἰλιαδ. χ. sic scriptũ legitur,

ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον, οὐδὲ βοείην
ἀρνύσθην, ἅτε ποσσὶν ἄεθλια γίνεται ἀνδρῶν,

ἀλλὰ

ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέου ἕκτορος ἱπποδάμοιο.

Quod & Virgilius Aeneidos ultimo imitatus, ſic dicit:

Non enim leuia aut ludicra petuntur
Præmia, ſed Turni de uita & ſanguine certant.

Ανταίου τὸ πτῶμα, Antæi caſus, id eſt, Antæus uincitur: et merito: cũ lucta ſit Argiuorũ iuuentũ, & nõ Libycorũ. Volunt enim nõnulli, luctãdi artem à Theſeo primũ eſſe repertã et inſtitutã. Hoc epigrãma Politianus nõ impolite ſic trãſtulit:

Incaluere animis dura certare palæſtra,
Neptuni quondam filius atq; Iouis.
Nec certamen erant operoſo ex ære lebetes,
Sed quod uel uitam, uel ferat interitum.
Occidit Antæus, Ioue natum uincere fas eſt,
Eſtq; magiſtra pales Græcia, non Libya.

Αντιπάτρου, εἰς ἀρίαν.

O σταδιεὺς ἀρίης ὁ μενεκλέος.) Antipatri eſt Epigramma, in Arium Meneclis filium: quem cùm à genere, tum à pedum pernicitate laudat. Alloquitur autem Tarſum ciuitatem Ciliciæ, cuius conditorem Perſea fuiſſe uolũt. σταδιεὺς, idem ſignificat quod σταδιόδρομος, curſor in ſtadio. O Tarſe Cilica urbs, curſor Arias Meneclis filius non reprehendit (id eſt, nõ eſt pudori aut dedecori) Perſea tuũ cõditorẽ. Tales enim pueri uolucres pedes, cui neq; ipſe Perſeus tergũ currẽdo oſtendiſſet, id eſt, cum curſu anteuertiſſet. Aut enim in carceribus, aut iuxta metam quiſpiã iuuenem uidiſſet, nunquam in medio. Hoc etiam in æreis tormẽtis ſeu bombardis uſuuenire uidemus, quarum extorti globi, citius prope finẽ quàm in medio cernuntur.

Λέοντος φιλοσόφου, εἰς τὸ μονημέριον.

Τόξα τὰ πιερίδων μεδέων.) Epigramma eſt in fe-

stum seu spectaculum unius diei, quod μονημέριον signi ficare uidetur. Cõsueuerunt enim non raro Cæsares & imperatores, ad populi fauorem conciliandum edere uenationes, sicut ante eos prætores & ædiles, ac cæteri. Allo*quitur autem poëta* Apollinē, *ut* Dianæ *sorori dicat, quo in gratiam* Cæsaris *acres feras excitet, quæ tamen nullo incõmodo corpus figentis aut iaculantis afficiant, ex quo mortis periculũ cõsequi poßit, &c.* Nonnulli *uolunt hunc ipsum* Leonem *philosophum, huius epigrammatis authorem, fuisse imperatorem, tenentem* Iouis *sedem in terra, et hoc edidisse spectaculum. quibus cum nihil pugno, quum mihi fiat uerisimile.* Siquidem *pro certo constat,* Leonem Cæsarem *propter singularē eruditionem cognomento philosophum, imperium* Romanum Basilio Macedone *defuncto suscepisse.* Qua *de re uide* Imperatorum *uitas, ab* Egnatio *conscriptas.*

Ἀντιπάτρου.

Ταύρου βαθὺν τένοντα.) Antipatri *Versus iambici, in robur* Nicophõtis *athletæ, cuius ne* Iupiter *quidē* Olympicus *spectator intrepidus esse potuit, pugillatu aduersarios suos prosternentis.* Verborum *sensus & constructio hæc est:* Neq; Iupiter Olympius *uidit sine terrore taurum illum immanem & ferum, quem occidit* Hercules: *nec ferreos* Atlantis *humeros, cœlum sustinentis: nec ipsum* Herculem, *sæpius cum monstris periculosißime decertantem: nec* Leonis *gigantis* Milesij *oculos: neq; etiam* Nicophontis *pugillatum, quo uictor extitit in Olympijs.*

Δαμαγήτου.

Οὔτ' ἀπὸ μυοσάνας.) Damageti *epigramma de quodam* Sparta, *arrogantius paulò de legitima et naturali ui-*

ctoria

ctoria sua loquente, ac reliquos dolo & calliditate niti, se autem ui aperta (sicut decet Lacedæmonios) uincere ia/ ctante. τεχνάεντες, qui technis & calliditate nituntur. cætera plana sunt. Hos uersiculos Venatorius sic latine interpretatus est:

Non ego Messanæ, nec ego luctator in Argo
Natus: sed patria est inclyta Sparta mihi.
Illi fraude student: ego, quod Lacedæmone nati
Est proprium, didici uincere ui propria.

Σιμωνίδου.

Γνῶθι θεόκριτον προσιδών.) Epigramma planũ et facile, Theocriti, athletæ fortis et pulchri laudem comple ctens, cumprimis autem currulis certaminis uictoriam. Quem antiquißimus poëta non temere à forma commen/ dat, sed uiribus nihilo inferiorem: ut intelligas illud à Sta/ tio rectè esse dictum,

Gratior est uirtus ueniens è corpore pulchro.

Nam forma coniuncta uirtuti, id est fortitudini, res est quantiuis precij. Quid laudis Nireus Græcorũ formosißi mus, cætera ἀλαπαδνός, apud Homerũ meruerit, quis ignorat? Porrò de Hieronicis et Olympionicis, quibus in/ gẽtes honores quondã sunt habiti, partim quòd more triũ/ phantiũ in mœnia paterna sint inuecti, partim quod con/ stitutis uectigalibus per omnẽ uitã publicitus sint alti: tum quòd patrias suas coronarint, (nam urbes athletarum lo/ co coronabantur, id quod & poëta ipse in fine Epigram/ matis ostendit) uide Victruuium lib. nono. Cum primis autem Budæi priores Annotationes in Pandectas, ubi su/ per hac re lectu digna inuenies.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ισθμία, & πυθοῖ.) Paucis uerbis Simonides insignem certatorē, quē Græci πένταθλον uocare solēt, celebrat.

ΕΙΣ ΑΜΠΕΛΟΝ. 2.

Φιλίππου.

Tίς σε πάγος δυσέρημος.) Exprobrationē in labruscā, id est uitem agrestē, hoc Philippi Epigramma complectitur, ob amarum succum, & uites immaturas: ita ut manus Lycurgi poëta requirat, qui ab ipsa (quod aiunt) stirpe crudigeni palmitis germen exscindat. Lycurgus enim edicto prohibuit uites plantari, id quod in fabulam uerterunt poëtæ. Vide Homerū Iliados ζ. Quærit autem poëta (ut sensum uerborum explicemus) Quis te pagus, id est, locus eminens, uel rupes deserta, & sole carens: enutrijt labruscam? num borealis Scythiæ? num Celtarū, id est Gallorū (νιφοβλῆτες, id est niue percussæ, uel obrutæ semper: κρυμώδεες, frigidæ, à κρυμὸς, quod est frigus, siue algor. Porrò κρημνώδης, præceps, præruptus, quanquàm κρυώδης quoq; legi poßit.) & ferrigeniæ gleba Iberæ. Hispaniam uocat σιδηροτόκον, ferrigenam. præ cæteris enim regionibus hæc ferro abundare dicitur. Quæ acerbos genuisti immaturos botros, qui acrem effundunt stillam. ὀμφακοῤῥᾶγας βότρυας, crudos acinos, seu botros habentes: καὶ ἀπεπάντους, immaturos, à πεπαίνω, quod est maturesco: qui acrem seu compressam, siue constringentem effundunt stillam. Proinde addit, Quæro Lycurge tuas manus, ut à radice, à stirpe, palmitis crudigeni germē totū exscindas.

ἄδηλον.

Τίς ποτ' ἀκηδέστως.) Stomachatur in eū, qui uuam immatu/

immaturam abscidit, & semicomestã proiecerit, eidemq; iratum Bacchum (sicut Lycurgo) imprecatur. Est autem uerborum sensus talis: Quis unquã inconsiderate (uel temere) uiniferam immaturã uuam Bacchi uir ex uiteo palmite exscidit? χείλεα δὲ στυφθεὶς, labia autem constrictus, (quaecunq; enim sunt immatura, sua acerbitate constringũt labia) humi deiecit, ut uiatoribus esset euntibus (ἡμιδακὲς σκύβαλον) semi comestũ putamentũ (Tametsi non sum nescius, medicis σκύβαλον etiã aliud significare, qua de re infra plura) Sit illi Dionysus inimicus, quemadmodũ Lycurgo, quod ipsam crescentem extinxerit delectationem. Huius autem fortaßis quispiam per poculum, uel ad cantum prouenisset, uel luctuosae curae habuisset solutionem.

ΕΙΣ ΑΝΑΘΗΜΑΤΑ.

Λεωνίδου. 3.

Ουκ ἐμὰ ταῦτα λάφυρα.) Mars abominatur, ac detestatur arma splendida, et nusquã perforata ac confracta, quibus rectius aula, seu thalamus nuptialis quàm ipsius templũ exornaretur: testificãs eorum intuitu se pudore affici, & totũ sudore perfundi. Nõ sunt (inquit) mea haec spolia. quis ille, scilicet est, qui aedibus Martis sacrauit, uel dedicauit hanc ingratã gratiam? Infracti sunt coni, scilicet galearũ: sine sanguine, siue incruenta autem splendẽtia scuta: infractae arboreae perticae, id est, lanceae. Verecundia (siue pudore) per totã faciem rubeo, ex fronte autem sudor saliens per pectus stillat. Thalamum nuptialem aliquis talibus, & uirorum habitationem & aulam exornet, &c. Martis autem cruenta, διωξίπποιο, id est equos impellentis, hoc est, hominis strennui et bellicosi (ne

quis proprium nomen eſſe putet) ſpolia templũ exornent: talibus enim contenti ſumus. Sic Aeneas *heros fortiſſimus apud* Virgilium,*occiſo* Mezentio,

Ingentem quercum deciſis undiq; ramis
Conſtituit tumulo,fulgentiaq; induit arma
Mezenti ducis exuuias,tibi magne trophæum
Bellipotens:aptat rorantes ſanguine criſtas,
Telaq; trunca uiri,& bis thoraca petitum
Perfoſſumq; locis,etc. Nẽpe *digna Marte munera.*

Hocepigramma Thomas Venatorius ſic interpretatus eſt.

Quis Marti poſuit tam fœdi ſigna trophæi?
Non eſt hæc templis gratia grata meis.
Infractam galeam, et ſplendens ſine ſanguine ſcutum
Odi,ac quæ non eſt lancea fracta manu.
Proh rubeo faciem,indignusq; per ora recurrit
Sudor,& immodicus nos pudor uſq; tenet.
Sat Mars ornatur,ſpoliato ex hoſte,cruentis
Armis,& ſpolijs cæde ferocis equi.

Ἀντιπάτρου, εἰς τὸ αὐτό.

Τίς θέτο μαρμαίροντα βοάγρια.) Antipatri epigramma, eſt eiuſdem cum ſuperiore argumenti. βοάγρια, ſpolia propriè de bobus. ἀφόρυκτα δούρατα, inconfoſſas lanceas. ἀῤῥαγέας, infractas. μιάστορι, fœdato ſanguine: epitheton Martis, ſicut μιαιφόνος. κόσμον ἄκοσμον, ſicut ſuprà ἄχαριν χάριτα, eleganter dictũ à cõtrario. Ἐν οἰνοπλῆξι τεράμνοις, in uinolentis, ſeu uino ſtupidis cænaculis. ἀμφίδρυπτα, circumcirca laniata, & percuntiũ hominum cruor mihi placet. Notabis hoc loco, ἅδε nõ eſſe articulũ Doricum, ut quidam ſomniant, neq; enim uerſiculus ſtaret: ſed Verbũ, ab ἅδω

placeo, quo etiam Homerus utitur ἰλιάδ. μ. ἁδὲ δ' ἕκτορι μῦθος ἀπήμων, Placebat autem Hectori sermo innoxius. Εἴπερ ἔφυν, &c. quoniam natura sum, uel natus sum homicida, seu perdens homines Mars: frequens dictio etiã apud Homerũ. In sexto libro de donarijs ἀπὸ τῶ̄ στρατιώτων, consimile Meleagri epigramma ponitur, quod requisitum huc referas: nam ad hunc gregẽ pertinet.

Μνασάλκου, τῇ ἀφροδίτῃ.

ἁ σύριγξ, τί τοι ὧδε, &c.) Fistulã dedicatam Veneri increpat, qua melius pastores in montibus uterentur, propterea quòd syluestris musa in montibus pascatur. Sensus est: O fistula, quid hic ad Venerem irruisti? cur à pastorali labio hic ades? Minimè montium cacumina hic, neque ualles: paßim amores & desiderium, scilicet hic sunt. Syluestris uerò musa in monte pascitur. Venatorius præsens epigramma sic transtulit.

Hic quid agis Gnidiæ in molli sacra fistula templo?
Pastorum castis cur abes à labijs?
Nulla hic sunt celsi prærupta cacumina montis,
Gratia nec syluæ larga uirentis adest.
Cuncta hic uel desiderium spirant, uel amorem,
Musa sed aërijs pascitur ipsa iugis.

Ἑρμοκρέοντος, ταῖς νύμφαις.

Νύμφαι ἐφυδριάδες.) Inuitat Musas, seu Nymphas ad aquas, quas ipse Hermocreon eis dedicauit. Nymphæ (inquit) ἐφυδριάδες (quas à quercubus sic nominat, ut ἁμαδρυάδες dictæ sunt) quibus Hermocreon hæc munera posuit, pulchrè scaturienti fonti occurrens, saluete, et accedite amabilibus pedibus aquosam hanc domum, pura ut impleamini potione.

Λεωνίδου, τοῖς ἀγρόταις θεοῖς.

Αὔλια καὶ νυμφέων.) Aeacidæ Neoptolemi precatio ad deos agrestes, hoc est, Pana, Syluanum, Satyros, ut libamina sua placatè accipiant. O stabula (inquit) nympharum sacra rupes, quiq; sub petra fontes estis, & tu uicina aquis pinus: & tu τετράγλωχιν, quadrangulum caduceum habens: μηλοσσόε, pastor, siue seruator ouium, Maiæ fili Mercuri: quiq; capripascuum ô Pan poßides scopulum: propitij, τὰ ψαιστὰ libamina, seu placentas, scyphumq; plenum uino suscipite, Aeacidæ dona Neoptolemi.

ΕΙΣ ΑΝΑΠΗΡΟΥΣ, id est, Immutilatos, siue luxatos. 4.

Φιλίππου, οἱ δὲ Ισιδώρου.

Πηρὸς ὁ μὲν γυίοις.) Hos uersiculos non pauci eruditorum transtulerunt, quos, quia omnibus sunt in promptu, et obuij, nec quicquam obscuritatis in se habent, paucis percurrere libuit. ἠράνισαν, mutuati sunt, seu dederunt operam mutuã, quod ἐρανίζειν hoc loco significat. λιπόγυιον, membris deficientem, id est claudum. ἐπωμάδιον βάρος, onus quod humeris gestatur: sicut infrà κατωμάδιον. Vnde etiam ἐπωμίς, uestimentum quo humeri integuntur, & alia quædam dicta sunt. Commendabis autẽ hic memoriæ ultimos duos huius epigrammatis uersiculos, ut scias qualis magistra sit neceßitas.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τυφλὸς ἀλητεύων.) Incertus author idẽ tractauit argumentũ de cæco claudum portante, & claudo duce itineris. Cæcus errans claudum pede sustulit, oculis alienis mutuũ accipiens. Ambo autem imperfecti ad unius naturam ap

ram aptati ſunt, defectum alter alteri uiciſsim præbentes.

Εἰς τὸ αὐτό, πλάτωνος νεωτέρου.

Ἀνέρα τις λιπόγυιον.) Eiuſdem argumenti epigramma, ſed paucioribus uerbis tractatum, cuius præcipua elegantia eſt in χρήσας, & χρησάμενος.

Ἀντιφίλου, εἰς τὸ αὐτό.

Ἄμφω μὲν πηροί.) Eiuſdem argumenti & hoc eſt. Ambo quidem luxati, & errones: ſed alter quidem oculis, alter ingreſſu. alterius aūt alter ſubminiſtratio, ſcilicet erat. Cæcus enim claudi ſuperhumerale onus tollens, uiam alienis oculis ſummis pedibus ibat. Vna autem utriſque ſufficiebat natura: in unoquoq; enim deficiens inuicem ad totum mutuati ſunt.

Εἰς ἡμίξηρον, αἰτήσαντα ἀδριανῷ τῷ βασιλεῖ τροφήν.

Ἡμισὺ μοῦ τέθνηκε.) Iocus eſt ſemiſicci famelici, ab Adriano Cæſare cibum petentis: cui imperator non minus facetè reſpondet. Cæterum pro ἡμίτομον, mihi legendum uidetur ἡμίτονον, quod propius accedit ad muſicum ſemitonium, quò ille reſpexiſſe uidetur: ſaluo tamen doctiorum iudicio.

Ἀντιφίλου, εἰς τυφλὸν ἀναβάντα εἰς τὸ ἐν ἐλευσῖνι ἱερόν.

Σκίπω μὲν πρὸς νηόν.) De cæco quodam illuminato, quem Antiphilus de ſe ita loquentem facit: Scipio, id eſt baculus, me ad templū duxit, exiſtentem prophanum, non ſolum feſti, ſed et ſolis, quia cæcus eram. Initiatum, id eſt, compotem utrorumq; me deæ fecerūt. Vidi autem illa nocte, & oculorum noctem purgatus. ἀσκίπων, ſine ſcipione, ſine baculo, in urbem deſcendebam, feſta Cereris præ/

ris prædicans, lingua, oculo uceriore, manifestiore.

Ερυκίου.

Αὐᾶ τοι ἐκτάμνοντι.) De quodam Midone, siccos truncos incidente, & araneæ ictu facto monopode. Siccos tibi incidenti truncos (sic enim uocantur γεράνδρυα) ô infœlix Midon (ἀάμμορε, pro κακόμορε) φωλὰς ἀράχναίη, aranea, quæ semper in nido excubat, (quanquàm φωλάδες etiam feræ dicãtur, in lustris degentes, παρὰ τὸ φωλεύειν, quod est latêre, & latibulis excubare: sicut apud Theocritũ primo Idyllio, φωλάδες ἄρκτοι) læuũ percußit pedem, infernè occurrens. Vehementer autem momordit (ἔβρυξε, à βρύχω, seu βρύκω) nigra putredo uiridem carnem, & talos. Incisum est ab hac, scilicet putredine, firmum genu, & te fert monopedẽ frondosi baculus oleastri.

ΕΙΣ ΑΝΔΡΙΑΝ ΚΑΙ ΑΝΔΡΕΙΟΥΣ. ἄδηλον, εἰς λάκαιναν. 5.

Γυμνὸν ἰδοῦσα λάκαινα.) Quanquàm hæc tria Epigrammata, quæ sequuntur, sint plana & perspicua, & à plerisq; eruditis in latinum sermonem conuersa, in nouitiorum tamen gratiam paucis & simpliciter percurremus. Nudum uidens Lacæna, id est, amißis armis, reciprocũ, seu reducem ex bello filiũ suũ in patriam uelocem mittentem pedem, obuia irruit, siue obuia facto impetu, per epar impulit, incußit lanceam, masculam rumpens uocem supra interfectum. Alienũ à Sparta genus (inquit) uale ad inferos, siue pereas. Vale (sed in malam partem) quoniam mentitus es patriam & genus. Decretũ est enim Lacedæmonijs, in prælijs aut uincere, aut occumbere, non fuga salutem quærere.

Εἰς

Εἰς τὸ αὐτὸ, παλλαδᾶ.

Φεῦγε λάκων ποτὲ δῆριν.) Fugiebat Lacon aliquã/do pugnã: obuiã autem facta mater, dixit, per pectus ensem tollens, seu adigẽs: Viuens quidem tuæ matri omnino uitu/perium exuscitas, & fortis patriæ paternas leges dissol/uis. Si autem moriaris meis manibus, mater quidem au/diam (id est, dicar) infœlix, sed in mea patria saluata.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων αἰγυπτίου, ὅμοιον.

Μήτηρ υἷα λιπόντα μάχην.) Mater filiũ relinquen/tem pugnam post mortem sociorum, occidit, dolorum par/tus renuens, id est, obliuiscens. Etenim proprium sangui/nem discernit Lacedæmon, robore pugnantium, nõ gene/ratione infantium.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ, εἰς τὸν αἴαν/τος λίθον.

Μή με τὸν αἰάντειον.) In lapidem Aiacis Telamonij, quo Hectorem è pugna cedentẽ prostrauit. Loquitur au/tem lapis ad uiatorem: Ne me Aiaceam (inquit) commo/ueas uiator petram, expugnatorẽ pectoris Hectorei. Sum nigra, asperaq;. Tu autem interroga diuinum Homerum, quomodo Priamidem (Priami filium Hectorem) deuolui in solo, id est, quem ita deieci ut in terra uolutaret. De hoc la/pide Homerus Iliad. ξ. ita scribit,

Τὸν μὲν ἔπειτ' ἀπιόντα μέγας τελαμώνιος αἴας
Χερμαδίῳ, &c.

Nam locus est omnibus in promptu. Nunc uero (inquit lapis) uix modicè me uectibus mouent (nam hoc signifi/cat παροχλίζειν) ex aruo homines, generationis dedeco/ra perniciosæ. Quibus uerbis notat hominum degeneratio/nem, quam etiam Homerus paßim perstringit, οἷοι νῦν

βρο/

βροτοί εἰσι. Sed me aliquis abſcondat in terra. Verecun-
dor enim, ludicrum nihili uiris fieri.

Εἰς Γερμανικὸν, Βάσσου.

Οὔρεα πυρηναῖα.) In Germanicũ Druſi filium, quem Suetonius Tranquillus omnibus & corporis animiq; uirtutibus, quantis neminem quenquã ornatum fuiſſe ſcribit. Hic magnas & præclaras cùm in Germania, tum Gallia res geſſit. De quo plura uide apud Suetonium in uita C. Cæſaris Caligulæ, ſtatim in principio. Quod autẽ ad uerſiculos attinet, illorum hic ſenſus: Alloquitur poëta montes Pyrenæos, & alpes, tanquam teſtes uirtutis & fortitudinis eius. Montes Pyrenæi (per quos intelligit Galliã) & βαθυάγκεες, profundas ualles habentes, alpes (quibus Germaniam innuit) quæ Rheni oſtia propè aſpicitis, martyres radiorum (id eſt, rerum fortiter geſtarũ) Germanicus quos oriri fecit, coruſcans Celtis (id eſt Gallis) magnum bellum. Illi autem ſtrepuerunt congregati. dixit autem Enyo Marti, Talibus manibus debemur, id eſt obſtricti ſiue obnoxij ſumus.

Εἰς ῥώμην, Κριναγόρου.

Οὐδ' ἢν ὠκεανὸς.) In inuictam urbis Rhomæ fortitudinem, quæ nõ ſecus radices altiſsimè egit, atq; Iouis quercus, ita ut minimè euelli aut labefactari queat. Nõ ſi Oceanus omnem inundationem excitet, neq; ſi Germania Rhenum uniuerſum biberit (ſcilicet præ multitudine populorum, ſicut Xerxis exercitus feciſſe monumentis proditum eſt) Rhomæ tamen ne tantum quidem nocebit robur, pro robori: quouſq; manſerit dextra imperare, id eſt, ut imperet, Cæſari confidens. Sic etiam ſacræ Iouis quercus firmè radicibus ſtant, folliorum ſicca fundunt uenti. q. d. tantum

tum Germania et cæteri populi Rhomanæ maiestati nocere possunt, quã tũ uenti firmissimis quercubus, quarũ saltem sicca folia decutiunt. Magnifica sanè iactantia: tametsi non semel aliter, ô antiqua urbs multos dominata per annos, Germaniam es experta.

Ἀδήλου.

Τὸν γαίης, καὶ πόντου.) Epigramma incerti authoris, in Lacedæmoniorum fortitudinem, quorum trecenti duce Leonida in Thermopylis, omnibus copijs Xerxianis (quarum peditatus fuit decies septies centena milia, equitatus octoginta) animosè et uiriliter restiterunt. Qua de re uide Herodot. libro 7. Constructio et sensus uersiculorum talis est: ἄρης, Mars Spartæ in tribus centurijs hastarũ mansit, id est expectauit: uel ἔστησε, sustinuit, dominum terræ & maris, permutatis uijs, nautam continentis, pedestrem pelagi. Siquidẽ tanta classe mare occupauerat, ut quasi terra fieret, adeò ut totum Hellespontum nauibus iungeret. αἰσχύνεσθ᾽ οὔρεα, Insultatio est: Verecundamini montes, & maria.

Ἀρχίου.

Ὃν πολεμος δεδιώς.) In eũ qui inuictus bello, morbo uictus, seipsum interemit, quem & loquentem poëta fecit. Quem bellum timens non perdidit, nunc à morbo premor, in proprio contabesco penitus bello. Sed per pectora uade ô ensis: ut enim strennuus (ἀριστεὺς, qui optimè se gerit, ab ἀριστεύειν) moriar, depellens & morbum, tanquã bellum. Venatorius ita uertit:

Omnia quem perdens bellum non perdidit, ipsum
Me morbus bello nunc premit in proprio.
Huc igitur ueniens, feriat mea pectora ferrum:

Morbum ita, ceu bellum, uicero uel moriens.

Aliter Idem.

Quem non perdiderat bellum, consumor ab ipso
Morbo, ceu bello qui perit in proprio.
Huc ensis propera per languida pectora, uictor
Scilicet ut morbum pellere morte queam.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους πύῤῥος,
ἐπιβὰς τῆς τροίας.

Μόχθος ἐμοῦ γενετῆρος.) Hæc Pyrrhi uerba ad Troianum bellum proficiscentis plana sunt: nisi quod ἀνήσει in ultimo carmine ita scriptum, remittet, seu liberabit, exponendum est. At si per υ scribitur, sicut mihi scribendum uidetur, nempe ἀνύσει, tũ perficiet significabit. Sed & sequentia Deidamiæ, & Agamemnonis, et Heleni uerba satis sunt perspicua, ac uel mediocriter literis Græcis imbuto intellecta.

Τίνας ἂν ἕκτωρ πρὸς πάτροκλον, μὴ
δυνηθέντα φέρειν τὸ δό-
ρυ τοῦ ἀχιλλῆος.

Εξημιώσας.) Verba Hectoris ad Patroclum, cum cæteris armis omnibus Achillis indutus in pugnam prodijsset, solam hastam (quam uibrare nõ poterat) in castris reliquit: quod Hector iniuriæ loco sibi factum existimat, qui maluerit occiso plena & opima detrahere spolia. Super hac re uide Homerum Iliad. π.

Τίνας ὁ αὐτὸς τιτρωσκόμενος
ὑπὸ ἑλλήνων.

Βάλλετε νῦν μετὰ πότμον.) Verba sunt Hectoris ab Achille iam prostrati, ad reliquos Græcos, certatim eius cadauer pungentes, quem uiuum rectis oculis intueri

non

non ſunt auſi. Ea nos ex tempore ſic expreßimus:

Poſt mortem Danai noſtrum configite corpus,
Et lepores audent cæſo inſultare leoni.

Venatorius, Elegiaco ſic reddidit:

Hectora poſt obitum Danai lacerate, leonis
Audet inextincti corpore ſæpe lepus.

Aliter:

Poſt mortem Danai noſtrum diſcerpite corpus,
Sæpe lepus riſit fata leonis iners.

Hoc autem factum eſſe à Græcis, Homerus indicat Iliad. χ. his uerbis:

Ἄλλοι δὲ περίδραμον υἷες ἀχαιῶν,
Οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν
Ἕκτορος. οὐδ' ἄρα οἵ τις ἀνουτητί γε παρέστη.

Et mox infrà:

Ὣς ἄρα τὶς εἴπεσκε, καὶ οὐτήσασκε παραστάς.
Τίνας θέτις, τηλέφου σκελισθέν/
τος ὑπ' ἀμπέλου.

Ἄμπελε, τί πρήξωμεν.) *Quos ſermones Thetis dixerit, cùm Telephus in Miſia offenſo pede impeditus eſſet à uite, eaq́; occaſione ab Achille uulneratus. Nam hoc ſignificat* σκελίζειν. πτόρθον ἐμόν, *ramum meum, id eſt filium meum Achillem.*

Ἀλκαίου μεσσηνίου.

Μακύνου τείχη.) *In fortitudinem & uictoriam Philippi. Hortatur autem Iouem, ut muros reficiat, et portas cœli claudat. Iam enim & terras & pontum à Philippo eſſe domitum, nec ſupereſſe aliud, niſi uiam in cœlum quoque excindendum, & expugnandum.* μακύνου, *extende, fortifica muros ô Iupiter Olympie, fecit Philippus peruios.*

æneas claude portas beatorum. Etenim & terra & pontus sub sceptris Philippi domiti sunt: reliqua autem ad coelum uia, scilicet restat.

Διονυσίου.

Καλλιόπη πολύμυθε.) *Laus potest esse* Alexandri *Magni, uel alterius cuiuspiã herois, qui fortitudine* Achil*lem æquaret, dignusq; foret, cuius uirtutes ab* Homero *celebrarentur.* μελισσοβότου, *nutrientis apes.* Vtitur *hac dictione etiam* Nonnus, *mox in principio suæ tralationis.*

Ἀλφειοῦ μιτυληναίου.

Κλεῖε θεὸς μεγάλοιο.) Eundem habet *sensum cum superiore* Alcæi Messenij: *nisi quod hic* Rhoma, *suprà* Phi*lippus laudatur.* πύλας ἀκμῆτας, *portas infatigatas.* ὑπέζευκται, *subiugatus est.* Potest *etiã insultatio esse in* Rhomã, *terræ & maris uictricem, cœlo tamen indignã: quippe cui οἶμος οὐρανίη ἐς ἄβατος.*

Φιλίππου.

Γυλὺ λεωνίδεω.) *Huius epigrammatis sensum alijs uerbis expressum etiam infrà reperies, sub titulo* εἰς ἐχθρούς. In*sultat autem* Leonides Xerxi, *qui eius corpus inter cætera cadauera inuentum, ob singularem uirtutem purpura contegendum curabat: respuens ipsius honorem, proditori magis quàm* Lacedæmonio*(id est, uiro forti) conuenientem.* Herodotus *tamen dissentit, memorans* Leonidem *abscisso capite,* Xerxis *iussu in crucem esse sublatum.* Verborum *sensus est: Magnum* Leonidæ *intuitus corpus* αὐτοδάϊκτον, *per se, uel ultro interfectum, (uel, morti spontaneæ obiectum)* Xerxes *cooperiebat ueste purpurea.* Et *mortuis autem insonuit (id est, loquutus est) ille* Spartæ *magnus heros,* Non *suscipio proditoribus*

ditoribus mercedem debitam: id est, non est quod me ornes sicut proditorem patriæ. Scutum mihi tumuli ornatus magnus. Tolle dona Persarum. Vadam ad inferos, ut Lacedæmonius: non sicut proditor, uel ignauus ac timidus, & profugus in purpura.

Βοῦσσου.

Ανθαίης ἀκάτοιο.) Et hoc epigrammate uirtus trecentorum illorum Laconum, qui duce Leonida (ut suprà dictum est) interfecti sunt, celebratur. Alloquitur autem eos infernus. Lethea cymba trecentos quando nautas secundò tenuit infernus, omnes ἀρηϊφάτους, à Marte interfectos (frequens apud Homerum dictio) Spartæ hæc est classis, inquit. Vide ut anteriora omnia uulnera, & in pectoribus pugna inest solis. Q. d. non in tergo. Nam auersa uulnera sunt dedecori, timiditatem & fugam arguentia, quæ fronte excipiuntur, & pectore, testantur fortitudinem. Sic Catullus scribit, Achillem

Hostibus haud tergo, sed forti pectore notum.

Νῦν γε μόθου.) Pergit infernus inquiens, Nunc labore satiamini, & in meũ quiescite somnũ: insuperabilis populus Martis, scilicet estis. Et hoc Thomas Venat. sic uertit:

Cùm tercentenos mauortia signa sequutos
Lethæis ueheret cymba Charontis aquis,
Orcus ait: Ratis hæc Spartana est, nam omnia fronte
Et (quod honor) solum uulnera pectus habet.
Ponite nunc curas, somno indulgere licebit,
Inuictum semper Marte parente genus.

Κριναγόρου.

Οθρυάδην σπάρτης.) Præponitur hoc epigrammate fortitudo cuiusdã Itali, Othryadæ Spartano, et Cynegyro,

b 2 & omnibus

& omnibus bellicosis, quod in Germania ereptam signifero aquilam, iterũ hostibus extorserit, aduersario interfecto. Othryadem, inquit, Spartæ magnam gloriam, aut Cynegyrum naualem pugnatorem, aut omnium opera ταλιπτολέμων, bellicosorum, uel strennuè pugnantium: Martis pugnax Italus, apud fluenta Rheni inclinatus, deiectus, & multis semimortuus iaculis, aquilã raptam chari exercitus ut uidit ab inimicis, rursus interfectis erupit ex mortuis. interfecto autem qui ferebat ipsam, suis seruauit ducibus, solus inuincibilem accipiens mortem. Cæterum de Othryade, eiusq; bellica gloria, uide Herodot. lib. 1. & Suidã in dictione Othryades. De Cynegyro, Iustinum libro 2. in bello Medico, & Herod. libro 6.

Αδηλου.

Αἴαντος παρὰ τύμβου.) Aiax mortuus ex sepulchro cuidam Phrygi insultanti, & Homericis uerbis ignauiam exprobranti, clamore terrorem incußit, ita ut uiuus mortuum non sustineret. Porrò αἴας οὐκ ἔτι μίμνεν, hemistichium est sumptum ex Homeri Iliad. ō.

Αἴας δ' οὐκ ἔτι μίμνε, βιάζετο γὰρ βελέεσσι.

Quod iterũ repetitur Iliad. π̄. cum apud naues premeretur multitudine Troianorũ. Super hac re uide plura apud Philostratũ in Protesilao, qui hanc fabulã copiosius persequitur. ἀταρβήτοιο, interriti. ἐπεσβολίης, obloquutionis, cõuicij. ἀντιγέγωνεν, reclamauit subtus, infrà terram, in sepulchro: &c.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους ἀχιλλεὺς ἀγαμέμνονος τρωθέντος.

Εγνως νῦν ἀγαμέμνον.) Hæc Achillis insultatio satis est manifesta, nisi quod mihi ultimo loco pro ἐτύχθης legendum

gendum uidetur ἀτύχθης. Vt sit sensus: Iure uero optimo hæc mala pateris, qui omniũ Græcorũ Martiũ uallum(me scilicet)cõturbaueris. Huic sentẽtiæ suffragatur Homerus quoq; lib.1. & alibi, nõ Agamemnonẽ, sed Achillẽ ἕρκος ἀχαιῶν uocãs. Quod autem ad titulum attinet, uulneratur à Coone Antenoris filio apud eundem, Iliad. λ.

Ἀλκαίου.

Ἄγαγε ὁ ξέρξης.) Laudat Alcæus hoc epigrãmate Titum Quintiũ Flamminiũ, quod è seruitutis iugo Græciam exemerit: nõ ut Xerxes, qui eandẽ suis copijs opprimere decreuerat. Porro de Tito Quintio Flãminio, eiusq; rebus gestis, et meritis in Græciam, uide Liuium decade quarta, lib.3. Cætera non egent interpretatione.

Ἀδήλου.


Κοίρανος εὐρώπας.) Philippũ omnibus cæteris Græciæ principibus præstare, hoc epigrãma testatur. Verborũ sensus hic est: Princeps Europæ, scilicet Philippus, qui & in mari, & in continenti tantũ rex mortaliũ, Iupiter quantũ immortaliũ, scilicet ualet: εἰνοδίᾳ, Dianæ (à uia sic dictæ) hæc spolia contra audacẽ Ciroadẽ(κιροάδα tamen genitiui casus est) & filios, & totius scilicet terræ, dedicauit Odriades filius bellicosi Demetrij. Ipsa autem Philippi gloria, iam olim diuinas accessit sedes. Ciroadem uolunt regẽ Persarum fuisse nonnulli.

ΕΙΣ ΑΝΤΑΠΟΔΟΣΙΝ, id est,

In retributionem.

Εὐήνου.

Κἤν με φάγης.) Non attinet hoc loco recensere sacrificium Atheniensiũ & Romanorũ, quod cum capro & uino fieri solitum est, cùm extet apud Ouidiũ in Fastis lib.1. qui haud dubie hoc distichon his uerbis expressit:



Rode caper uitem, tamen hinc cùm stabis ad aram,
In tua quod spargi cornua poßit, erit.

Illud memoria dignum est, non alia re quàm hisce uersiculis, Domitianum ab edicto excidendarum uinearũ esse retractum. qua de re Suetonius in eius uita. Thomas Venatorius hos uersus sic transtulit:

Me rodes licet hirce, tamen cũ uictima ad aras
Percutiendus eris, uina ego sufficiam.

Λεωνίδου ταραντίνου.

Ιξαλος εὐπώγων.) Idẽ argumentũ fusius tractatũ. Saltator barbatus capræ maritus aliqãdo in uinea uitis molles, siue teneros, omnes deuorauit ramos. Huic uerbum ex terra tantũ insonuit: Cõsume peßime maxillis nostrũ palmitẽ fructiferũ. Radix enim firma existẽs, iterũ dulce nectar emittet, quantũ ad libationẽ tibi hirce, sacrificãdo, scilicet opus est.

Παρμενίωνος μακεδόνος.

Οἱ κόρις ἄχρι κόρου.) Festiuũ & elegãs distichõ, exornatũ prosonomasia, quã latina lingua eadẽ uerborũ gratia nõ potest assequi. Cimices (inquit) usq; ad satietatẽ saturati sunt mei. Atqui ipse quoq; saturatus sum cimicibus perdendis. ἀκκορίζειν, quasi diceres excimisare, id est, perdere.

Αντιπάτρου.

Αὔην με πλατάνιστον.) Sicca Platanus de uiridi uite loqtur, quòd nũc amißis folijs, ab ea, quã diu sustinuit, uicißim nunc uestiatur. Siccã me platanũ adserpẽs tegit uitis, aliena circũgerminaui coma. (ἀμφιτέθηλα, præteritũ mediũ à θάλλω) Quæ prius germinantibus nutriui ramis racemos, hac nõ minori folia, id est, nõ paucioribus luxuriabã folijs. hoc enim significat ἀπτηλοτέρη. Talẽ sanè aliquis sociã lactet, uel alat, quæ sola nouit & mortuæ pensare beneficiam.

Αντιπ

Ἀπολλωνίδου.

Ξεῖνον ὁπηνίκα θαῦμα.) Cuius hoſpitis crudelitatem hoc epigrammate notet Apollonides, incertum eſt. Requirit autem in eo domando alterum Herculem, quòd eiuſdem ſit immanitatis cũ Diomede rege Thraciæ, qui equos ſuos humana carne pauit. Senſus eſt: Hoſpitẽ quando mirũ uidimus Aſia tota, pullum contra humanam carnem frementem, Threicij præſepis uetuſta fabula in meum oculum uenit, quæro alterum Herculem. Antiquam fabulam ſe uidiſſe, non tantum audiſſe ait.

Ἀδήλου.

Οὐδεὶς ἀνθρώπων.) Hic uerſiculus ſententioſus, indicat neminem malorum hominum non daturum pœnas.

ΕΙΣ ΑΓΕΙΛΗΝ. 7.

Μουσικίου, οἱ δὲ πλάτωνος.

A Κύπρις μούσαισι.) Muſas non peti à Cupidine, hoc epigramma teſtatur. Extat hac de re elegans apud Lucianum dialogus, Veneris & Cupidinis. Subſcribit huic Idyllio 11. Theocritus,

Οὐδὲν ποτ᾽ τὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο
Νικία, οὔτ᾽ ἔγχριστον ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδ᾽ ἐπίπαστον
Η ταὶ πιερίδες. Et Idyl. nono,

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, &c. Nam locus eſt in promptu. Sententiæ equidem ocioſæ iuuentuti ſummo ſtudio notandæ, & iterum atque iterum memoria repetendæ, ut honeſtis Muſarum ſtudijs ſemper intenta, ociũ tanquam omnium uitiorum fontem fugiat. Cæterum in uerſu penultimo ἄρει non eſt uerbum, ſicut quidam expoſuerunt, pro tolle, ſed datiui caſus, à nominatiuo ἄρης Mars. ut ſit ſenſus: Has tuas nugas Marti, ut amaſio

tuo, occine, non nobis, quibus puerulus ille non uolat.

Αδηλον.

Ο ζεὺς πρὸς τὸν ἔρωτα.) Extat & super hac re apud Lucianum non illepidus dialogus, quem uidere potes.

Tela tibi eripiam, sic Iuppiter inquit Amori.
Cui puer ille: Tona, denuo cygnus eris.

ΕΙΣ ΑΡΕΤΗΝ, ἄδηλον.

Ω στωϊκῶν μύθων εἰδήμονες.) Laudat Stoicos ob studiũ et doctrinã uirtutis, quòd hæc sola bona sit, & hominũ propria: tũ quòd et uitã & ciuitates libera re soleat. O Stoicorum sermonum periti, ô quàm optima dogmata sacris imponentes libellis, uirtutem, animæ bonũ solum. Hæc enim uirorũ sola & uitã liberauit, & urbes. Pro ἔυσαιτο, legendũ ἔυσατο, si uis saluũ esse uersiculũ. σαρκὸς δ' ἡδυπάθημα.) His uerbis in fine perstrin git Epicureos, quorum bonorum finis est uoluptas, ut ce/cinit una ex filiabus Memoriæ, id est una Musarum.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους ἥρα, ἀποθεο/
θέντος ἡρακλέους.

Σῆς ἀρετῆς ἱδρῶτι.) Hæc uerba Iunonis de Hercule tandem consecrato, præterquam quod plana sunt, docent, uirtutibus demum & labori dignum præmium cõtingere. Idem testatur etiam distichon subsequens, σοὶ χάριν ἐξε τέλεσε πόνος. Est enim uerißimum quod scriptum reli quit Xenophon, ἐκ τῶν πόνων τὰ μαλακὰ γίγνεσθαι.

Ονέσου.

Αμβαίνων ἐλικῶνα.) Cõmendationẽ laboris & seduli tatis hoc epigrãma cõplectitur: q; arduus labor sapientiæ, dulcißimũ fructũ hominibus nõ instrennuis retribuat. Ver siculi iuuenibus diligenter ediscendi, quos sic trãstulimus:

Fessus es

Fessus es ascendens Helicona, sed inde repletus
Dulcia Pegasci pocula fontis habes.
Est sophiæ uia dura: sed alta cacumina nactus,
Tandem Pieridum munera grata feres.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Μήτε βαθυκτεάνοιο.) Epigramma Pauli Silentiarij, longè elegantißimum: quo docemur, solam uirtutem esse stabilẽ, cætera omnia incerta, fluxa, caduca, et transitoria: propterea quòd tota uita nostra instabilibus auris impugnetur, ita ut iam hàc, iam illàc crebrò distrahatur. Hoc enim significat ἀντιμεθελκόμενος βίος, quæ subinde miserè distrahitur, nec in ullo certo statu, aut tenore consistit. Et hi uersiculi sunt iuuenibus diligenter infigendi memoriæ, ac subinde repetendi. Libuit & hoc epigrãma exercitationis gratia in latinum sermonem conuertere:

Nec fortuna fauens te tollat, noxia flectat
Nec libertatem sollicitudo tuam.
Omnis enim incertis uita impugnatur ab auris,
Atq; hac atq; illac tracta retracta crebrò.
Virtus est stabilis sola, atq; immobilis: audax
Per uitæ fluctus hac duce uela dabis.

Παλλαδᾶ, ἐπὶ τῶν ψευδῆ δόξαν ἐχόντων.

Πολλοί τοι ναρθηκοφόροι.) Huius uersiculi sensum eruditè explicat Erasmus in Chiliadibus.

ΕΙΣ ΑΣΕΒΕΙΣ. 9

Εἰς τὸν φθείροντα τὴν ἑαυτοῦ μητρυιὰν

Μὴ θάψῃς τὸν ἄθαπτον.) In eum qui propriam nouercã uel cognouit, uel interfecit. nam μητροφθόρος, utrunq; potest significare.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους πρὸς πρόκνην τὴν ἀδελφὴν φιλομήλη.

Σός με πόσις κακόεργος.) Verba sunt Philomelæ ad sororem Prognen, de ipsius marito Tereo, à quo per uim fuit constuprata. Vide Ouidium libro sexto Metamorphoseon. Hoc uiso, sequentis sensum facilè assequêris, quid sibi hæc uerba uelint, ἐμοῦ δὲ σοι ἄλγεα θυμοῦ πέπλος ἀπαγγείλῃ, &c. Porrò epigrãma de Therone prodigo, quod sequitur, quia nihil habet difficultatis, præteriuimus.

ΕΙΣ ΑΥΛΗΤΑΣ, ΚΑΙ ΑΥΘΙΣ ΟΡΧΗΣΤΑΣ.

Φιλίππου. 11.

Ιμερον αὐλήσαντι.) In laudẽ Glaphyræ tibicinis, cuius etiã latini poëtæ mentionẽ faciunt. Desiderabile tibia canentẽ multiforaminos per calamos dixit dulcisonũ Phœbus ad Glaphyrã: O Marsia, mentitus es tuũ inuentũ. Has enim Mineruæ tibias ex Phrygia hic prædatus est. Si autẽ tu talibus tũc inspirasses, non Hyagnis (mater tua) ad Mæandrũ lachrymasset, seu defleuisset malesonantẽ litẽ. Marsias abiectas à Pallade tibias dicitur inuenisse, ac cũ Apolline in tibiarum certamen descendisse, uictusq́;, & corio exutus esse: de quo plura apud Pausaniam.

Βοήθου.

Εἰ τοῖος διόνυσος.) Laudat Pyladẽ saltatorẽ, inquiens: Si talis Dionysus in sacrũ uenisset Olympũ, saltans cũ Lenæis et Satyris, qualiter artificiosus saltauit Pylades illũ, rectas secũdũ tragicorũ leges poëtarũ, quiescẽs ab inuidia dixisset uxor Iuno: Mẽtita es ô Semele, Bacchũ ego pepi.

Ἀντιπάτρου.

Ὀρφεὺς θῆρας ἔπεισε.) Alterius tibicinis laudem celebrat, plano epigrāmate. τὸν φρύγα, intellige Marsiam. In fine autem ait, ipsum Somnum, si te canentem audisset, in ulnis Pasitheæ obdormiuisse. Est autem Pasithea nomē unius Gratiarum, quam Iuno promittit Somno sponsam futuram, si Iouem sopiuerit: apud Homerum Iliados ξ; his uerbis,

ἀλλ᾽ ἴθ᾽ ἐγὼ δέ καί τοι χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων
δώσω ὀπυιέμεναι, καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν,
πασιθέην. ἧς αἰὲν ἱμείρεαι ἤματα πάντα.

Ἀλκαίου.

Σύμφωνον μαλακοῖσι.) Laudatur Dorotheus musicus, qui solus in sacris Dionysij reprehēsionē effugit. Mollibus tibijs bene sonantem uocē miscens Dorotheus, luctuosos spirauit (id est, cecinit) Dardanidas, hoc est bellū Troianum. Et Semeles nixum fulmineum. Cecinit etiam equi opera, Troiani intellige, uel Pegasi, &c.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐκ ἔτ᾽ ἀνὰ φρυγίην.) Præsens epigrāma scriptū est in Marsiā, quòd per Phrygiā piniferā amplius nō sit cantaturus, neq; suis manibus opus Mineruæ, quæ calamorū repertrix esse dicitur, tractaturus. Cōstructio uerborū est, νυμφογενὲς σάτυρε οὐκ ἔτι μέλψεις, etc. ἀλυκτοπέδαις, ineuitabilibus uinculis. nam reliqua plana sunt.

ΕΙΣ ΑΥΤΑΡΚΕΙΑΝ. 12.

Παρμενίωνος μακεδόνος.

Ἀρκεῖ μοι χλαίνης.) Huius tituli epigrāmata nihil ferè habent obscuritatis, & sunt eorum pleraque ab eruditis uiris in latinam linguam conuersa, itaque non diu his

subsistemus,

ſubſiſtemus, ſed carptim tantum attingemus. Primum nos *ſic conuertimus:*

Veſtitus tenuis contentus tegmine, menſas
Non peto, Muſarum florida prata colens.
Diuitias odi ſtolidas, faſtusq; potentum,
Et nutus: modica cum dape liber agam.

παρ' ὀφρὺν ςῆναι ego intelligo, ad ſupercilium, id eſt nutum diuitum et potentiorum ſtare, et attentum eſſe: ſicut faciendum in aulis principum paraſitantibus & miniſtrantibus.

Αλφειοῦ μιτυληναίου.

Οὐ ςέργω.) *Verſiculi hendecaſyllabi, iam olim à* Thoma Moro *uiro doctiſsimo, ſed infelici & miſerabili fato abſumpto, uerſi habentur. Commendant autem mediocritatem, & illud* Apollinis, μηδὲν ἄγαν.

Αδήλου.

Ελθὼν εἰς ἀίδην.) *Super hoc argumento uide* Lucianum *in dialogis mortuorum, non diſsimilia ſcribentem.* Huius *epigrammatis uerſionem require apud* Auſonium.

Παλλαδᾶ.

Ελπίδος οὐδὲ τύχης.) Nec *ſpem, nec fortunam ſibi curæ eſſe dicit, ſed paupere cultu contētum uiuere, dūmodo libertatem tueatur.* Verba *ſunt animi planè excelſi, & humana omnia contemnentis.*

Λουκιλλίου.

Μὴ σύγ' ἐπ' ἀλλοτρίης.) *Gnathones & paraſitos increpat, quibus minimè fœdum uidetur aliena uiuere quadra, et nonnunquam inuitis oculis lachrymantibus collachrymari, et ridentibus conridere, hoc eſt uultum è uultu comparare: quo nihil excogitari poteſt ſordidius, & abiectius.* Ne *tu (inquit) ad alienæ ô homo ſedeas menſæ fruſtum ſiue buccellam*

buccellam uituperabilem, uentri gratificans, id est parasitans. Aliquando *flenti & luctuoso oculum, pro oculis, collachrymans, & iterum ridenti conridens: quum tu neque opus habueris fletu, neq; risu.* Ego ploro *Miliæ, & rideo Miliæ: nempe uxori meæ, et nõ alijs, sicut tu uẽtris gratia.*

Λουκιανοῦ.

Ὡς τεθνηξόμενος.) Thomas Venatorius hos uersus ex tempore sic reddidit:

Vtere diuitijs ueluti iamiam moriturus,
Ceu sis uicturus tu quoq; parce tuis.
Ille sapit uere, qui res perpendit utrasq;:
Parcus erit certo tempore, largus erit.

Παλλαδᾶ.

Βέλτερόν ἐστι τύχης.) *Præstabilius esse ait aduersam tolerare fortunam, quàm diuitum arrogantiã. & hæc uerba animum spirant liberum & excelsum.*

Κράτητος φιλοσόφου.

Χαῖρε θεὰ δέσποινα.) *Et hic ut philosophicum hominem decet, salutat: & amplectitur εὐτελίην, contentationẽ (si sic fas est loqui) uel frugalitatẽ, Temperãtiæ filiã.*

Θεόγνιδος.

Οὐκ ἐθέλω πλουτεῖν.) Hoc *Theognidis distichon citat etiã diuus Basilius, in libello de legendis poëtis & oratoribus: nisi quod ille pro* οὐκ ἐθέλω πλουτεῖν, *legit* οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν. *quod nos sic ludentes traduximus:*

Non uolo diuitias, non opto, sed sine praua
Arte mihi exigui sint alimenta cibi.

Ἀδήλου.

Σώματα πολλὰ τρέφειν.) *Compendiosissimã ad paupertatem uiam esse ait, immodicas structuras & sumptus.*

quod haud dubiè nostro tẽpore multi principes uerißimũ esse experiuntur, qui fermè nulla alia in re damnosiores sunt, quàm in ædificando, & inutilibus sumptibus faciendis. Ita paßim uidemus, leuibus curis magna perire bona.

Ἀδήλου.

Ὦ γαστὴρ κυνόμυια.) Hoc est, O uenter impudens & improbe. κυνόμυιαν Græci uocant, hominem impudentem & improbum, ab horum animalium natura. Apud Homerum Helena aliquoties se uocat κυνώπιδα, non ita dißimili compositione & significatione. Scriptum est in assentatores & parasitos, qui uentris gratia uel uno bolo libertatem uendunt. ô misera mancipia.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΝ ΒΙΟΝ.

Ἀρχίου. 13.

Θρήϊκας αἰνείτω τις.) Et huius tituli epigrammata clara sunt, & omnia fermè à doctis uiris uersa habentur: quare paucis saltẽ perlustrabimus. Primũ est de Thracibus, qui nascentes luctu & lachrymis prosequuntur, mortuos lætitia & tripudio efferũt: quòd illi innumeris malis obijciãtur, hi omnibus sint perfuncti. ὀλβίζουσι, beatos prædicant. ἀπροϊδὴς μόρος, improuisa mors.

Ἀδήλου.

Τὸν βίον Ἡράκλειτε.) Heraclitũ & Democritũ alloquitur, ut hic uitã rideat, ille defleat: tanquã miserã ac luctuosam, pariter et ridiculam. Hos uersus Venatorius sic interpretatus est:

Hæc magis Heraclite tuo sunt digna dolore
　Tempora, sunt lachrymis hæc mage digna tuis.
Excipe plus solito Democrite cuncta cachinno,
　Quandoquidẽ simul hæc cuncta cachinnus habet.

Interea

Interea ipse in uos tacitus dum lumina figo,
Protinus in risum soluor, & in lachrymas.

Ποσειδίππου· οἱ δὲ κράτητος
τοῦ κυνικοῦ.

Ποίην τίς βιότοιο τάμοι τρίβον.) Colligit ex omnium uitæ statuum miserijs, optimum esse aut non nasci, aut natum cito oppetere. Huius epigrammatis & interpretationem, et uberiorem declarationem, ex Erasmi Chiliadibus petas licebit: ubi & sequens, quod à Metrodoro in contrarium scriptum est, expositum inuenies.

Λουκιανοῦ.

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν.) Omnes mortalium res nos præterire, aut potius easdem à nobis præteriri indicat. Venat. latinè (sic,

Omnia nos fugiunt, nil non mortale tenemus:
Et si non fugiunt, nos tamen hæc fugimus.

Παλλαδᾶ.

Γῆς ἐπέβην γυμνός.) Hoc distichon sic interpretati sumus:

Nudus humum intraui, sub terram nudus abibo.
Cur angor? finis si quoq; nudus erit.

Et iterum copiosius:

Natus ut in terram nudo sum corpore, nudo
Corpore sic iterum sum subiturus humum.
Cur igitur uanis uexem mea tempora curis?
Si finis uitæ deniq; nudus erit.

Venatorius sic.

Nudus eram ueniens in terram, rursus abibo
Nudus, cur crucier funera nuda uidens?

Τοῦ αὐτοῦ.

Πλοῦς σφαλερὸς τὸ ζῆν.) Periculosæ nauigationi uitam nostram comparat, in qua sæpe miserabilius quàm naufragi in undoso

in undoso mari iactamur. Horum uersiculorū sensum *Venatorius sic reddidit:*

Vita hominum rapidis natat interiecta procellis,
Naufraga uentoso ceu ratis acta freto.
Nam quum cæca breuem uitam fortuna gubernet,
Hinc uelut ambiguo ducimur in pelago.
Emergunt alij, pars infeliciter errat:
Quosq; tamen portus qui manet, unus erit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, &c.) *Scena est omnis uita nostra, et ludus, cui aut apte seruiendū erit, et ludus discendus, aut incommoda uitæ æquo animo ferenda.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ τὸ φέρον σε φέρει.) Non esse repugnandum *fortunæ, sen fato. tametsi* τὸ φέρον *pro fortnna malim intelligere, quod hic de morte non loquatur.* Venustas *carminis tota est in uerbo* φέρειν.

Τοῦ αὐτοῦ.

Δακρυχέων γενόμην.) Vitam humanā plenā *esse lachrymis et calamitatibus, si nō hoc tetrasticho, certè quotidianis experimentis uerū esse discimus. non dissimili argumento sunt & sequentes duo uersiculi.*

Ιουλιανοῦ.

Ηδέα πάντα κέλευθα.) Quot *capita, tot sensus.* Alij *uitæ humanæ fragilitatē damnāt, hic nihil nō in uita dulce esse asserit.* Respōdet aūt *hoc epigrāma* Metrodori *uersiculis.*

Αδήλου·

Πῶς τις ἄνευ θανάτου.) Huius *uitæ difficultates sine morte nominē posse effugere ostendit, quod multis sit implicata molestijs.* Vt *enim naturæ bona sint delectationi,*

quod

quod genus sunt terra, mare, sidera, luna, sol, &c. cætera tamen omnia metu & dolore esse referta: & semper in bonis timendam Nemesin.

Ἀδήλου.

πάντα γέλως, etc.) Carmē planè Epicureū, asserēs omnia nihil esse, et temere ac sine ratiōe facta. quod ita uertimus:

Omnia sunt risus, sunt puluis, & omnia sunt nil:
Nam sine consilio condita cuncta liquet.

Ἀδήλου.

Φροντίδες οἱ παῖδες.) Filij parentibus curā pariūt, maxime si quid eis humanitus contigerit. sed nec minori sunt sollicitudini, etiam si uixerint. Delectationi & uoluptati est, uxor bona & commoda: Contrà mala & improba, acerbam uitam reddit marito. In primo uersiculo deest particula μὲν, aut simile quiddam, ut legas μέγα μὲν κακόν, &c.

Ἀδεσπότου.

Ὠ θηρῶν βροτὲ μᾶλλον.) Hominem omnibus feris infeliciorem esse ostendit, quippe cui paßim pernicies & mors immineant, terra quidem à lupis, in arboribus uerò ab aspidibus, in Nilo autem à crocodilis, &c. Sed uidetur alludere ad historiam quandam, quæ mihi ista commentanti in mentem non uenit.

δενδροβατῆς, in arborē ascēderis, uerbū est, nō nomen: ut quidā indoctè interpretatus est.

ΕΙΣ ΒΡΕΦΗ. 14

Λυσίππης ὁ νεογνὸς.) De infante, quem iamiam lapsurum è præcipitio, Lysippe mater ostensa mā ma reuocauit. ἀσυανακτείης ἤρχετο δυσμορίης.) Astyanax Hectoris et Andromaches filius, à Græcis fuit è turri præcipatus, ut author est Euripides in Troadibus, et Seneca in eiusdē nominis tragœdia. Sensus aūt est: Inci

c piebat

piebat puer Astyanacteā infelicitatē, iam è loco præcipiti casurus. μεθωδλήγησεν, reduxit, à pectore proferēs mam mam, famis solutricem, & mortis.

Αντιπάτρου.

Δμώϊον ἱπποκράτευς.) De infante Hippocratis cuiusdā serui, in mari extincto. δμώϊον βρέφος, seruilis infans, è seruo procreatus.

Βιάνορος.

Ηρειπεν ἐξ ἄκρης.) De infante supra quē tota domus corruit, neq; tamē oppressit. Cecidit ex summo domus uniuersa: sed supra puerū infantē, Zephyro multo leuior. pepercit infantiæ et ruina. Gloriabūdæ matres, dolores partus et lapis sentit.

ΕΙΣ ΓΑΜΟΝ. 15.

Ε Ἴτις ἅπαξ γήμας.) Venatorius Latine sic:

Qui repetit thalamos post primi funera lecti,
Bis petit insanum naufragus ille fretum.

Idem aliter:

Qui sequitur rursus thalamos uxore sepulta,
Naufragus horrisono bis perit ille salo.

Απολλωνίδου.

Πρὸς παίδων ἔπευ.) Philinna Diogenē maritū orat, ne se sepulta secundas nuptias celebret, & nouercā liberis superinducat. Quem tamē preces suas respuentem ulciscitur. Per pueros, inquit, si me mortuā στείλης, id est cōposueris, ornaueris, tumulaueris, ne contrahas secūdos amores nuptiarū. σπένδειν γάμον, siue σπένδειν φίλτρα γάμου, sicut σπένδειν εἰρήνην, dicitur. At ille alteri studuit, scilicet uxori. Philinna uerò Diogenē obliuionis ulta est, etiam mortua. Nam nocte prima thalamum occupauit ira ineuitabilis, ne lectus uideret secundum solem.

Παύλου

Παύλου σιλεντιαρίου.

Καλὰ τὰ παρθενίης.) Virginitatis decus pulchrum est: idē tamē uitæ nostræ exitiosum foret, si certatim ab omnibus coleretur. Ideo poëta hortatur ad legitimā matrimonij contractionē, procreandæ sobolis, & euitādi adulterij gratia.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους ἑλένη, μονομαχούντων μενελάου & πάριδος.

Εὐρώτης ἀσίης τε.) De hoc singulari certamine elegātissimè Homer. Iliad. γ. Ex cuius rapsodia lib. decimo etiā hoc hemistichiū, ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆ, desumptū est. Sic enim eo in loco Nestor loquitur:

νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς,
ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.

summum discrimen imminere significans. Vide Erasmum in prouerb. In acie nouaculæ.

Αὐτομέδοντος.

Εὐδαίμων πρῶτον μὲν.) Huius epigrammatis interpretationē require apud Erasmū in prouerb. Fœlix qui nihil debet. De uacuo & atomis multa Epicurus ineptè disputat, quem missum faciendum suadet suis nugacibus ineptijs. Sunt enim multo potiora, quibus peruestigandis tempus nostrum melius impendimus. οὐ γὰρ μακρὸν δίδωσιν ὁ δαίμων χρόνον τοῦ ζῆν, μὴ λάθης ὅτι περὶ ταῦτα αἰνίγματα καὶ λήρους ἀναλώσας.

Αδήλου.

Οὐκ ἔστι γῆμαι.) Iambici senarij, plani & aperti.

Αδήλου.

Ἄχρις ἂν ἧς ἄγαμος.) Quousque fueris innuptus Numenie, omnia uidentur tibi in uita esse bona bonorū, id est summè bona. Deinde cū ingressa fuerit uxor, scilicet ad te,

rursus statim uidentur tibi in uita esse omnia malorum ma la, id est, extreme mala. Sed gratia liberorum, scilicet duc uxorem. habebis Numenic liberos æs habens: pauper, &c.

ΕΙΣ ΓΗΡΑΣ ΚΑΙ ΓΕΡΟΝΤΑΣ.

μενεκράτους. 16.

Γῆρας ἐπὰν μὴ ἀπῇ.) Cato quoq; apud Ciceronē in hoc genere ait senectutem esse, quam ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam. Non dissimilia apud Stobæum Crates ad quendam, senectam ei exprobrantem, loquitur:

Ὠνείδισας μοι γῆρας ὡς κακὸν μέγα
Ὦ μὴ τυχόντι, θάνατος ἔσθ' ἡ ζημία.
Οὗ πάντες ἐπιθυμοῦμεν. ἂν δ' ἔλθῃ ποτὲ,
Ἀνιώμεθ' οὕτως ἐσμὲν ἀχάριστοι φύσει.
Τοῦ ζῆν γὰρ οὐδεὶς ὡς γηράσκων ἐρᾷ.

Omnium uero doctissime apud eundem Theodictus matrimonium & senectutem inter se comparat, sic dicens:

Παραπλήσιον πρᾶγμ' ἐστὶ γῆρας καὶ γάμος.
Τυχεῖν γὰρ αὐτῶν ἀμφοτέρων σπουδάζομεν.
Ὅταν δὲ τύχωμεν, ὕστερον λυπούμεθα.

Λουκιλλίου.

Εἴ τις γηράσας ζῆν.) Existimat Lucillius, senectute confecto non esse optandam uitam, sed oportere eius obsaturatum æquo animo discedere.

Βισαντίνου.

Ὤμοι ἐγὼν ἥβης.) Apud Stobæum hoc distichon Theognidis titulo citatur, cuius etiam esse uidetur. Est autem scribendum, ἀπονιοσομένης per ι, & non per ει.

Αδέσποτον.

Ἂν περιλειφθῇ μικρόν.) Modicū uini in uase relictū, facile

facile in acetum uertitur: sic uita exhausta senio, non difficulter in morositatem aut odiosam iracūdiam prolabitur. Suffragatur huic sententiæ etiam Antiphanes *apud Stobæum, ubi sic inquit:*

Σφόδρα τί ἐστιν ὁ βίος ἡμῶν οἴνῳ προσφερής,
Ὅταν ᾖ τὸ λοιπὸν μικρὸν, ὄξος γίνεται.

Quanquàm hic potius ad senectutis amaritiem & incommoda, quàm senum morositatem respexisse uideri potest. εἰς γὰρ τὸ γῆρας πάντα τὰ χαλεπὰ συῤῥεῖ. *Aut sicut* Antiphanes, πρὸς τὸ γῆρας ὥσπερ ἐργαστήριον ἅπαντα τ᾽ ἀνθρώπεια προσφοιτᾷ κακά.

Ἐπιγόνου θετταλοῦ.

Ἡ πάρος, εὐπετάλοισιν.) *De uite quæ cōsenuit, quòd uuæ quoq; senectutis rugas sentiant. Quæ ante bene foliatis in labruscis iuuenescens, & extentorum racemorū acinum tali: nunc sic ueterasco, seu uetula fio, uide quo pacto tempus qualia domat.* Et *una senectutis sentit rugas.*

Ἀντιπάτρου.

Χειμέριον καίουσαν.) In Gorgonē *anum, quæ tonitru exanimata occubuit.* πνεύμονα, etc. *pulmonem autē frigerata occubuit, seu desijt.* Erat *igitur media senectutis & mortis relicta causa.*

Φίλωνος.

Αἱ πολιαὶ σὺν νῷ.) Prudens *senectus honoratior est stulta iuuentute.* Epigramma *sententiosum, & elegans.*

ΕΙΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥΣ. 17.

παλλαδᾶ, εἰς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἀνδρομάχην.

Μῆνιν τ᾽ οὐλομένην.) Huius *epigrāmatis author est* Pallada, *oriūdus ex* Chalcide *insula* Eubœæ.

facile inter eos poëtas, qui epigrãmata cõscripserunt, principatum obtinet: tantum adhibet in scribendo argutiæ, leporis, salis, festiuitatis et gratiæ, ut iure optimo Martiali præ cæteris comparetur. Fuit autẽ præter cætera insignis etiam grammaticus, sed fortuna tenui: id quod ipse hoc epigrammate non dißimulat, quo festiuiter in rixosam uxorẽ suam iocatur, alludens ad nomen eius Andromachen, quasi semper solitam rixari & digladiari cum marito. Ausonius de quodam grammatico nõ dißimile reliquit epigramma.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μῆνις ἀχιλλῆος.) Grammatices profeßionem paupertatis occasionem sibi fuisse, confirmat & hoc epigrammate, satis plano & perspicuo.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὄργανα μουσάων.) Libros poëticos se uendere dicit, & arti oratoriæ animum deinceps applicare, Pierides longum ualere iubens, propterea quòd constructio, id est, grammatica profeßio mortem sibi penè attulerit. Belle uero ὄργανα μουσάων, id est, libros poëticos, uocat πολύστονα, quippe qui suis cultoribus & ennarratoribus nil nisi egestatem & contemptum, ac luctum præmij loco, maxime uero hoc seculo reponunt: ut exclamare libeat,

Heu male Pierides miseras hæc secula tractant.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἀρχὴ γραμματικῆς.) Indicat grammaticum non posse non esse luctuosum et miserũ, uel ex ipsius grammatices principio. Vide Homericæ Iliados initium. Ipsum epigramma à multis & uersum & tractatum est.

Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ.

Καλλίμαχον πωλῶ.) Poëtas & grammaticales ca/sus uendés, ipse paupertatis casu oppressus, orat amicum, ne se patiatur coniunctione paupertatis, id est, in hac ieiuna grammaticorum professione uitam transigere. Alludit autem ad coniunctionem, quæ una est partium orationis, multum facessens γραμματικευσαμένοις negotij.

Εὐπειθίου ἀθηναίου εἴξαντος τὴν καθόλου.

Ταυτολόγων κανόνων.) Conqueritur Eupithius Atheniensis, se quodã libro punctis distinguendo, item emendando & cradẽdo, qui de uniuersalitate, seu de uniuersa grammatica à quodam fuit conscriptus, prorsus esse defatigatum, dicens: Hei multitudinem eadem sonantium canonum, & obscurarum rasionum, tenuis quas impreßit calamus: Oculi mei feßi sunt, collum, spina, fibræ, humeri. Ab uniuersali, scilicet grãmatica, fero uniuersalẽ dolorem.

Παλλαδᾶ.

Λίτραν ἰτρῶν ζήσας.) Duodecim annos laboriosa grammatices profeßione se traduxisse innuit, nec aliud lucri fecisse, quàm quod de mortuis multa incepta garrire sciat. per λίτραν, hoc est libram, bis sex significat. libra enim ualet duodecim uncias.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ενθάδε παιδεύουσι.) Aliud Palladæ epigramma, de grammaticorũ miseria, quibus tantũ non fame est contabescendũ. Ad hæc, quàm maligne iisdẽ à discipulis τὰ δίδακτρα persoluũtur. Hic docent, scilicet pueros (inquit) quibus Sarapis est iratus, id est, quibus est fame moriendũ. Nã Sarapis rex Aegypti, Alexãdrinos rei frumẽtariæ inopia

copiosa annona subleuauit. Vide Suidam in dictione Sarapis.) à perniciosa ira incipientibus, id est grāmaticis. Vbi altor per mensem affert mercedē cum necessitate, libro et charta ligans paupertatē. Veluti autē sacrificiū uel incensum ponit iuxta sedē, sicut ad sepulchrum illam modicam chartam proiectam.

Στίχοι ἔχοντες τὰ εἰκοσιτέσσαρα στοιχεῖα.

Ἀβροχίτων δ' ὁ φύλαξ.) Præterquam quòd hi uersiculi uigintiquatuor literarū elementa complectuntur, uidetur mihi poëta quendam quoq; grāmaticum nomine Cyclopem formicam deridere, nimis affectatè loquentem, ac sesquipedalibus & uerbis monstrose compositis gaudentem: cuiusmodi est, θηροζυγοκαμψιμέτωπος, quasi tu dicas, ferifleclifrontijugus. Cuius & mollitiē in uestitu notat, uocās cum ἀβροχίτωνα φύλακα, delicatè uestitum custodem, scilicet puerorum, & ludimagistrū, & delicatum uel sumptuosum in sacrificijs.

ΕΙΣ ΓΡΑΦΙΔΑ. 18.

Ἡμην ἀχρεῖον κάλαμος φυτόν.) In stylum graphiarū. Eram (inquit) inutilis calamus, planta: etenim ex me non ficus, neq; pomum nascitur, neq; uua. Sed me uir adaptauit Heliconidem, tenuia tornans labra, et angustum fluxum deriuans. Ex hoc autem, scilicet fluxu, quum bibero atram potionē, id est atramentum, ueluti afflata numine omne uerbum muto hoc ore dico.

ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ. 19.

Παλλαδᾶ.

Ὀργὴ τοῦ Διός ἐστι γυνή.) Epigrāma clarum. Alludit autē ad ultionē Promethei, cuius ob furtū iratus Iuppiter, mortalibus Pandorā misit, & mulieres dedit. Vide

Vide Hesiodum libro primo περὶ ἐργῶν *&* *eundem in* Theogonia. χρυσόθρονον ἥρην, Homericũ *est ex pri/mo libro* Iliad. πολλάκι γοῦν αὐτὴν ἔιψεν.) Hãc *fabulam uide apud* Homerum *Iliad.o, statim in principio.* χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ, *Est ex quarto Iliados:*

> Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο
> χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ.

Vt allusiones uideas. Hoc *epigramma ualde ex tempore sic traduxi:*

> *Est mulier Iouis ira, ignis uice tradita, donum*
> *Triste nimis, flammæ scilicet antidotum.*
> *Quippe uirum exurens, curis marcescere cogit,*
> *Et facit ut iuuenes cana senecta premat.*
> *Sed neq; Iunonem curarum Iuppiter expers*
> *Ipse tenet: quoties præcipitauit eam*
> *Sublimem ex alto? sicut bene nouit* Homerus,
> *Iratum uxori dum canit esse Iouem.*
> *Sic adeò proprio concors est nulla marito,*
> *Non, si sustineant aurea fulcra thorum.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Πᾶσαν ὅμηρος ἔδειξε κακήν.) *Et hos uersiculos sic uertere libuit, exercendi styli gratia:*

> *Nulla Melesigeni non est damnosa poëtæ*
> *Fœmina, seu meretrix, siue sit illa proba.*
> *Complures Helene generauit adultera cædes,*
> *Penelopes itidem uita pudica neces.*
> *Præstitit ergo una Iliadi muliercula caussam,*
> *Fecit Odysseam scribere Penelope.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὁ ζεὺς ἀντὶ πυρὸς.) *Respicit hoc epigrãma ad primũ:*

 nisi

nisi quod mulier sit igne ignis longè nocentior, quippe inextinguibilis, & ubiq; inflammans.

Του αὐτοῦ.

Αν πανυ κομπάζῃς.) Facetè iocatur Pallada in quendam *γυναικοκρατούμενον*, id est, *sub uxorio imperio uiuentem, sedulo tamen indignum seruitium dissimulantem. Quales hei hodie multi inueniuntur, usqueadeò uxorij, nihil aliud mutire aut facere audentes, nisi quod dominæ uxori placuerit.* De quibus uide Aristotelem 2. Polit. et priores Budæi in Pandectas Annotationes. *Quanquàm admodum te iactes, inquit, quòd imperio non parcas uxoris, nugaris tamen: neq; enim è quercu aut petra (quod aiũt) natus es.* οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς, οὐδ᾽ ἀπὸ πέτρης.) *prouerbialis oratio, frequens apud* Homerum, *in durum & immitem, & qui nullis blanditijs aut orationibus flecti & emolliri potest.* ὅσ᾽ οἱ πολλοὶ, etc. *Quoniam multi ex necessitate patimur, si omnes scilicet uxoribus subiecti sumus, uel patimur necessariò.* ὦ σὺ γυναικοκρατῇ, Et *tu (sicut nos omnes) uxoris imperio subiectus es. Si nõ sandalio uerberor, inquis (id qđ* Hercules *ab* Omphale *passus esse fertur) neq; impudica mihi est uxor, oportet me clausis oculis ferre, id est, ad cætera mihi conniuendũ est. nã hoc significat* μύειν: *quod nõ raro faciũt docti spectare lacunar, & quibus moris est ad calicem uigilanti stertere naso.* Respondet poëta huic uxorio mancipio, δουλεύειν σε λέγω, &c. *Vtcunq; se res habeat, seruire tamen te dico tolerabilius, quàm si uenditus esses modestæ dominæ, nec admodum difficili.*

Αδηλον.

Επταρον ἀγχὶ τάφοιο.) *Dicit se ad sepulchrũ sternutando omen*

do omē captasse, de uxoris suæ fato: sed frustra, quòd neq; à morbo ullo, neq; à morte ullū uideret uxori imminere pe(riculum.

Εἰς ἀγαμέμνονα.

Ἔλλαδος ἐννακτῆρες.) Verba Agamemnonis de uxore sua Clytemnestra, cuius dolis domum reuersus fuit peremptus. Vide Homer. Odyss. libro 4. & alibi.

Ductores Danaûm, Graiæ telluris alumni,
Nolite infidis ultrà confidere nuptis·
Vxor me occidit, quem non ferus abstulit Hector.

Bene uero monet Agamemnon, δολοφρονούσαις nihil habendū esse fidei. Nā fidis & pudicis uxoribus fidē denegare, contra foedus esset iugale. Etenim certò constat, non omnes mulieres esse fraudulentas & improbas. non omnes sunt Clytemnestræ & Helenæ: sed inueniuntur inter eas etiam Penelopæ, Laodamiæ, & Susannæ, hoc est pudicæ & fideles, καὶ φιλάνδροι, καὶ φιλοίκουροι· quas omnes indiscriminatim uituperare, & contumelia afficere, non est sani hominis, testante hoc Euripide,

Ὅστις δὲ πάσας συντιθεὶς ψέγει λόγῳ
γυναῖκας, ἑξῆς σκαιός ἐστι, κοὐ σοφός.
πολλῶν γὰρ οὐσῶν, τὴν μὲν εὑρήσεις κακὴν,
τὴν δ' ὥσπερ αὕτη λῆμ' ἔχουσαν εὐγενές.

ΕΙΣ ΔΕΝΔΡΑ. 20.

Ἀντιπάτρου. οἱ δὲ πλάτωνος.

Ἐνοδίην καρύην με.) Querimonia nucis, quòd à pueris seu uiatoribus prætereuntibus certatim lapidibus petatur. Ad huius epigrāmatis exemplum Ouidius elegantißimam illam de Nuce elegiam haud dubiè conscripsit. ἐνοδίην, itinerariam, seu iuxta iter positam nucem, me prætereuntibus plantauerunt pueris ludicrum.

λιθοβλή/

λιθοβλήτου εὐςοχί ς, certitudinis, seu dexteritatis, qua lapides proijciũtur. εὔςοχος, iaculandi peritus. εὐςοχία, iaculandi peritia & certitudo. uerbum ipsum est εὐςοχεῖν, de quibus infrà plura. Omnibus ramis (inquit) ex germinantibus surculis fracta sum: crebris lapidibus petita. Χερμάσι, lapidibus, à nominatiuo χερμὰς, άδος, à χεῖρ, quod manu contineri potest, & facile proijci. Homerus ferè χερμάδιον utitur. Εκαρποφόρουν, fructum tuli. Hoc epigramma eleganter trãstulit Andreas Alciatus, uir in omni literarũ genere scientißimus, quamobrem etiam adscribere libuit:

Ludibrium pueris lapides iacientibus in me,
In triuio posuit rustica cura nucem.
Quæ laceris ramis, perfrictoq; ardua libro,
Certatim fundis per latus omne petor.
Quid sterili poßit contingere turpius? eheu,
Infœlix fructus in mea damna fero.

Καλλινίου.

Οἱ ϖάρος ἐν δρυμοῖσι.) Piraster plantata agit rustico gratias, qđ eius opera iam inter arbores fructiferas numeretur. Antea, inquit, in nemoribus illegitimi donatrix fructus ἀχρὰς, piraster, ferinæ caudex, uel stipes, solitudinis. θηρόβοτον uocat solitudinẽ, qđ à feris depascatur. Alienis ramis insita, mitis pullulo, non meum nostris ramis ferens pondus, id est, fructum. Multa tibi, ô rustice, &c.

Λεωνίδου.

Μὴ μέμφου μ' ἀπίοιο ῥέον.) Aliud eiusdem fermè argumẽti de pirastro. ἀπίοιο ῥέον, immaturũ. βριθομένην, grauescentẽ. βρυθεῖν, proprie est arborũ ubertate frugũ laborãtiũ. μητέρι, id est matri, hoc est, arbori suspẽsa sunt.

Φιλίπ-

Φιλίππου.

Τὸν φιλοπωριστήν.) Ficū Philippus ad uiatorem lo/quentem facit, ut nunciet Democrito, ut maturet, siquidem cupiat à puro & nondum uitiatò ramo fructum decerpe/re: etenim se nō in ualde tuta statione consistere. φιλοπωριστὴν uocat cupidū pomorum, uel fructuum. ὤνθρωπ᾽, pro ὦ ἄνθρωπε, synalepha attica. λευκοόπωρος, epi/theton arboris cādidos fructus ferentis. ἐφώριος, tempe stiua. συκοφορῶ, ficus fero. τὰς ἀπύρους ἀκόλους, nō triticeos panes, uocat fœtus arboreos, quibus loco panis uescimur. ἀκόλοι tamen proprie frustra panis dicuntur, qualia dantur mendicis. Sic Homer. in Odyss. non semel utitur. ἀκρήτου, pro ἀκράτου, meri, puri, non uitiati ab alijs fructum decerpentibus.

Λεωνίδου.

Αὐτοθελεῖς καρπούς.) Vitis dicit se ultro maturos fructus exhibere, deprecans ictus lapidum, admonensq; uiatores Lycurgei infortunij, ne scilicet Bacchus irascatur suos labores iniuria afficientibus.

Ἀντιφίλου Βυζαντίου.

Κλῶνες ἀπηόριοι.) Alloquitur poëta umbrosam quer cū, ut & se ab ardore solis defendat. Rami, inquit, è subli/mi pendētes proceræ quercus, umbrosa altitudo, uiris me/rum, id est uehementem æstum cauentibus. frondosi, κεράμων στεγανώτεροι, testis densiores, propter foliorum co piam, domus hominum, domus cicadarum, meridiani ra/mi. Et me sub uestris recubātem ramis liberate, radiorum solis profugum.

Ζωνᾶ.

Ὦνερ, τᾶ βαλάνων.) Orat quercus rusticum, ne à se incidatur.

incidatur, propterea quòd priscis mortalibus matres & nutrices quercus extiterint. ὦ᾽ νερ, ô uir, ô homo, pro ὦ ἄνερ. *glandium matrẽ, id est, quercũ, parce incidere, parce: Vetulam succide pinum, uel piceam.* Vel hanc πολυστέλεχον, *caudicosam paliurum.* στέλεχος, *stips, truncus.* Aut *ilicem, uel arbutum arentem: uel morum, ut uult Plinius naturalis historiæ libro 16.* Procul autem à *quercu tene securim.* ἰοκυαὶ, *auiæ, uel progenitrices,* αἱ πρόγονοι. *Hesychius pro auis & progenitoribus in masculino genere exponit.* Dixerunt nobis, *quod priores matres sunt quercus.* Antiquitus *glandibus uictitasse homines, satis constat.*

Αδέσποτον.

Γαλλάδος εἰμὶ φυτόν.) *Palma uitis societatem & coniunctionem deprecatur.* Alciatus *hoc Distichon sic transtulit:*

Quid me uexatis rami? sum Palladis arbor.
Auferte hinc botros, uirgo fugit Bromium.

Huc allusit quidam non inerudite, nisi quòd unus uersiculorum nonnihil claudicat:

Quid me implicatis palmites,
Plantam Mineruæ, non Bromij?
Auferte quæso uestros racemos,
Ne uirgo dicar ebria.

Φιλίππου.

Φοῖβον ἀνηνάμενη ποτε.) *Blanditur Cæsari, ex cuius ara laurus subito enata est.* Repudiato Phœbo *quondã Laurus nunc produxit Cæsaris ex ara ramum nigricantibus folijs.* Ex deo *autem deum inuenit meliorem.* Latonigenam *enim exosa, amat Iouem Aeneadem: id est,* Cæsarem.

Radicem

Radicem autem non à terra matre iecit, ſed à petra. Cæſar, μὴ οὐδὲ Latino more, pro etiã, lapis poteſt parere.

Τιμοκρέοντος.

Ἵξευ ἀπὸ σκιερὰν πλάτανον.) Statua Mercurij inuitat uiatorem ſub platanum, ſicut in proximo Pan ſub pinum. ἅς, cuius, pro ἧς. καρποτόκου, frugiferi, ſeu fructum parientis.

Ὡς ἀπὸ πανός.

Ἔρχεο καὶ κατ᾽ ἐμάν.) Et hæc in perſona Panos dicuntur. κρούνισμα, torrens, uel uortex. μελίσδων, pro μελίζων, Doricum, mellitè, dulciter reſonans. ἐρημαίοις legendum, pro ἠρημαίοις.

Πλάτωνος.

Ὑψίκομον παρὰ τάνδε.) Et hæc ſub perſona Panos non diſsimili argumento dicuntur.

Εἰς τινὰ θανόντα ὑπὸ πλησμονῆς περσικῶν μήλων.

Ἐκ φονίων περσῶν.) Ex mortiferis Perſis mortiferã plantã duxit Perſeus, filio Theognoſti mortis cauſam.

Εἰς ἀναδενδράδα, id eſt, in pirum alteri piro inſitam.

Ὄγχνη χείρος ἐμῆς.) Epigramma ex ipſo titulo planum & facile.

Ἀδήλου.

Δάφναις, καὶ μύρτοισι.) Huius epigrammatis author eſt Theocritus, quod hiſce Agathias, & poſt ipſum Planudes, epigrammatum collectores, ſine principio & fine inſeruerunt. Eius apud Theocritum hoc eſt principium, & ſic integre legitur:

Τὰς αὐτὰν λαύραν τῶς αἱ δρῦες αἰπόλε κάμψας,

Σύκινον

Σύκινον εὑρήσεις ἀρτιγλυφὲς ξόανον.
Τρισκελὲς αὐτόφλοιον, ἀνούατον, ἀλλὰ φάλητι
παιδογόνῳ δυνατὸν κύπριδος ἔργα τελεῖν.
Σακὸς δ' εὖ ἱερὸς περιδέδρομεν. ἀέναον δὲ
ῥεῖθρον ἀπὸ σπιλάδων πάντοσε τηλεθάει.
Δάφναις, καὶ μύρτοισι, καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ,
Ἔνθα πέριξ κέχυται βοτρυόπαις ἕλικι.
Ἄμπελος. εἰαρινοὶ δὲ λιγυφθόγγοισιν ἀοιδαῖς
Κόσσυφοι ἀχεῦσιν ποικιλότραυλα μέλη.
Ξουθαὶ ἀηδονίδες μινυρίσμασιν ἀνταχεῦσι,
Μέλποισαι στόμασιν τὰν μελίγηρυν ὄπα.
Ἕζεο δὴ τηνεῖ, καὶ τῷ χαρίεντι πριήπῳ
Εὔχε' ἀποστέρξαι τὼς δάφνιδός με πόθους.
Κεὐθὺς ἐπιρρέξειν χίμαρον καλόν. ἢν δ' ἀνανεύσῃ
Τοῦδε τυχὼν ἐθέλω τρισσὰ θύη τελέσαι.
Ῥέξω γὰρ δαμάλαν, λάσιον τράγον, ἄρνα τὸν. ἴσχω
Σακίταν. ἀΐοι δ' εὐμενέως ὁ θεός.

Ex orationis cõtextu tam facile uidere est, lauris & myrtis ad superiora esse referenda, nempe sic: perenne fluentũ passim floret lauris et myrtis, et odorata cupresso. Vbi uitis circũfusa est capreolo, seu pampino. κόσσυφοι, *merulæ.* ἀχεῦσι, *pro* ἠχοῦσι. ποικιλότραυλα, *uarie balbutientia carmina.* τραυλος, *balbus, &c.*

Ἀδήλου.

Ἵζευ ἅπας ὑπὸ τῆσδε. *)Et hoc epigramma habet inuitationem sub amœnam laurum, ad hauriendam aquam, & frigus opacum captandum.*

Ἀντιφίλου.

Μῆλον ἐγὼ στρούθιον. *)Commẽdat poeta poma struthia hy*

thia hyberno tempore nata, & oblata muneri. Porrò de *malis struthijs uide* Dioscor. lib. 1. cap. 136. Et Plinium lib. 24. cap. 11. ἄσπιλον, *immaculatum.* ἀῤῥυτίδωτον, *incorrugatū.* ῥυτίδες, *rugæ,* α *priuat.* ἰσόχνοον, *lanugine æquum.* ὀπωροφορεῖ, *fert poma.*

ΕΙΣ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ. 21.

Τίς σε δικαιοσύνη.) *Quærit, à quo sit affecta iniuriose. Respondet iustitia,* οὗτος ὁ κλέπτης, *&c.*

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων αἰγυπτίου.

Ἤθελε μὲν βασιλεύς.) *Laudat Iulianus* Titianum, *qui oblatis honoribus & dignitatibus, paternam hæreditatem & uitæ tranquillitatem anteposuit.* Versiculi *sunt satis plani.* Quàm *autem rara auis est nunc talis in aulis principium* Titianus?

Λεωνίδου, εἰς τραπεζίτην Καΐκον διασυρτικόν.

Ἀστοῖς, καὶ ξείνοισιν.) *Cauillatorium carmen est* Leonidæ, *in* Caicum *mensarium, quem figurate furti accusat.* ἀνελεῦ, *pro* ἀνέλου.

ΕΙΣ ΔΙΚΗΝ, ΕΝ ΩΙ ΚΑΙ εἰς πρόνοιαν. 22.

Ἀδήλου.

Ἀσπίδ' ἀχιλλῆος.) *Græcorū iniquū de* Achilleis *armis iudiciū, hoc dānatur tetrasticho.* Cæterū *de tota huius iudicij caussa copiose* Q. Calaber *libro* 5. & Ouid. Metamorph. *lib.* 13. Sed & *sequens epigramma eadem de re loquitur, quod uersum ab* Alciato *inuenies.*

Ἀδήλου.

Κρανίον ἐν τριόδοισι.) *In hominem impium, qui de-*

rursus statim uidentur tibi in uita esse omnia malorum mala, id est, extreme mala. Sed gratia liberorum, scilicet duc uxorem. habebis Numenic liberos æs habens: pauper, &c.

ΕΙΣ ΓΗΡΑΣ ΚΑΙ ΓΕΡΟΝΤΑΣ.

μενεκράτους. 16.

Γῆρας ἐπὰν μὲν ἀπῆ.) Cato quoq; apud Ciceronē in hoc genere ait senectutem esse, quam ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam. Non dissimilia apud Stobæum Crates ad quendam, senectam ei exprobrantem, loquitur:

Ὠνείδισας μοι γῆρας ὡς κακὸν μέγα
Ὦ μὴ τυχόντι, θάνατος ἐσθ' ἡ ζημία.
Οὐ πάντες ἐπιθυμοῦμεν. ἂν δ' ἔλθῃ ποτὲ,
Ἀνιώμεθ' οὕτως ἐσμὲν ἀχάριστοι φύσει.
Τοῦ ζῆν γὰρ οὐδεὶς ὡς γηράσκων ἐρᾷ.

Omnium uero doctißime apud eundem Theodictus matrimonium & senectutem inter se comparat, sic dicens:

Παραπλήσιον πρᾶγμ' ἐστὶ γῆρας καὶ γάμος.
Τυχεῖν γὰρ αὐτῶν ἀμφοτέρων σπουδάζομεν.
Ὅταν δὲ τύχωμεν, ὕστερον λυπούμεθα.

Λουκιλλίου.

Εἴ τις γηράσας ζῆν.) Existimat Lucillius, senectute confecto non esse optandam uitam, sed oportere eius obsaturatum æquo animo discedere.

Βισαντίνου.

Ὤμοι ἐγὼν ἥβης.) Apud Stobæum hoc distichon Theognidis titulo citatur, cuius etiam eße uidetur. Est autem scribendum, ἀπονιοσομένης per ι, & non per ει.

Ἀδεσπότου.

Ἂν περιλειφθῇ μικρόν.) Modicū uini in uase relictū, facile

facile in acetum uertitur: ſic uita exhauſta ſenio, non diffi/culter in moroſitatem aut odioſam iracũdiam prolabitur. Suffragatur huic ſententiæ etiam Antiphanes apud Sto/bæum, ubi ſic inquit:

Σφόδρα τί ἐστιν ὁ βίος ἡμῶν οἴνῳ προσφερής,
Ὅταν ᾖ τὸ λοιπὸν μικρὸν, ὄξος γίνεται.

Quanquàm hic potius ad ſenectutis amaritiem & incom moda, quàm ſenum moroſitatem reſpexiſſe uideri poteſt. εἰς γὰρ τὸ γῆρας πάντα τὰ χαλεπὰ συῤῥεῖ. Aut ſi/cut Antiphanes, πρὸς τὸ γῆρας ὥσπερ ἐργαστήριον ἅπαντα τ' ἀνθρώπεια προσφοιτᾷ κακά.

Ἐπιγόνου θετταλοῦ.

Ἡ πάρος, εὐπετάλοισιν.) De uite quæ cõſenuit, quòd uuæ quoq; ſenectutis rugas ſentiant. Quæ ante bene folia/tis in labruſcis iuuenſcens, & extentorum racemorũ aci/num tali: nunc ſic ueteraſco, ſeu uetula fio, uide quo pacto tempus qualia domat. Et una ſenectutis ſentit rugas.

Ἀντιπάτρου.

Χειμέριον καίουσαν.) In Gorgonẽ anum, quæ tonitru exanimata occubuit. πνεύμονα, etc. pulmonem autẽ fri gerata occubuit, ſeu deſijt. Erat igitur media ſenectutis & mortis relicta cauſa.

Φίλωνος.

Αἱ πολιαὶ σὺν νῷ.) Prudens ſenectus honoratior eſt ſtulta iuuentute. Epigramma ſententioſum, & elegans.

ΕΙΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥΣ. 17.

παλλαδᾶ, εἰς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖ/κα ἀνδρομάχην.

Μῆνιν τ' οὐλομένην.) Huius epigrãmatis author eſt Pallada, oriũdus ex Chalcide inſula Eubœæ.

facile inter eos poëtas, qui epigrãmata cõscripserunt, principatum obtinet: tantum adhibet in scribendo argutiæ, leporis, salis, festiuitatis et gratiæ, ut iure optimo Martiali præ cæteris comparetur. Fuit autẽ præter cætera insignis etiam grammaticus, sed fortuna tenui: id quod ipse hoc epigrammate non dißimulat, quo festiuiter in rixosam uxorẽ suam iocatur, alludens ad nomen eius Andromachen, quasi semper solitam rixari & digladiari cum marito. Ausonius de quodam grammatico nõ dißimile reliquit epigramma.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μῆνις ἄχιλλῆος.) Grammatices profeßionem paupertatis occasionem sibi fuisse, confirmat & hoc epigrammate, satis plano & perspicuo.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὄργανα μουσάων.) Libros poëticos se uendere dicit, & arti oratoriæ animum deinceps applicare, Pierides longum ualere iubens, propterea quòd constructio, id est, grammatica profeßio mortem sibi penè attulerit. Belle uero ὄργανα μουσάων, id est, libros poëticos, uocat πολύστονα, quippe qui suis cultoribus & ennarratoribus nil nisi egestatem & contemptum, ac luctum præmij loco, maxime uero hoc seculo reponunt: ut exclamare libeat,

Heu male Pierides miseras hæc secula tractant.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἀρχὴ γραμματικῆς.) Indicat grammaticum non posse non esse luctuosum et miserũ, uel ex ipsius grammatices principio. Vide Homericæ Iliados initium. Ipsum epigramma à multis & uersum & tractatum est.

Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ.

Καλλίμαχον πολλῷ.) Poëtas & grammaticales casus uenlés, ipse paupertatis casu oppressus, orat amicum, ne se patiatur coniunctione paupertatis, id est, in hac ieiuna grammaticorum professione uitam transigere. Alludit autem ad coniunctionem, quae una est partium orationis, multum facessens γραμματικευσαμένοις negotij.

Εὐπειθίου ἀθηναίου εἰς ἔχοντος τὴν καθόλου.

Ταυτολόγων κανόνων.) Conqueritur Eupithius Atheniensis, se quodā libro punctis distinguendo, item emendando & eradēdo, qui de uniuersalitate, seu de uniuersa grammatica à quodam fuit conscriptus, prorsus esse defatigatum, dicens: Hei multitudinem eadem sonantium canonum, & obscurarum rasionum, tenuis quas impreßit calamus: Oculi mei feßi sunt, collum, spina, fibrae, humeri. Ab uniuersali, scilicet grāmatica, fero uniuersalē dolorem.

Παλλαδᾶ.

Λίτραν τρῶν ζήσας.) Duodecim annos laboriosa grammatices profeßione se traduxisse innuit, nec aliud lucri fecisse, quàm quod de mortuis multa incepta garrire sciat. per λίτραν, hoc est libram, bis sex significat. libra enim ualet duodecim uncias.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ενθάδε παιδεύουσι.) Aliud Palladae epigramma, de grammaticorū miseria, quibus tantū non fame est contabescendū. Ad haec, quàm maligne ijsdē à discipulis τὰ δίδακτρα persoluātur. Hic docent, scilicet pueros (inquit) quibus Sarapis est iratus, id est, quibus est fame moriendū. Nā Sarapis rex Aegypti, Alexādrinos rei frumētariae inopia

copiosa annona subleuauit. Vide Suidam in dictione Sara/pis.) à perniciosa ira incipientibus, id est grāmaticis. Vbi altor per mensem affert mercedē cum necessitate, libro et charta ligans paupertatē. Veluti autē sacrificiū uel incen/sum ponit iuxta sedē, sicut ad sepulchrum illam modicam chartam proiectam.

Στίχοι ἔχοντες τὰ εἰκοσιτέσσαρα σοιχεῖα.

Ἀβροχίτων δ' ὁ φύλαξ.) Præterquam quòd hi uersi/culi uigintiquatuor literarū elementa complectuntur, uide tur mihi poëta quendam quoq; grāmaticum nomine Cy/clopem formicam deridere, nimis affectatè loquentem, ac sesquipedalibus & uerbis monstrose compositis gauden/tem: cuiusmodi est, θηροζυγοκαμψιμέτωπος, quasi tu dicas, feriflectifrontijugus. Cuius & mollitiē in uestitu no tat, uocās eum ἁβροχίτωνα φύλακα, delicatè uestitum custodem, scilicet puerorum, & ludimagistrū, & delica/tum uel sumptuosum in sacrificijs.

ΕΙΣ ΓΡΑΦΙΔΑ. 18.

Ημην ἀχρεῖον καλαμος φυτόν.) In stylum gra/phiariū. Eram (inquit) inutilis calamus, planta: ete/nim ex me non ficus, neq; pomum nascitur, neq; uua. Sed me uir adaptauit Heliconidem, tenuia tornans labra, et an gustum fluxum deriuans. Ex hoc autem, scilicet fluxu, quum bibero atram potionē, id est atramentum, ueluti af/flata numine omne uerbum muto hoc ore dico.

ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ. 19.

Παλλαδᾶ.

Ὀργὴ τοῦ διός ἐσὶ γυνὴ.) Epigrāma clarum. Al/ludit autē ad ultionē Promethei, cuius ob furtū ira tus Iuppiter, mortalibus Pandorā misit, & mulieres dedit.

Vide

Vide Hesiodum libro primo περὶ ἔργων· & eundem in Theogonia. χρυσόθρονον ἥρην, Homericũ est ex primo libro Iliad. πολλάκι γοῦν αὐτὴν ῥίψεν.) Hãc fabulam uide apud Homerum Iliad.o. statim in principio. χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ, Est ex quarto Iliados:

> Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο
> χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ.

Vt allusiones uideas. Hoc epigramma ualde ex tempore sic traduxi:

> Est mulier Iouis ira, ignis uice tradita, donum
> Triste nimis, flammæ scilicet antidotum.
> Quippe uirum exurens, curis marcescere cogit,
> Et facit ut iuuenes cana senecta premat.
> Sed neq; Iunonem curarum Iuppiter expers
> Ipse tenet: quoties præcipitauit eam
> Sublimem ex alto? sicut bene nouit Homerus,
> Iratum uxori dum canit esse Iouem.
> Sic adeò proprio concors est nulla marito,
> Non, si sustineant aurea fulcra thorum.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πᾶσαν ὅμηρος ἔδειξε λωβην.) Et hos uersiculos sic uertere libuit, exercendi styli gratia:

> Nulla Melesigeni non est damnosa poëtæ
> Fœmina, seu meretrix, siue sit illa proba.
> Complures Helene generauit adultera cædes,
> Penelopes itidem uita pudica neces.
> Præstitit ergo una Iliadi muliercula caussam,
> Fecit Odysseam scribere Penelope.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ο ζεὺς ἀντὶ πυρός.) Respicit hoc epigrãma ad primũ:

nisi quod mulier sit igne ignis longè nocentior, quippe in/extinguibilis, & ubiq; inflammans.

Του αὐτοῦ.

Αν ϖοδὴν ἰσομπάζῃς.) Facetè iocatur Pallada in quendam γυναικοκρατούμενον, id est, *sub uxorio imperio uiuentem, sedulo tamen indignum seruitium dissi/mulantem. Quales hei hodie multi inueniuntur, usquea/deò uxorij, nihil aliud mutire aut facere audentes, nisi quod dominæ uxori placuerit.* De quibus uide Aristote/lem 2. Polit. et priores Budæi in Pandectas Annotationes. *Quanquàm admodum te iactes, inquit, quòd imperio non parcas uxoris, nugaris tamen: neq; enim è quercu aut pe tra (quod aiũt) natus es.* οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς, οὐδ᾽ ἀπὸ ϖέτρης.) prouerbialis oratio, frequens apud Homerum, *in durum & immitem, & qui nullis blanditijs aut oratio/nibus flecti & emolliri potest.* ὅσ᾽ οἱ ϖολλοί, etc. *Quo/niam multi ex necessitate patimur, si omnes scilicet uxori bus subiecti sumus, uel patimur necessariò* ἢ σὺ γυναι κοκρατῇ, Et tu (*sicut nos omnes*) *uxoris imperio subie/ctus es.* Si nõ *sandalio uerberor, inquis* (id qđ Hercules ab Omphale *passus esse fertur*) *neq; impudica mihi est uxor, oportet me clausis oculis ferre, id est, ad cætera mihi con/niuendũ est. nã hoc significat* μύειν: *quod nõ raro faciunt docti spectare lacunar, & quibus moris est ad calicem ui gilanti stertere naso.* Respondet poëta huic uxorio man/cipio, δουλεύειν σε λέγω, &c. Vtcunq; *se res habeat, seruire tamen te dico tolerabilius, quàm si uenditus esses modestæ dominæ, nec admodum difficili.*

Αδηλον.

Επ᾽ τάφον ἀρχὶ τάφοιο.) Dicit se ad sepulchrũ sternutan do omen

do omẽ captasse, de uxoris suæ fato: sed frustra, quòd neq; à morbo ullo, neq; à morte ullũ uideret uxori imminere periculum.

Εἰς ἀγαμέμνονα.

Ἐλλάδος ἐννατῆρες.) Verba Agamemnonis de uxore sua Clytemnestra, cuius dolis domum reuersus fuit peremptus. Vide Homer. Odyss. libro 4. & alibi.

Ductores Danaûm, Graiæ telluris alumni,
Nolite infidis ultrà confidere nuptis.
Vxor me occidit, quem non ferus abstulit Hector.

Bene uero monet Agamemnon, δολοφρονούσαις nihil habendũ esse fidei. Nã fidis & pudicis uxoribus fidẽ denegare, contra fœdus esset iugale. Etenim certò constat, non omnes mulieres esse fraudulentas & improbas. non omnes sunt Clytemnestræ & Helenæ: sed inueniuntur inter eas etiam Penelopæ, Laodamiæ, & Susannæ, hoc est pudicæ & fideles, καὶ φιλάνδροι, καὶ φιλοίκουροι· quas omnes indiscriminatim uituperare, & contumelia afficere, non est sani hominis, testante hoc Euripide,

Ὅστις δὲ πάσας συντιθεὶς ψέγει λόγῳ
γυναῖκας, ἑξῆς σκαιός ἐστι, κοὐ σοφός.
πολλῶν γὰρ οὐσῶν, τὴν μὲν εὑρήσεις κακήν,
τὴν δ᾽ ὥσπερ αὕτη λῆμ᾽ ἔχουσαν εὐγενές.

ΕΙΣ ΔΕΝΔΡΑ. 20.

Ἀντιπάτρου. οἱ δὲ στρατίωνος.

ΕΝνοδίην καρύην με.) Querimonia nucis, quòd à pueris seu uiatoribus prætereuntibus certatim lapidibus petatur. Ad huius epigrãmatis exemplum Ouidius elegantissimam illam de Nuce elegiam haud dubiè conscripsit. ἐνοδίην, itinerariam, seu iuxta iter positam nucem, me prætereuntibus plantauerunt pueris ludicrum.

λιθοβλή-

λιθοβλήτου εὐστοχίας, certitudinis, seu dexteritatis, qua lapides proijciuntur. εὔστοχος, iaculandi peritus. εὐστοχία, iaculandi peritia & certitudo. uerbum ipsum est εὐστοχεῖν, de quibus infrà plura. Omnibus ramis (inquit) ex germinantibus surculis fracta sum: crebris lapidibus petita. Χερμάσι, lapidibus, à nominatiuo χερμὰς, ἀδος, à χεὶρ, quod manu contineri potest, & facile proijci. Homerus ferè χερμάδιον utitur. Εκαρποφόρουν, fructum tuli. Hoc epigramma eleganter trãstulit Andreas Alciatus, uir in omni literarũ genere scientißimus, quamobrem etiam adscribere libuit:

Ludibrium pueris lapides iacientibus in me,
In triuio posuit rustica cura nucem.
Quæ laceris ramis, perfrictoq; ardua libro,
Certatim fundis per latus omne petor.
Quid sterili poßit contingere turpius? eheu,
Infœlix fructus in mea damna fero.

Καλλινίου.

Οἱ πάρος ἐν δρυμοῖσι.) Piraster plantata agit rustico gratias, qđ eius opera iam inter arbores fructiferas numeretur. Antea, inquit, in nemoribus illegitimi donatrix fructus ἀχρὰς, piraster, ferinæ caudex, uel stipes, solitudinis. θηρόβοτον uocat solitudinẽ, qđ à feris depascatur. Alienis ramis insita, mitis pullulo, non meum nostris ramis ferens pondus, id est, fructum. Multa tibi, ô rustice, &c.

Λεωνίδου.

Μὴ μέμψῃ μ' ἀπέπειρον.) Aliud eiusdem fermè argumẽti de pirastro. ἀπέπειρον, immaturũ. Βριθομένην, grauescentẽ. Βρίθειν, proprie est arborũ ubertate frugũ laborãtiũ. μητρὶ, id est matri, hoc est, arbori suspẽsa sunt.

Φιλίπ-

Φιλίππου.

Τὸν φιλοπωριστὴν.) Ficū Philippus ad uiatorem loquentem facit, ut nunciet Democrito, ut maturet, siquidem cupiat à puro & nondum uitiatò ramo fructum decerpere: etenim se nō in ualde tuta statione consistere. φιλοπωριστὴν uocat cupidū pomorum, uel fructuum. ὤνθρωπ᾽, pro ὦ ἄνθρωπε, synalepha attica. λευκοόπωρος, epitheton arboris cādidos fructus ferentis. ἐφώριος, tempestiua. συκοφορῶ, ficus fero. τὰς ἀπύρους ἀκόλους, nō triticeos panes, uocat fœtus arboreos, quibus loco panis uescimur. ἀκόλοι tamen proprie frustra panis dicuntur, qualia dantur mendicis. Sic Homer. in Odyß. non semel utitur. ἀκρήτου, pro ἀκράτου, meri, puri, non uitiati ab alijs fructum decerpentibus.

Λεωνίδου.

Αὐτοθελεῖς καρπούς.) Vitis dicit se ultro maturos fructus exhibere, deprecans ictus lapidum, admonensq; uiatores Lycurgei infortunij, ne scilicet Bacchus irascatur suos labores iniuria afficientibus.

Ἀντιφίλου Βυζαντίου.

Κλῶνες ἀπηόριοι.) Alloquitur poëta umbrosam quercū, ut & se ab ardore solis defendat. Rami, inquit, è sublimi pendētes proceræ quercus, umbrosa altitudo, uiris merum, id est uehementem æstum cauentibus. frondosi, κεράμων στεγανώτεροι, testis densiores, propter foliorum copiam, domus hominum, domus cicadarum, meridiani rami. Et me sub uestris recubātem ramis liberate, radiorum solis profugum.

Ζωνᾶ.

Ὦνερ, τῆ βαλάνων.) Orat quercus rusticum, ne à se incidatur.

incidatur, propterea quòd priscis mortalibus matres & nutrices quercus extiterint. ὦ' νερ, *ô uir, ô homo, pro* ὦ ἄνερ. *glandium matrẽ, id est, quercũ, parce incidere, parce:* Vetulam *succide pinum, uel piceam.* Vel hanc πολυστέλεχον, *caudicosam paliurum.* στέλεχος, *stips, truncus.* Aut *ilicem, uel arbutum arentem: uel morum, ut uult* Plinius *naturalis historiæ libro 16.* Procul *autem à quercu tene securim.* κοκυαὶ, *auiæ, uel* progenitrices, αἱ πρόγονοι. Hesychius *pro auis & progenitoribus in masculino genere exponit.* Dixerunt *nobis, quod priores matres sunt quercus.* Antiquitus *glandibus uictitasse homines, satis constat.*

Ἀδέσποτον.

Παλλάδος εἰμὶ φυτόν.) *Palma uitis societatem & coniunctionem deprecatur.* Alciatus *hoc* Distichon *sic transtulit:*

Quid me uexatis rami? sum Palladis *arbor.*
Auferte hinc botros, uirgo fugit Bromium.

Huc *allusit quidam non inerudité, nisi quòd unus uersiculorum nonnihil claudicat:*

Quid me implicatis palmites,
Plantam Mineruæ, *non* Bromij?
Auferte quæso uestros racemos,
Ne uirgo dicar ebria.

Φιλίππου.

Φοῖβον ἀνηνάμενη ποτε.) *Blanditur* Cæsari, *ex cuius ara laurus subito enata est.* Repudiato Phœbo *quondã* Laurus *nunc produxit* Cæsaris *ex ara ramum nigricantibus folijs.* Ex *deo autem deum inuenit meliorem.* Latonigenam *enim exosa, amat* Iouem Aeneadem: *id est,* Cæsarem.

Radicem

Radicem autem non à terra matre iecit, ſed à petra. Cæſar, μὴ οὐδὲ Latino more, pro etiã, lapis poteſt parere.

Τιμοκρεόντος.

Ιξευ ἀπὸ σκιερὰν πλάτανον.) Statua Mercurij inuitat uiatorem ſub platanum, ſicut in proximo Pan ſub pinum. ἇς, cuius, pro ἧς. καρποτόκου, frugiferi, ſeu fructum parientis.

Ως ἀπὸ πανός.

Ερχεο καὶ κατ᾽ ἐμάν.) Et hæc in perſona Panos dicuntur. κρούνισμα, torrens, uel uortex. μελίσδων, pro μελίζων, Doricum, mellitè, dulciter reſonans. ἐρημαίοις legendum, pro ἠρημαίοις.

Πλάτωνος.

Υψίκομον παρὰ τάνδε.) Et hæc ſub perſona Panos non diſsimili argumento dicuntur.

Εἰς τινὰ θανόντα ὑπὸ πλησμονῆς περσικῶν μήλων.

Ἐκ φονίων περσῶν.) Ex mortiferis Perſis mortiferã plantã duxit Perſeus, filio Theognoſti mortis cauſam.

Εἰς ἀναδενδράδα, id eſt, in pirum alteri piro inſitam.

Ογχνη χθρὸς ἐμῆς.) Epigramma ex ipſo titulo planum & facile.

Αδήλου.

Δάφναις, καὶ μύρτοισι.) Huius epigrammatis author eſt Theocritus, quod hiſce Agathias, & poſt ipſum Planudes, epigrammatum collectores, ſine principio & fine inſeruerunt. Eius apud Theocritum hoc eſt principium, & ſic integre legitur:

τῇ δ᾽ αὐτὰν λαύραν τῶς αἱ δρῦες αἴπολε κάμψας,

Σύκινον

Σύκινον εὑρήσεις ἀρτιγλυφὲς ξόανον.
Τρισκελὲς αὐτόφλοιον, ἀνούατον, ἀλλὰ φάλητι
Παιδογόνῳ δυνατὸν κύπριδος ἔργα τελεῖν·
Σακὸς δ᾽ εὖ ἱερὸς περιδέδρομεν. ἀέναον δὲ
Ρεῖθρον ἀπὸ σπιλάδων παντοσε τηλεθάει.
Δάφναις, καὶ μύρτοισι, καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ,
Ἔνθα πέριξ κέχυται βοτρυόπαις ἕλικι.
Ἄμπελος εἰαρινοὶ δὲ λιγυφθόγγοισιν ἀοιδαῖς
Κόσσυφοι ἀχεῦσιν ποικιλότραυλα μέλη.
Ξουθαὶ ἀηδονίδες μινυρίσμασιν ἀντιαχεῦσι,
Μέλποισαι στόμασιν τὰν μελίγηρυν ὄπα.
Ἕζεο δὴ τηνεῖ, καὶ τῷ χαρίεντι πριήπῳ
Εὔχε᾽ ἀποστέρξαι τοὺς δάφνιδος με πόθους.
Κεὐθὺς ὑπορρέξειν χίμαρον καλόν. ἢν δ᾽ ἀνανεύσῃ
Τοῦδε τυχὼν ἐθέλω τρισσοθύλην τελέσαι·
Ρέξω γὰρ δαμάλαν, λάσιον τράγον, ἄρνα τὸν ἴσχω
Σακίταν. ἀΐοι δ᾽ εὐμενέως ὁ θεός.

Ex orationis cōtextu tam facile uidere est, lauris & myrtis ad superiora esse referenda, nempe sic: perenne fluentū passim floret lauris et myrtis, et odorata cupresso. Vbi uitis circūfusa est capreolo, seu pampino. κόσσυφοι, *merulæ.* ἀχεῦσι, *pro* ἠχοῦσι. ποικιλότραυλα, *uarie balbutientia carmina.* τραυλὸς, *balbus, &c.*

Ἀδήλου.

Ἵζευ ἅπας ὑπὸ τῆσδε. *)Et hoc epigramma habet inuitationem sub amœnam laurum, ad hauriendam aquam, & frigus opacum captandum.*

Ἀντιφίλου.

Μῆλον ἐγὼ στρουθεῖον. *)Commēdat poeta poma struthia hy*

thia hyberno tempore nata, & oblata muneri. Porrò de malis struthijs uide Dioscor. *lib.1.cap.136.*Et Plinium *lib.24. cap.11.* ἄσπιλον, *immaculatum.* ἀῤῥυτίδωτον, *incorrugatũ.* ῥυτίδες, *rugæ,* α *priuat.* ἰσόχνοον, *lanugine æquum.* ὀπωροφορεῖ, *fert poma.*

ΕΙΣ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ. 21.

Τίς σε δικαιοσύνη.) *Quærit, à quo sit affecta iniuriose. Respondet iustitia,* οὗτος ὁ κλέπτης, *&c.*

Ἰουλιανοῦ τοῦ ὑπάρχου
αἰγυπτίου.

Ἤθελε μὲν βασιλεὺς.) *Laudat Iulianus Titianum, qui oblatis honoribus & dignitatibus, paternam hæreditatem & uitæ tranquillitatem anteposuit. Versiculi sunt satis plani. Quàm autem rara auis est nunc talis in aulis principium Titianus?*

Λεωνίδου, εἰς τραπεζίτην Καΐκον
διασυρτικόν.

Ἀστοῖς, καὶ ξείνοισιν.) *Cauillatorium carmen est Leonidæ, in Caicum mensarium, quem figurate furti accusat.* ἀνελεῖν, *pro* ἀνελον.

ΕΙΣ ΔΙΚΗΝ, ΕΝ ΩΙ ΚΑΙ
εἰς πρόνοιαν. 22.

Ἀδήλου.

Ἀσπὶδ' ἀχιλλῆος.) *Græcorũ iniquũ de Achilleis armis iudiciũ, hoc dãnatur tetrasticho. Ceterũ de tota huius iudicij caussa copiose Q. Calaber libro 5. & Ouid. Metamorph. lib. 13. Sed & sequens epigramma eadem de re loquitur, quod uersum ab Alciato inuenies.*

Ἀδήλου.

Κρανίον ἐν τριόδοισι.) *In hominem impium, qui de-*

mortui hominis cranium in uia conspectū ictu lapidis confregit, quo tacto & resiliente lapide ipse excaecatus est. Fecit hoc epigramma latinum Ausonius, à quo si placet petas. ἧκε, *misit, ab* ἵημι. πήρωσε, *excaecauit.* εὔστοχον ἀφροσύνην, *suam stultitiam ita certè collimantem.* Graeci, sicut et suprà diximus, εὔστοχον *uocāt, qui certissimo ictu destinatū scopū ferit, ita ut nihil aberret.* Vnde est εὐστοχία, *certissima destinatorum assequutio, seu tactio.* Sic Herodianus in Commodo, ἡ γὰρ δὴ ἠγγέλλετο αὐτοῦ τῆς χειρὸς τὸ εὔστοχον. καὶ ὅτι ἔμελλεν αὐτῷ ἀκοντίζοντι ἢ τοξεύοντι μὴ πταίειν, id est: *Siquidē ita esse certa manus illius dicebatur, ut quodcunq; destinaret, iaculo sagittáue contingeret.* Et mox, τὸ δὲ εὔστοχον τῆς χειρὸς αὐτοῦ πάντες ἐξεπλήττοντο, *manus eius certitudinē nemo non obstupescebat.*

Βιάνορος.

Ἀγγελίην γὰρ Ζηνὸς.) De quodā Cretensi, *super quem aquila in aère telis ipsius confixa incidit, & peremit, ab interfectore suo iustas poenas sumens.* ἠεροδινής, *in aëre se librans, seu uolutans, seu rotans turbinibus.* οὐκ ἔφθη τὸν Κρῆτα, *non praeuenit, scilicet uolatu, Cretensem.* πτηνὸν, *uolucrem, scilicet aquilam.*

Φιλίππου.

Βαιὸν ἀποπλανίην.) De quodam capro, *qui puerum ab ariete eripuit.* Parum *errabundum, & matris relictorem puerum cornu petens aries,* ἑλιξόκερως, *tortis cornibus insignis, percussit audacia utens.* Caper *autem* Herculeus *erumpens è uinculis, uel disruptis uinculis, in uentrem arietis omnem tinxit genam.* Vitam *autem infanti largitus est.* ἆρ' ἀπὸ Ἥρης.) *Quaerit num hoc*

Iunonis

Iunonis beneficio factum sit? q. d. minime. nam Iuno Herculem infantem & iuuenem persequuta est. Herculis infantilis ætatis misertus.

Ἀπολλωνίδου.

Γήθησαν περὶ παιδός.) De puero quodã, qui euitato flagrantis domus incendio, codẽ die fulmine extinctus est. ὦ πυρὶ δαιμονίῳ.) Verba parẽtũ, pueri fatũ lugentiũ. O miser, qui debebaris diuino igni, id est qui perimendus (eras fulmine.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἰοτυπὴς διὸς ὄρνις.) Idem argumentũ cum superiore, de aquila icta à Cretensi sagittario. ἰοτυπὴς, telo percussa. ἰὸς, telum. τύπτω. κατέκτα, indef. secund. à uerbo κτῶ κτῆμι, ἔκτην ἔκτης ἔκτη. & mutato η in α ἔκταν κτας κτα, frequens uerbum apud Homerum.

Ἀρχίου.

Ἐν ποτε παμφαίνοντι.) De coruo uolẽnte deuorare scorpium, & ab eodẽ letaliter percusso. νομῶν, librans, mouens. εὐκέντρῳ, bene aculeato telo pedem percussit, & uita ἄμερσεν, priuauit. ἀμέρδω. Nõ dissimiles sunt apud Aesopum pleræq; fabulæ. Erasmus hoc epigrãma latinum fecit.

Ἀδήλου.

Ἀνδροφόνῳ σαθρόν.) Homicidã apud ruinosam maceriem stertentem, in somnis ruinæ subtraxit Sarapis. cuius beneficij gratia ei sacra fecit latro: qui, quanquam præsenti exemptus exitio, postea tamen crucem non effugit.

ὄναρ, aduerbialiter ponitur, pro in somnijs. καὶ χρησμῳδῆσαι, & uaticinatũ esse, heus tu hic recubans surge, & dormi transgressus ô miser aliò. σῶστρα, salutis præmia, quæ & σωτήρια dicuntur. Transtulit hoc epigramma optimus & doctiss. uir Caspar Velius Vrsinus, qui nu- Casparis Velij Vrsini mors.

qui nuper magna bonarum literarum iactura, & ingenti totius aulæ regiæ mœrore & luctu apud Viennam Panno niæ, dum animi gratia in littore Istri deambulat, parte ri/ pæ auulſus, & undis abſorptus eſt. Cuius umbris, quia aliter parentare nequeo, libuit eius uerſionem hiſce ſcho/ lijs inſerere:

Ponè ruinoſas homicida quieuerat ædes,
Cui uiſus, tacita nocte, Serapis ait
Præſcius: hinc ô qui ſtertis te protinus aufer,
Atq; aliò cubitum progrediare miſer.
Euigilans homicida abijt, parieſq; ruinam
Lapſus humi uaſta mole repente dedit.
Soſpita dehinc fecit dijs ſacra nepharius orto
Sole, ratus lætum cædibus eſſe deum.
Cui deus in ſomnis iterum uentura ferebat,
Men' ſontes ſcelerum perdite amare putas?
Quippe quòd auerti facilis diſcrimina leti,
Hinc te ſeruandum noueris eſſe cruci.

Τυλλίου γεμίνου.

Σμίνθος ὁ παντοίης.) *Indicat hoc epigramma, quomo do muris improbitatem Apollo ſit ultus, qui chordas lyræ arroſit.* σμίνθος, *mus domeſticus lingua Cretenſium di citur, &* σμίνθα *genere fœminino.* μυάγρης, *muſcipu læ.* νευρολάλον, *neruiloquã, elegãs chordæ epitheton.* λαιμὸν ἀπεβρόχισεν, *guttur illaqueauit, ſeu laqueo (guttur fregit.*

Βιάνορος.

Ἰχθύσι καὶ ποταμῷ.) *Hoc epigrãma habetur etiam ſuprà libro tertio, de naufragis. Eſt autem de Clitonymo quodam tyrannicida, qui præcipitatus in aquas, tamẽ ipſo littore ſepultus eſt, ne fieret eſca piſcibus:*

ΕΙΣ

ΕΙΣ ΔΥΣΠΡΑΓΙΑΝ. 23.

φιλίππȣ.

Εβρȣ θρηϊκίȣ κρυμῷ.) Exemplũ infælicitatis, puer in Ebro submersus. Multi hoc epigramma transtulerũt, omniũ uero elegãtißime C. Germanicus. κρυμῷ πεπεδημένον, glacie alligatam, seu astrictã. λαγαρούμενον ἴχνος ὀλισθὼν, id est gracilescenti, uel attenuato, uel infirmo uestigio labens. ἀμφεκάρη, amputatus est. à κείρω. Cætera nota sunt.

Αντιπάτρȣ.

Εἶχεν ἀριστείδης ὁ βοηέῤῥιος.) De Aristide, qui præter ouiculam & buculam nihil habuit: quibus amißis, & ipse laqueum induit. εὐπορίην, facultatẽ. δυσοκίη, difficultas partus. μισήσας δ' ἀβληχὲς ἐπαύλιον.) perosus autem non balans stabulum, id est uacuum, in quo ouis non amplius balabat. à βληχᾶσθαι, quod significat balare. Vinculo peræ (ἅμμα, uinculum significat) ex hac uitam piro suspendit.

Τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸν αὐτὸν.

Πλοῦτος ἀριστείδη.) Eiusdem argumenti. Diuitiæ Aristidis bucula una, et τριχόμαλλος pilosa, seu referta uellcribus, ouis erat: ex his famem abigebat è ianua (scribendum ἔλαυνε, pro ἤλαυνε) Aberrauit autem ab utrisque, id est destitutus est, seu utramq; amisit: ouem lupus occidit. ὠδὶς, difficultas partus, quam suprà δυσοκίην appellauit, siue dolor partus. Paupertatis autẽ periit armentũ. πηροδέτῳ ἱμάντι, Vinculo quo pera ligata erat, id est cingulo, iuxta collũ nodũ ligans, miser mortuus est. ἀμυκήτῳ πὰρ καλύβῃ, apud stabulũ non mugiens, in quo nulla uacca amplius mugiebat: à μυκᾶσθαι, mugire.

Φιλίππου, εἰς τὸ αὐτό.

Ηρίθμει πολὺν ὄλβον.) Eiusdē argumenti & hi duo sunt uersiculi, quibus superiores quatuor (ἤμβροτε δ᾽ ἀμφοτέρων, cū sequētibus) sunt annectēdi, & habebis integrū epigrāma.

Αδηλον.

Αἱ τριοσαὶ ποτὲ παῖδες.) Hoc epigramma de tribus puellis sortitis, quæ ipsarum prior mortem debeat oppetere, Alciatus sic transtulit:

Ludebant parili tres olim ætate puellæ
 Sortibus, ad Stygias quæ prior iret aquas.
Ast cui iactato male cesserat alea talo,
 Ridebat sortem cæca puella suam.
Cum subito icta caput labente est mortua tecto,
 Soluit & audacis debita fata ioci.
Rebus in aduersis mala sors non fallitur: ast in
 Faustis, nec precibus, nec locus est manui.

Αντωνίδου.

Αἰματέες ἐλάφων.) In ceruos glacie cōstrictos, atq; ita captos à rusticis. Timida ceruorū cornigera turba, cū gelidæ impleuerāt mōtiū uertices niuales niues: miseri. s. cerui flumina accesserūt spebus bonis: χλιῆναι, tepefacere humētibus anhelitibus celer genu. Hos aūt circūsepiens inimicus fluxus cōfertī subito, hyberna odiosæ ligauit glaciei cō pede. Multitudo aūt agrestiū, nō irretita, id est nullis retibus capta, epulata est ex præda, quæ effugerat laqueū sæpe. & σχαλικας, & perticas bifurcas, quibus retia sustinenur.

Αδηλον.

Δυσμοίρων θαλάμων.) In infelices nuptias puellæ Petales, quæ noctu cū pro more uirginū primū cōcubitū ptimescēs fugeret, à canibus est discerpta. Vnde eā quoq; πενεογάμον

κεροτάμου uocat, qđ amaras nuptias sit experta. Verborũ sensus est: infelicium thalamorũ in cœnaculis nõ Hymenæus, sed Pluto stetit amarè nuptæ Petales. Timore etenĩ primijugæ Veneris per obscurã noctẽ fugientẽ cõmuni uirginibus metu. φρουρόδομοι, *elegans epithetõ canũ domos custodientiũ. Custodes domus immites oc. iderũt.* ἣν δὲ γυναῖκα ἐλωΐς ἰδεῖν.) *Quã aũt mulierẽ spes erat uidere, eã ne mortuã quidẽ habuimus, qppe à canibus quoq; deuoratã. Pro* μόθοιν, *mihi legendũ esse uidetur* μόθοις, *ut sit proprium nomen genitiui casus: neq; enim credo sic dici Venerẽ. Quanquam ignorantiã meam hoc loco plane confiteor: quod neq; in alijs dubiosis & obscuris locis, ubi librorũ auxilio destituor, me facere pudebit. Siquidem non raro nobis in his explicandis tantum est diuinandum.*

Λουκιανοῦ.

Τοῖσι μὲν εὖ πράττουσι.) *Versiculi apti et uerissimi.*

ΕΙΣ ΕΛΕΟΝ. 24. Φιλίππου.

KAì τὸν ἀγραῖον.) *Ad rusticũ poëta loquitur, ut uaccæ parcat ob geminũ laborẽ, nempe lactationis & aratri. Et arualem (inquit) curuisectum sulcum secat:* μηρολυπεῖ, *cædẽti fœmora (epithetõ est stimuli) stimulo obediens bucula: & post iugũ(* ζευγλῆ, *lignũ est à iugo propendens, cui trabẽtes boues colla inserũt) denuo recẽti uitulo, scilicet obedit,* πινομένη *lactans, siue quod de ea bibitur, atque ita secundum dolorem sustinet. Ne affligas ipsam ὁ γεωμόρος, pro uocatiuo ponitur, ô agricola: hic paruus uitulus, si peperceris, tibi educatur iuuenca.*

Τίνας ἂν εἴποι λόγους μελεάγρος, βοὸς μέλλοντος θύεσθαι τῷ διΐ, καὶ μυκωμένου.

Αὐτὸς ὁ βουσικίτης.) *Placuit huic epigrammati*

extemporalem nostram hanc uersionem adijcere:

Ipse tibi supplex mugit bos ductus ad aram,
Iuppiter, ut uitet tristia fata necis.
Mitis aratorem Saturnie mittito, quippe
Europes uector tu quoq; taurus eras.

ΕΙΣ ΕΛΠΙΔΑΣ. 25.

Ἰουλίου πολυαίνου.

Ἐλπὶς ἀεὶ βιότοιο.) Spes uitæ, inquit, semper subducit mentem: extrema uel summa aurora, multas anticipauit occupationes, uel negotia.

Ἀδήλου.

Ἐλπὶς, καὶ σὺ τύχη.) Iubet ualere poëta & spem et fortunam, propterea quòd qui inter spem fluctuat, & fortunæ multum confidit, plerunq; decipiatur. ἔῤῥε κακὴ γλήνη.) Vale mala pupilla, id est pereas malo exitio. est Homericum.

Ἀδήλου.

Ἐλπίδα τὴν νέμεσιν.) Sperare, cuiuis promptum est: nihil autem habere, promptißimum.

Μακεδονίου ὑπάτου.

Εἰ βίον ἐν μερόπεσσι.) Fortunæ sociam spem esse ait: sed omnes ludi, qui se illi cōmittunt. licet de se solo poëta loquatur. ἀμβολάδην χαρίζεσθαι, est cunctanter & procrastinãter (ut ita dicã) largiri. πικρὸς ἀριστοτέλης, qui dixit duos esse humanæ uitæ tyrãnos, timorẽ et spẽ: qui si tollerentur, homo planè liber esset. Nota quoq; in fine sententiam Anacronteam, οὐ δεῖ φροντίδα κατέχειν.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πανδώρης ὁρόων.) Pandoræ descriptionẽ uide in Georgicis Hesiodi. Cætera interpretationem non requirunt.

ΕΠΑΙΝΟΙ. 26.

Αδηλου.

Μουσάων ἑλικωνιάδων.) Agit Cæsari Neroni gratias poëta, quòd egentē prosecutus sit uiatico.

Διοδώρου σαρδιανοῦ τοῦ διοπείθους.

Αἰγιβότου σκύροιο.) Laudat primam ætatē Neronis, qualis reuera fuit authore Suetonio. Nā primo quinquēnio sub initiū, omniū princeps optimus et laudatissimus, etiam Traiani testimonio existimatus est: qui non dubitauit prædicare, procul distare cæteros principes à Neronis quinquennio. Porrò hoc loco poëta cum ob armorum scientiā Neoptolemo comparat, studio sapientiæ etiam anteponit. ἄστυ ῥέμοιο, urbem Remi: Romam intelligit. ὠκυρόην θύμβριν, citifluum Tybrim. ἀλλ' ὁ μὲν, scilicet Neoptolemus. ὁ δὲ, scilicet Nero.

Απολλωνίδου.

Ηδὺ παρηΐδων.) Gratulatur Gaio iuueni poëta, de prima barba detonsa, sicut olim moris fuit: unde pater non mediocrem uoluptatem accepit. Solebant enim patres filijs quasi prima barba pueritiam deponentibus, conuiuium, & magnam lætamq; festiuitatem apparare. πρῶτον θέρος, primam æstatem, haud dubiè primam barbam uocat. ἠϊθέους ἕλικας, iuueniles cincinnos. αὐξομένου πουλὺν ἐς ἠέλιον, crescentis ad multum solem, id est ad longum tempus. εὐκτὸν ἴουλον, optatam pubem. οὐ γὰρ δὴ πλούτου μοῦσα χερειοτέρη.) Nemo hunc uersiculum hodie uerum esse credit, nisi famelici uersificatores, quibus suæ nugæ magnopere arrident, fortiter interim esurientibus, & duriter ac destrictè uiuentibus.

Αδηλου.

Εσθλα λέγειν αἰεὶ.) Saluberrimũ præceptũ, ac cũ primis poëtis & scriptoribus notandũ, qui, nescio quo maledicēdi studio quosuis facile traducũt, & in omnes cõtumeliosissimis cõuitijs impuri pectoris uirulentã purulentiam euomunt. Est aũt perquã muliebre uitiũ, & à Musarũ candore alienissimũ, canina facundia in quosuis debacchari, et libellos effronti scurrilitate et maledicentia plenos in lucẽ (euulgare.

Αντιπάτρου.

Σοί μὲ Θρηΐκιης.) Incertum est quem poëta laudet hoc epigrãmate. Videtur tamen Philippũ Macedonem innuere, qui Bessos domuit, & Thraciã totã subegit. Vide Diodorum in eius uita, & Iustinũ. Precatur ultimis uersiculis, ut tanquã Deus eum audiat. τίς ἐς μούσας οὔατος ἀσχολίη;) Quæ est in, siue ad Musas, auris occupatio? Q. d. præbere aurem Musis, nihil habet occupationis, aut (negotij.

ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ.

μελεάγρου. 27.

Τριοσαὶ μὲν χάριτες.) Poëta dicit amore se correptũ, agitari cupiditate. γλυκυπάρθενοι ἀρχι, suauiuirgineæ pulchritudines. θηλομανεῖς, insaniã erga mulieres inducentes, me exagitãt cupidines. Aliàs θηλομανεῖς, qui erga mulieres, seu mulierũ amore insaniũt: sicut γυναικομανεῖς., & χρυσομανεῖς, & similes cõpositiones. κατήρυσεν, traxit à κατερύω.

Αδηλου.

Αὐτὸ τὸ πῦρ καύσειν.) Et hic dicit amore se totũ ardere, adeò ut siquis ignẽ petat, de se liceat accẽdere. Volũt nõnulli hoc epigrãma esse Callimachi, quibus carminis festiuitas suffragari uidetur. planè enim antiquitatẽ redolet.

Αδη/

Ἀδήλου.

Τίς θεὸν εἶπεν ἔρωτα.) Negat hic poëta Cupidinẽ recte Deũ uocari, quòd Dij nullius malæ rei authores sint. Hunc aũt & sanguine delectari, nec raro cædium causam præbere, id qd subiecto exemplo planũ facit, uiri lapidibus obruti: qui, quòd nõ posset uirgunculæ ciusdã amore potiri, ambas & matrem & filiam amoris impatientia occidit. μειδιᾷ, ridet, gaudet. θεοδηλήτου) Ecce, inquit, perfida spolia à Deo perpetrati parricidij. à δηλέω, noceo. ποίνιμος λιθοκτονίη, ultrix lapidatio. Ab hoc epigrammate lõge lateq; dissentit Euripides, de Cupidine sic (scribens:

Ἔρωτα δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν,
Καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον,
Ἢ σκαιός ἐστιν, ἢ καλῶν ἄπειρος ὢν,
Οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν.

Λεωνίδου.

Τοξοβόλον τὸν ἔρωτα.) De simulachro Cupidinis ex thure sculpto, quod demum à quodam in ignem coiectum est, quem poëta loquentem introducit. τοξοβόλον, sagittarum, uel sagittas iaculantem.

Ἀργενταρίου.

Αὐγάζω τὸν ἄφυκτον.) Exponit sculpturã cuiusdam sigilli, in quo erat amor sedẽs super leonẽ: qui, quum agrestes feras domare soleat, paucis mãsuetis parsurus est. Pro ὡς τᾷ χ, lege ὃς τᾷ χ, qui hac quidem, &c.

Ἀντιπάτρου.

Μὴ κλαίειν τὸν ἔρωτα.) Antipater Telembrato dissuadet amorem deflere, nunquam recedentem, & solo auro medicabilem, atque etiã inextinguibilem, non si in medio

pelago

pelago nasceretur. ὀλίγῳ ὕδατι.) Intelligit lachrymas, quas amator nequicquam fundit. Siquidem amor πῦρ est ἄπυρες. παιώνιος, medicabilis. à Pæone medico apud Homerum.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Μήποτε κοιλήνης.) Epigramma longe elegātissimum, quo poëta suadet, non esse cedendum aut indulgendum ueneri: propterea quòd à repugnante animo amor resiliat, ad lubentem uero & inuitantem se ultro accedat, propter lubricam naturam amoris, quem οἶστρον, furorem uocat. Quocirca lasciua spe mentem non esse mulcendam; nam illa pernicioso igne animum facile inflammat. κοιλήνης, cedas seu remittas Paphiæ mentē. ἀντιτύπου κραδίης, à renitente corde ilico leuis amor resilit. Amor, inquit, habet ὀλισθήεσσαν φύσιν, lubricam naturam. Si quis sagittæ summitatem apprehenderit ignitæ, penetrat intus tota. Ne mulceas mentem ἐλπίδι μαχλάδι, spe lasciua. γυιοβόρον πῦρ, membra depascentem ignem incendit, in animo attracta, scilicet spes. Idē est quod γυιοκόρον, membra depastinantem. Inuenitur & γυιοτόρον, membra penetrantem. Apud Hesiodum, γυιοκόνους μελεδῶνας, fatigantes membra curas, leges.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ ἔρως ἐρῶν.

Τίς πυρὶ πῦρ ἐδάμασε.) Verba Cupidinis plana sunt.

Μόσχου ἔρως δραπέτης.

Α κύπρις τὸν ἔρωτα.) Hoc elegans & pastorale carmen elegantissime transtulit Angelus Politianus: cuius uersionē, quia omnibus est obuia, uitandæ prolixitatis gratia prudens omisi. Lectores imperitiores Doricæ linguæ rationem

tionem habeant, ut δραπετήδας, pro δραπετίδης, fugitiuus: sicut μαννυτὰς, pro μηνυτὴς, index. Vnde sunt μήνυτρα, & μήνυστρα, præmia quæ dantur indici, seu delatori. περίσαμος, περίσημος, insignis. ἐμ εἰκόσι, malim ego legere ἐμ εἴκοσι, inter uiginti. ut sit sensus, posito numero pro numero: non difficulter eum noscere poteris, etiam inter multos. ἐμπεπύκασδε, stricta densata est, hoc est, mens ei sapit, & prudens est. ἐντί, pro εἰσί, Doricum. Quia eiusmodi poëtarum lusus de amore non lasciui, multum legentibus delectationis exhibent, non potui committere, quin ex Bionis bucolicis non admodum dißimile adscriberem. Nam apud Græcos, tres fuisse cõstat, qui bucolica carmina luserunt, Theocritum, Bionem, & Moschũ. Sic aũt scribit Bion, citante Stobæo:

Ἁ μεγάλα μοι κύπρις ἔθ' ὑπνώοντι παρέστα,
Νηπίαχον τὸν ἔρωτα καλᾶς ἐκ χειρὸς ἄγοισα,
Ἐς χθόνα νευστάζοντα, τόσον δέ μοι ἔφρασε μῦθον.
Μέλπειν μοι φίλε βοῦτα λαβὼν τὸν ἔρωτα δίδασκε.
Ὣς λέγε· χἃ μὲν ἀπῆλθεν. ἐγὼ δ' ὅσα βουκολίασδον
Νήπιος, ὡς ἐθέλοντα μαθεῖν τὸν ἔρωτα δίδασκον.
Ὡς εὗρε πλαγίαυλον ὅπα, ὡς αὐλὸν ἀθάνα.
Ὡς χέλυν ἑρμάων, κίθαριν ὡς ἁδὺς ἀπόλλων.
Ταῦτα μιν ἐδίδασκον. ὁ δ' οὐκ ἐμπάζετο μύθων,
Ἀλλά μοι αὐτὸς ἄειδεν ἐρωτύλα, καὶ μ' ἐδίδασκε
Θνατῶν ἀθανάτων τε πόθους, καὶ ματρὸς ἔργα.
Κἠγὼν ἐκλαθόμαν μὲν ὅσων τὸν ἔρωτα δίδασκον,
Ὅσσα δ' ἔρως μ' ἐδίδασκεν ἐρωτύλα πάντ' ἐδιδάχθην.

Nec illud minoris est festiuitatis et elegantiæ, ex eiusdem Bucolicis depromptũ, quo indicat Musas non om/

non omnino abhorrere ab amore, & amantibus benignius suppeditare carmina, quàm amorem auersantibus.

ταὶ μοῖσαι τὸν ἔρωτα τὸν ἄγριον οὐ φοβέονται,
ἐκ θυμῶ δὲ φιλέοντι, καὶ ἐκ ποδὸς αὐτῷ ἕπονται.
κ᾽ ἢν μὲν ἄρα ψυχάν τις ἔχων ἀνέραστον ἀείδῃ,
τῆνον ὑπεκφεύγοντι, καὶ οὐκ ἐθέλοντι διδάσκειν.
ἢ δὲ νόον τῷ ἔρωτι δονεύμενος ἁδὺ μελίσδῃ,
ἐς τῆνον μάλα πᾶσαι ἐπειγόμεναι προρέοντι.
μάρτυς ἐγὼν, ὅτι μῦθος ὅδ᾽ ἔπλετο πᾶσιν ἀληθής.
ἢν μὲν γὰρ βροτὸν ἄλλον ἢ ἀθανατόν τινα μέλπω,
καμβαίνει μευ γλῶσσα, καὶ ὡς πάρος οὐκ ἔτ᾽ ἀείδει.
ἢν δ᾽ αὖτ᾽ ἐς τὸν ἔρωτα καὶ ἐς λυκίδαν τι μελίσδω,
καὶ τόκα μοι χαίροισα διὰ στόματος ῥέει ὠδά.

καμβαίνει μευ γλῶσσα, *cessat mea lingua, idē est quod* κάμβει, *atq; haud scio an ita in Hesychio sit legendum.*

Τίνας ἂν εἴποι λόγους πρὸς ἔρωτα
πασιφάη ἐρῶσα τοῦ ταύρου.

Εἰ ποθέειν μ᾽ ἐδίδαξας.) *Ad hoc distichon scitissimè lusit* Marullus *his uerbis:*

Quum malè formosum sequeretur in auia taurum,
Sic Venerem contrà Gnosia questa feram est:
Si mihi bos fuerat dea uir te dante futurus,
Cur non insanæ Prœtidos ora dabas?

Λουκιανοῦ.

Οὐχ ὁ ἔρως ἀδικεῖ.) Thomas Venatorius:

Non amor innodat mentes hominum, sed amorem
Criminis accusant, mens quibus est misera.

Ἄδηλον.

Παρθενικῷ θρασύβουλε.) *Ad Thrasybulum uirginis amore implicatum & irretitum, uersiculi aperti.*

Ἄδηλον.

Αδήλου.

Ἔρωτα παύει.) Amorē aut fame, aut tempore dissolui, & mitigari: aut his nihil proficientibus, laqueo. Et sequēs distichon nihil habet obscuritatis.

ΕΙΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ. 28.

Καρπυλλίδου.

Ἰχθύας ἀγκιστρεύ.) Pietatis mercedem iustis non perire, mirifico casu piscatoris probat, qui hamo extractam hominis naufragi caluariam sepeliendo, ingentem uim auri repperit. κρᾶτα λιποτριχέα, caput depile, quod iam pili reliquerant. ἦρα δικαίοις ἀνδράσιν εὐσεβίης οὐκ ἀπόλωλε χάρις.) Sententia aureis literis scribenda. Profectò gratia iustis

Non perit ostensa pro pietate uiris.

Hoc epigramma etiam aliàs sic transtuli:

Quidam squamosos dum prendit arundine pisces,
Extrahit humanum, sed sine crine, caput.
Hoc miserans, & humare uolens, ibi repperit auri
Dum fodit terram, multa talenta, manu.
Hoc pietatis opus duplo tulit ille repensum:
Deperijt iustis gratia nulla uiris.

Θεοκρίτου.

Οὐκ οὖν ἀμφικλέος.) Ostēdit Theocritus alio exēplo, hominibus pietatis studiosis in dies singulos omnia prosperius succedere. ὦ πότνια, intellige εὐσεβίη, ô ueneranda pietas, te gubernāte prospere et beate uixit Amphicles, &c. Et hæc sententia imis sensibus est reponēda, κηδόμενοι γὰρ ἀθανάτων, αὐτοὶ πλέον ἔχουσι βροτοί.

Κριναγόρου.

Εἰ καί σοι ἑδραῖος ἀεὶ βίος.) Adhortatur aliquem

Crinagoras,

Crinagorus, ut ſacra Cereris Athenis adeat. ſic enim fo-re, ut deinceps ab animo uacuus, & uiuus & mortuus molliter agat. Tametſi, inquit, tibi perpetuo firma uita fuerit, ita ut nunquam mare ſis ingreſſus, nec terra iter feceris, attamen Cecropiam ingredere, hoc eſt, Athenas (ἐπιβήμεναι, infinitiuus pro imperatiuo) ut ibi Cereris magnas noctes uideas. τῶν ἄπο, à quibus, tranſpoſita præpoſitio mutat accentum. ἐς πλεόνων, ad multorum, ſcilicet locum in campis Elyſijs. Hoc enim de Cereris uigilijs Athenienſes ſibi perſuaſerant.

ΕΙΣ ΕΥΤΥΧΙΑΝ 29.

Αντιπάτρου.

Η κοὐ ἔτ' ἐκ βρέφεος.) *Deſcribit puellam formoſam & molliculam, quæ Romam deliciarum gratia profecta eſt. Vide hoc loco precor cuiuſdam Itali uerſionem, & miraberis hominis audaciam, uel potius imperitiam, non dubitantis longe alia dicere, quàm Antipatri uerba ſonant. Et profecto ad hunc modum præſtare interpretem, haud magnũ requirit ingenium, uel eruditionem. Senſus autem uerborũ eſt: Antiodemis pullaſtra Veneris, id eſt, tanquã è Venere prognata (quibus uerbis totius corporis delicatam formam & mollitiem notat) ab ipſa infantia dormiens in purpureis pallijs, humentibus aſpiciẽs pupillis mollius ſomno, id eſt prædita aſpectu ſomno molliore: Halcyon iucundus ludus ſolutricis ebrietatis (ideo uero Halcyon, quòd ſua præſentia ſeu aſpectu omnia tranquilla faciat, & exhilaret) aquea ferens brachia, quæ ſola os non ſortita eſt: erat enim tota in quaſillis lac, id eſt, mollior lacte coagulato, ita ut non uideretur ullũ os habere. (τ' οὐν Dorice, pro τὸ ἐν.) Sicut Cyclops Galateã ſuã*

canit

canit apud Ouidium, molliorem esse plumis cygni, & la/
cte coacto. Venit in Italiam, ut Romam bello & Marte fe
roce sua uenustate mitigaret et molliret. Quàm uero pro/
posito titulo hoc epigramma respondeat, non uideo.

Ἀντιφίλου.

Ἐκ θοίνης φαῦλος ἔτχεν.) De bucula quadam cæca,
quæ reuersa è pascuis, & casu uulnerata in oculum, uisum
recepit. ἐκ θοίνης, ex cœna, uel conuiuio, id est, ex pa/
scuis. διοσσῶν, duplicium, scilicet pupillarum, alteram
pupugit acutus ramus spinæ, &c.

Ἀδήλου.

Ὅταν θέλῃ τὶς ἡμέραν.) Poëta ille quisquis fuit, oc/
cursum boni amici pro auspicato signo eius diei interpre/
tatus est: contrà, non conspectum amicum, pro male omina
to. καλήμερος, qui fœlicem & auspicatum diem sorti/
tus est. κακήμερος, qui malum.

ΕΙΣ ΕΥΧΑΡΙΣΤΟΥΣ
καὶ ἀχαρίστους. 30.

Ἀντιπάτρου.

Ἀντίπατρός πείσωνι.) Precatur poëta Piso/
nem, ut exiguũ opusculũ una nocte elaboratum,
quo eius natalitia celebrauit, boni cõsulat. πειθόμενος,
persuasus, id est placatus. Paruaq; cœlestes pacauit mi/
ca, nec illis Semper inaurato taurus cadit hostia cornu,
sicut Tibullus ait.

Λουκιανοῦ.

Ὠκεῖαι χάριτες.) Non de nihilo dicitur, bis dat, qui
cito dat. Est enim (autore Seneca) ingratum beneficium,
quod diu inter manus dantis hæsit. Hoc distichon Auso/
nius ita transtulit:

Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt. gratia namq;
Quum fieri properat, gratia grata magis.

Αδέσποτον.

Τὸν λυκὸν ἐξ ἰδίων.) *Epigramma in ingratos, complectens ouiculæ querimoniã, uberibus ſuis lupum alentis. Vide Eraſ. Chiliad. in prouerb. Ale luporum catulos.*

Λουκιανοῦ.

Φαῦλος ἀνὴρ.) *Innuit hoc diſtichon, perire omne beneficium, quod in hominem improbũ et ingratum confertur.*

Τίνας ἂν εἴποι λόγους κλυταιμνήστρα
μέλλοντος αὐτὴν σφάξειν ὀρέστου.

Γῆ ξίφος ἰθύνεις.) *Exprobrat Clytæmneſtra Oreſti parricidium. Hæc uerba ſic Morus reddidit:*

Quà gladiũ intrudes, per uentrém ne, án ne papillas?
Te peperit uenter, te lactauere papillæ.

Αγαθίου σχολαστικοῦ εἰς τὸν ἐν
ἰλίῳ ναὸν ἀθηνᾶς.

Ιλιακοῖς πολιοῦχε.) *Exprobratio Ilij contra Mineruã, quòd quum magnifico templo ſit honorata, non depulerit exitium à patria, ſed ob unicum pomum permiſerit uaſtari totius ciuitatis ſplendorem. Et ſi quid delicti fuiſſet admiſſum, ſatis erat ſolum Paridem pœnas dediſſe. Precatur autem primum ueniam, Propitia ſis (inquiens) ô urbis cuſtos uel patrona, &c.* ἐλώριον, *laniationem, ruinam, prædam.* τὸν βούκολον, *paſtorem: hoc eſt, Paridem.* ἄθεσμος, *nefarius, flagitioſus.*

ΕΙΣ ΕΥΧΗΝ. 31.

Ιουλίου πολυαίνου.

Ει καί σευ πολύφωνος.) *Precatur poëta, ut tandem ſibi omnibus peregrinationis laboribus defuncto,*

functo, in patria quiescere liceat. Tametsi (inquit) ô Iupiter Pheatiæ sacrum solum regens, tuas aures repleat multisonus aut metus deprecantium, aut gratia precatorum, sed & nos audi, & non fallaci annue promißione. Iam mihi peregrinationis sit finis, &c.

Αδηλόυ.

Πηρὸς ἄπαις.) De cæca quadam muliere & sterili, quæ eodem die Dianæ beneficio, & uisum recepit, & filium peperit, quum horum duorum alterum esset precata. ἔμμορεν, sortita est, καθ' ὑπέρθεσιν pro μέμορεν, præteritum medium à μείρω. Sic apud Hesiodum libro primo: ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅστ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.

Διοδώρου.

Αδρήστ[ε]ια τε δῖα.) Bene precatur Druso, ne ob immodicos prosperæ fortunæ successus, & uirtutis magnitudinem prolapsus in insolentiam, à Nemesi coërcetur: id quod etiam ei accidit. Siquidem rebus ad uotum aliquandiu in Germania cadentibus, tandem in calamitosam fortunam incidit. ἀδρήστεια, alio nomine Nemesis, et Rhamnusia, insolentiæ & arrogantiæ uindex est. Vide Pausaniā in Atticis, & Erasmi Chiliad. Adrastia Nemesis. ἰχναίη, uestigiaria sonat, quæ hominū uestigia insequitur, ut insolentes compescat: ab ἴχνος, uestigium. ψευσαμένη, mentita, id est fefellit. δείδια σόμ τε φυῆς.) Sunt enim ferè excellentes animi dotes, & secundi rerum successus in hominibus hisce abutentibus suspectæ, & Nemesi obnoxiæ. Sicut hoc ipsum in Alcibiade Athenienses, Rhomani in multis consulibus & Imperatoribus sunt experti.

Ἀδεσπότου.

Ζεῦ βασιλεῦ.) Breuis & plana precatio.

Φιλοδήμου.

Κύπρι γαληναίη.) Precatur fœlicem è Gallia cursum à Venere, ad Italiam nauigando. ἡμίσπαστον, semiauulsum à thalamis, utpote sponsum nouitium. σεο πελάγους.) nam et Venus præest pelago, quia inde nata, ideo eam inuocat. φιλορμίστειρα, portuum amatrix, seu quæ portubus præsides.

Φιλίππου.

Οὔτ' ἐκ ζαέντου λίβυος.) De Lysistrato quodam tempestatibus iactato, & iamiam undis & fluctibus mergendo, Deorum tamen ope è periculis erepto: carmen iambicum et argutum, quòd propter imperitiores ad uerbum exponam. Quum ex uehementer flante Aphrico (λίβυος, à nominatiuo λίψ, uentus contra Vulturnum flans, uide Gellium libro secundo, capite uigesimosecundo) ex maximè flante Austro, obscuratus esset pontus. Ex infimis autem latebris profunda arena eructabatur, malus autem totus lapsus esset in mare spuens, id est ruens: oneraria autem nauis trahebatur in infernum errans, auxiliatorem ipsi, scilicet naui deos Lysistratus rogauit. Illi autem æditiuo, id est nautæ (qui sicut æditiuus templi, sic ille nauis purgandæ curam habet) soli mare ferum sopiuerunt, sedauerunt.

Ἰουλιανοῦ.

Πολλάκις εὐξαμένῳ.) Sæpe antehac à Ioue seruatus, petit & nunc secundo cursu custodiri, & deferri in portum. θυμήρες τέκμαρ, lætum finem. ἀκυμάντου, sine fluctibus & æstu properam nauigationem.

ΕΙΣ ΕΧΘΡΟΥΣ. 32.

Στατυλλίȣ φλάκκȣ.

Πενθιμον ἡνίκα.) De Polyxena Priami filia ad Achillis tumulum mactata, uide Euripidem in Hecub a, & Q. Calabrum lib. 16. ὀγκωτοῦ, eleuato, tumido. κισσηΐς, Cisseis, nomẽ patronymicũ, Cisseo prognata.

Αντιφίλȣ.

Πορφυρέαν τοι τάνδε.) Pro Xerxe quidam loquitur ad Leonidam Spartiatarũ ducem, de quo supra, ut purpuream uestem accipiat. Cui Leonida respondet, οὐ δέχομαι. Quin hanc gratiam refers proditoribus, mihi etiam mortuo scutum sufficit. ἀλλ᾽ ἔθανες.) Verba Persæ: Atqui mortuus es, quid & inter mortuos ita Persis infensus es? Respondet Leonida, οὐ θνάσκει ζᾶλος ἐλευθερίας, Libertatis amor non moritur. Epigramma lepidum, & ingeniosum.

Αββιανοῦ.

Εἰ λαίους ἀπὸ ἄλφα.) Abbiani iocus est in Luciũ Vespillonẽ, qui senatores plerosq;, quorũ nomina ab alpha inceperãt, defodit. ἀδελφὸν, cuius nomẽ incipit ab α. ὦ γε γένης, inqt, uocor, & nõ Abbianus, qui postremus omniũ tibi sum defodiendus, secundum literarũ seriem incedenti.

ΕΙΣ ΖΩΑ. 33.

Πολυαίνȣ.

Δορκάδος ἀρτιτόκοιο.) De hinnulo capreæ, statim ut editus est, extincto, infecto matris ubere à uipera. ἀρτιτόκοιο, modò parietis. τιθηνητήριον οὖθαρ, nutritoriũ uber, à τιθηνέω, nutrio. ἔχις, uipera, cuius fœmininũ est ἔχιδνα. ἰομιγῆ, uirulentã, seu ueneno mixtã, ab ἰὸς uenenũ, & μίγνυμι misceo. ἐξέρωξε, exsuxit. τὸ

δυσαλθὲς, ἀθεράπευτον, immedicabile. Dicitur quoque δυσάλθητον, qua dictione Nonnus utitur cap. 5.
Ιησοῦς ἐνόησεν ὅτι χρονίων ἐπὶ λέκτρων
Εἶχε δυσαλθήτῳ πεπεδημένα γούνατα νόσῳ.
Ab ἄλθω, quod est medeor, curo, unde etiam ἀλθεύς, medicus.

Τιβερίου ἴλλου.

Κεμμάδος ἀρτιτόκου.) Eiusdem argumenti cum superiore. κεμμάδος, pro κεμάδος, per reduplicationē τοῦ μ, ceruæ. δακετῶν, serpentū, à mordendo sic dictorum. φαρμαχθὲν, uenenatum autē ueneno, &c.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐ κύνες οὐ σάλικες.) De caprea è uenatorum manibus elapsa, & in mari capta à piscatoribus. κατήνυσαν, confecerūt, peremerūt. δικτυβόλων, retiariorū, id est, piscatorū. ἤλιτον, erraui, frustrata sum, nequicquam terræ exul facta, nec immerito me cepit σαγηνευτής, uerriculator, meos montes relinquentem, &c.

Φιλίππου.

Νηδύι βριθομένην.) Iuuenca cùm esset mactāda Dianæ, inter sacrificandum peperit: & ob eam rem libera dimissa est, propter Dianā quæ partui præest. Λητωΐδι, Latones filiæ Dianæ. νηοκόροι, æditui. ἧς ἀΐδην μέλλοντα, cuius infernum, id est mortem imminentem anticipauit certus partus. ἡ θεός, dea.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ταῦροι πρηΰτενοντες.) Tauri laborantes in mari, & trahentes lorum retis, loquuntur. πρηΰτένοντες, colla mansueta habentes, à πραΰνω, mansuefacio, & τένων ceruix, mutato α in η. αὔλακα ἀσίδηρον, sulcū quem

quem ferrum, id est, uomer, nõ proſcindit aut facit. ἐκ σα χύων, ex ſpicis, id eſt, poſt ſpicas: Hoc eſt, poſtquã terrã arauimus, etiã mare eſt nobis ſulcandũ, id eſt, piſcandum.

Ἀρχίου.

Οὐ μόνον ἐνάροτον.) Argumento ſuperiori reſpondet. Hoc Vrſinus non indoctè ſic tranſtulit:

Non ſolum humentes proſcindere uomere terras
Scimus, & ex alto ducimus ecce rates.
Pacis opus docti ſumus, & delphinas aratro
Iunge mare, & iunctos arua ſecare iube.

γερμανικοῦ καίσαρος.

Οὔρεος ἐξ ὑπάτοιο λάγως.) De lepore, qui canem effugiens uenaticum, & in mare prolapſus, à cane marino diſcerptus eſt. ἐινάλιος, pro ἐνάλιος, ſubintellige κύων, marinus canis. Ad hoc ſic alluſit Auſonius:

Trinacrij quondam currentem in littoris ora
Ante canes leporem, ceruleus rapuit.
At lepus: in me omnis terræ pelagiq; ruina eſt.
Forſitan & cœli, ſi canis aſtra tenet.

Ἐκ πυρὸς ὡς αἰνῶς πίπτεις φλόγας.) Quid ſi hoc loco pro ὡς αἰνῶς, rectius legeretur ὡς αἶνος, ut habet prouerbium. Nam ſatis conſtat prouerbialem eſſe orationem, ex igne in flammas incidiſti: ubi quis uitato quodam diſcrimine, in maius prolabitur. αἶνος autem, & fabulam & prouerbium ſignificat.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἐκ κυνὸς εἷλε κύων.) Eiuſdem argumenti, cui Auſonij uerſiculi magis reſpondent.

Τιβερίου.

Δίκτυον ἐκθρώσκοντα.) Et hoc idem argumenti tra-

ctat. πολύπλοκον, multipliciter nexũ, seu inuolutum, ἐκνεύσας, declinans. βρυχηδόν, fremebunde.

Φιλίππου.

Νηὸς ἐπειγομένης.) De cane quodã uenatico, qui è naui in delphinos circumnatantes insiluit, sed perijt. ἀμφιχόρευον, in orbem ludebant. καπροφόνος, capros occidens, sicut νεβροφόνος. ἰκελώσας, aßimilans, uerbum ab ἴκελος similis. οὐ γὰρ ἐλαφρὸς πάντων ἐστὶ κυνῶν ὁ δρόμος ἐν πελάγει.) Hoc dicit propter canem marinum, cuius in mari cursus est uelocissimus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Σκεπίοις ἐλάφοισι.) De cane uenatica & prægnante, quæ currens inter uenandum dissoluit partus in utero, ac mox inciso uentre edidit catulos. Volunt nonnulli, & Iulium Cæsarẽ inciso materno utero esse genitũ, atq; inde cognomẽ sortitũ, qd' falsum est. nam eius mater illi in Gallia imperatorẽ agenti superstes fuit, ut testatur Suet. ἰσάδρομα, æqualiter, ex æquo currẽs. ἡλκώθη παιπρόρον γενεσιν, hoc est, ulcerata est natiuitatẽ filios producentẽ, id est, genitalia eius ulceribus cõclusa erãt. ab ἑλκόω, qd' est ulcero. πᾶσα δὲ συγκατέμυσε, omnis aũt conclusit se, scilicet canis. καθουλωθεῖσα, occupata cicatrice, siue tuberibus, lõgo tẽpore: ab οὐλή, cicatrix seu tuber, uerbo deriuato. Porrò ὥριον βάσανον, tempestiuã experientiã, uocat ipsam horã, qua partũ experiri debebat. πολλὰ δ' ἐπωρύουσαν, multũ aũt ululantẽ, ob uehementes dolores cõclusorũ & cõcretorũ ulceribus & tubere genitalium: uir, hoc est uenator, ferro incidit, & catuli è uentre exilierunt: Dianæ soluta est partus gratia, id est, Dianæ opera hic nihil profuit. Viceuersa Mars incœpit obstetricari uentres no-

tres nostros. ἤρκται, incœpit, tertia persona præteriti perfecti ab ἄρχομαι. Hoc epigramma φιλοκυνηγέ/ταις notandum est, quibus grauidæ canes ad uenationem non sunt educendæ, authore Xenophonte, sic ἐν τῷ κυνηγετικῷ docente. ἐπειδὰν δ᾽ ὠδῶσιν ἐπίφοροι, μὴ ἐξάγειν ἐπὶ κυνηγέσιον ἐνδελεχῶς, ἀλλὰ διαλείπειν, ἵνα μὴ διὰ φιλοπονίαν διαφθείρωσι. Si (cut huic cani accidit.

Ἀντιπάτρου.

Θηρευτὴν λαίμωνα.) De cane quodam siti enecto, quãuis fontẽ effodere conaretur: Epigrãma nulla obscuritate implicatum. νωθὲς ὕδωρ, pigra aqua, non festinauit ex cæco fonte, &c.

Ἀρχίου.

Ὁ πρὶν ἀελλοπόδων.) De equo, qui uigẽs iuuẽtute fuit cursus uelocißimi, & multis certaminibus nobilitatus: tandem uero confectus senio, pistrino mancipatus. et hũc poëta Herculi comparat. αἰετὸς, uel fuit nomẽ equi, uel aquila equorũ dictus, propter incredibilẽ celeritatẽ. μίτραις, mitris, id est, ornamẽtis & phaleris mẽbra adaptans. ὃν φοίβου, quem Phœbi uaticinãs certatorẽ coronauit Py/tho (quia cucurrit in certamine pythico) incitatũ pennis uelocibus similẽ. Et Nemea terribilis nutrix leonis, Pisaq;, et geminos sinus Isthmos habẽs. Nunc uinculo collũ alligatus tanquã freno, fructum capit Cereris aspero lapide: hoc est, circũagit molã pistrino addictus, æquale fatũ habens cum Hercule. etenim et ipse tot rebus fortißime cõfectis, tandẽ seruile iugum subijt, iugum scilicet Omphales.

Ἀδηλόν.

Σοὶ πατρὶ θεσσαλίη.) Eiusdem argumenti, oratione tamen dißimili. nã generosus equus patriæ Thessaliæ suam miseram, & prioribus uirtutibus indignam conditionem conqueritur.

cōqueritur. equo aūt nomē est Pegaso, quo apud Hom. Bellerophōtis est dictus. μέμψιν ἀνάπτειν, est idē qd' μέμφεσθαι, reprehēdere. νισυρητίδος πέτρης, petræ Nisyretidis, hoc est, duræ, sic dictæ à Nisyro insula, quæ (ut author est Suidas) una est ex Cycladibus. Meminit huius insulæ Hom. etiā in catologo nauiū, οἳ δ' ἄρα νίσυρόν τ' εἶχον. uide Strab. lib. decimo in fine. molendinarijs abundantis lapidibus, igitur urbibus ab ea molarum suppetit copia. λεπτύνων nō ut adiectiuum referendum est ad ἀσταχύων, cum sit participium: ut sit uerborum sensus,

Nunc pondus orbiculare duræ petræ, id est molarem traho, comminuens Cereris fructum ab aristis.

Βιάνορος.

Γῶλον τ̄ πεδίων.) De equo in naui posito, et recalcitrāte epigrāma: cuius cōstructio talis est. μὴ θάμβει, Ne mireris equū hinnientē, et recalcitrātē, assuetū cāpis, et nō mari, &c. nā cætera nihil moræ possunt exhibere, uel leuiter hac lingua imbutis. λὰξ aduerb. calce. Sic Hom. Iliad. κ̄. λὰξ ποδὶ κινήσας, calce pedis mouēs. ἄχθεται, Dolet (inquit) & ideo recalcitrat, qd' alijs sit oneri. neq; enim decet omniū uelocissimum, scilicet equū, alijs incūbere, sed (alios baiulare.

Αντιφίλου.

Παμφάγος ἑρπηστής.) De mure ostreæ carnes inuadēte, & ab eadē cōtracta cōcha capto & occiso. λιχνοβόρος, guliuorus. ὠδάξατο, momordit. ὀστρακόεις δόμος, ostracea domus, concha uel testa cōglutinata est, etc.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ψῆγμα πυρὸν χρυσοῖο.) De mure rodente aurum, et per hoc capto, & cōsciso. ψῆγμα, ramentū flauū auri, ferreis sub dentibus limatū, seu rasum Libyca leuius arena, mus

na, mus paruus noxiũ cõuiuiũ comedit, totus uenter cõtra ctus, tardipedẽ fecit uelocißimũ. Captus aũt ex medio, con scindebãt furta uentrẽ. ὡς ἄρα καὶ, &c. notabilis uersi culus. nam insatiabilis auri cupido multis est exitio.

Νέστορος, εἰς τὸν πύθιον δράκοντα.

Εἷρπε δράκων, καὶ ἔπινεν.) De dracone Pythio, quem fortaſſe Apollo interfecit. κεκόνισο, in puluerem uerſus erat. εἷρπε τὸ μ, τόδ' ἔμελλε, hoc eſt, una pars ſerpebat, altera ſerptura erat, tertia adhuc erat ſegnis in lecto. quibus uerbis draconis magnitudinẽ oſtendit. κηφισός, Cephiſus amnis præterfluens Delphos. ἀργαλέον δὲ αἰθερέων κελάρυζε, κατερχομένου δὲ ῥεέθρου. Mira & apta ſtrepentium uerborum compoſitione ſonitum aquæ expreßit, uſitato poëtis artificio: ſicut Virgilius multitudinem equorum incedentium, hoc uerſu:

Quadrupedante putrem ſonitu, &c.

Κριναγόρου.

Αἶγά με τὴν εὔθηλον.) Verba ſunt capræ, quæ Cæſari lac præbuit, in hoc imitata caprã Amaltheã Iouis alumnam. Porrò caprinum lac, authoribus Dioſcoride & Plinio, poſt humanum maxime alit: unde fortaßis fabulæ Iouem ita nutritũ dixere. Senſus autem epigrammatis ita ſonat: Poſtquam Cæſar me capram multimammeam, & lactis abundantißmam, omnium quæ mulgentur, deguſtauit, & lactis mellitam pinguetudinem intellexit, etiam nauigationis comitem me adhibuit. Proinde & me ſpero actutum inter aſtra locum habituram. nam cui lac præbui, non eſt minor Ioue. εὔθηλον, multimammeam, ſeu bene mammatam. ab εὖ, & θηλὴ mamma. ἀμολγεύς, mulctor. πουλυγαλακτοτάτην, lactis abundan-

abundãtißimã. ἐφράσσατο, intellexit, cognouit. Homer. Iliad. ν. Thracas & Mysos γαλακτοφάγους uocat, & ἱππημόλγους, & ideo etiam δικαιοτάτους ἀνθρώπων, quòd tenui & frugali ac uictu admodũ parabili, sicut multi Germaniæ populi, sint contenti. Vbi enim luxus regnat, ibi etiam cætera uitia inundant.

Βιάνορος.

Εἰς βαθὺν ἥλατο νεῖλον.) De quodã uiatore, qui quũ uellet euitare lupos, è quodam colle in Nilum se dedit præcipitẽ, neq; tamen luporũ dentes & rabiem euasit. ἀπ᾽ ὄφρυος, à colle. ἔβρυχε δ᾽ ἄλλος ἄλλον, &c. Fremebant certatim irruentes in miserũ, ita ut subinde alter alterius caudã mordicus teneret, ac Nili profunditatem quasi põte iungerẽt. ἐπουραίῳ δήγματι, sonat caudali morsu. ab ἐπὶ, & οὐρὰ cauda. γεφυρῶθη, ponte iuncta est Σεκούνδιου. (profunditas, &c.

Τίπτε τὸν ὀγκηστὴν.) Conqueritur asinus, se cũ equabus triturãtibus ad cursum impelli, quasi nõ aliàs abunde satis molestaretur circũagẽda mola, sed cursu cũ equabus quoq; sibi esse contendendũ: nec aliud superesse amplius, nisi ut aratrũ etiã trahat. ὀγκηστὴν, rudentẽ. ἐν ἵπποις ἀλωάσι, inter equas areales sonat, siue triturales, quarũ usus est in area. ab ἁλωή, area. Nónne satis est, inquit, quòd molæ circumcursile põdus necessitate, id est coactè, orbiculatim tenebrosus (asinorũ enim molas trahentiũ oculi obligantur) traho, uel teneo. κυκλοδίωκτος, in orbẽ actus, uel qui in orbem agitur, nempe à seruo sequente, uel lorum tenente, &c.

Αδήλον.

Τίπτε με τὸν φιλέρημον.) Loquitur cicada, cõquerẽs se nympha/

se nympharũ comitem iniustè capi à pastoribus, nullos quidem fructus lædentem, sed rorem tantum depascentem, & medio æstu cantillantem: cum longe maiori compendio turdi, merulæ, & sturni, à quibus frumentum læditur, capi queant. φιλέρημον, *amantē solitudinis.* ξουθὰ, *arguta, siue uaria in umbrosis saltibus canentē.* καύματι *scribe, pro* νεύματι. ἀρουραίης ἅρπαγας εὐπορίης, *aruualis raptores abundantiæ · fructuum uastatores fas est capere. Hoc enim significat* δηλητῆρας. *Quæ enim inuidia foliorum, & uiridis roris?*

Φιλίππου.

Βωλοτόμοι μύρμηκες.) *De formicis aluearium deprædantibus, ad quod demum in aquam translatũ, per paleas à se allatas natando penetrarunt.* βωλοτόμοι, *aptũ epitheton formicarum, glebas scindentiũ, seu excauantiũ.* γεωμόρου, *rustici.* Σμηνοδόκου, *propriũ nomen est, aliàs significat eum qui recipit examen, à* σμῆνος & δέχομαι. αὐτοκυβερνητὶ, *per se gubernāter, id est propria gubernatione.* εἰς νύμφας, *in aquas.*

Αδήλου.

Λεπτὴν ὑφηνάμενα.) *De cicada, tela araneæ capta et implicata, uerum à matre sua iterum explicata & liberata.* ὑπαιάζοντα, *lamentantem.* ποδάγραις, *id est pedicis, seu laqueis, quibus pedes implicantur.* φιλαοιδὸν, *amicum cantilenæ.*

Λεοντέως.

Ο πρὶν ἐπ' ἀλφειῷ.) *Querimonia equi senio confecti, quondam multorum certaminum uictoris, nunc autem molarem petram circumagentis. Respondet superiori cuidã.* ὁ πρὶν ἐπ' ἀλφειῷ.) *Qui prius apud Alphæum (in Olympo,*

Olympo, ubi præterfluit Alpheus amnis) uictor siue coronatus, qui prius bis præconio proclamatus, id est uictor declaratus, apud aquam Castaliæ, id est in certamine Pythico. βεβοημένος, uoce diuulgatus, &c. Indicant hæc et similia epigrammata, multorum pristinam uirtutem sæpenumero indignè & contumeliosè tractari, & priora merita iniquè pensari. Et hoc maximè usuuenire ministris in aulis principũ consenescentibus, qui, quamdiu per ætatem ualent sufficere laboribus, habentur in precio: facti autem inutiles & inualidi, negliguntur. Ac demũ præclarè cum talibus agitur, si uel sordidißimo ministerio mancipatis in angulo aliquo turbidum iusculum uorare, uel cum canibus ossa & patulas quadras rodere liceat: ita ut rectè scripserit, quicunq; hos uersiculos nimium ueros effudit:

Regum sollicita quicunq; senescit in aula,
Aut furit, aut ultro concupit esse miser.

Λεωνίδου.

Φεύγετ' ὑπ' ἐκ καλύβης.) Leonides poëta mures alloquitur, ut aliò ad lautiorem culinam, & apparatũ splendidiorẽ se cõferant. nihil enim esse in suis ædibus, unde uictitare queant. μῦς, mures, accusatiuus pluralis contractus. σιπύη, arca. κρῖμνα, hordeacea. licet κρίμνον Suidæ craßitudinem farinæ significet. ἐκ πατέρων.) Non abludit ab hoc quod Horatius in Odis cecinit:

Viuitur paruo bene cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum, &c. μεταλλεύεις, inquiris. φιλόλιχνε, aptum nomen muris liguritoris. λιτά, tenuia, frugalia.

Ἀρίστωνος.

Ὦ μύες, εἰ μὲν ἐπ' ἄρτον.) Et hic poëta non dißimili argumento

argumento interdicit domum muribus. σκύβαλα,*utro/biq; pro reliquijs posuit.*

Ανύτης.

Ηνία δή τοι παῖδες.) Huius epigrãmatis Anyte mulier poëtica (de qua in sequentibus plura dicemus) author extitit, de pueris hircũ equitãtibus. Ordo est: Hirce, pueri tibi imponunt rubras habenas, et frena circa os hirsutũ, docẽt te iuxta tẽplũ equina certamina, ut eos feras iucũde (delectatos.

Αλκαίου.

Κρόμιωμος γονίμην.) De Gallo quodã sacerdote Cybeles, qui famelicũ & irruentẽ in se leonẽ tympani strepitu auertit. μητρὸς ἀγύρτης, matris, scilicet deorũ Cybelis præstigiator, hoc est sacerdos. Vnde etiã μητραγύρται dicti sunt, deterrimum haud dubiè genus hominum. Quales apud nos sunt hodie quæstionarij S. Antonij, et omnes ordines mendicantiũ, qui suis præstigijs hactenus passim ab omnibus ita impudenter stipẽ coëgerũt, ut sua mendicitate regũ fermè & principũ opulentiã æquauerint: ut nõ iniuria nonnullis mirandũ uideatur, otiũ & cibũ alienũ tantũ ualuisse. Sed ad institutũ reuertamur. βησσήεντας ἀνὰ πρῶνας, flexuosas, siue cõcauas per eminẽtias. εἴβου νοβαῖτο, colles ascendebat, à βουνὸς collis. χάσμα, hiatũ, rictum. ὠμηστὼ, duræ, siue crudelis feræ. αὔδαξε, insonuit. ἔνθεος, afflatus numine. ῥομβητήν, motam in modum rhombi. Pro φόβην, legendũ est κόμην. Ex ceruicibus rotauit motam cæsariem. εἵσατο, posuit, dicauit. θῆρα, feram, id est statuam leonis.

Αδήλου.

Χειμερίην διὰ νύκτα.) Hoc epigramma dicit, leonẽ hyberno tempore ad caprile cibi parandi gratia accessisse,

men Xenophonti nõ fuiſſet, cõtendendi canibus breuia nomina eſſe imponẽda, ἵνα εὐανάκλητα ᾖ. cuiuſmodi ſunt, ψυχή, θυμός, πόρπαξ, τάξις, ξίφος, φόνεξ, φλέγων, σύρπαξ, λογχή, λόχος, φρουρά, φύλαξ, ἀλκή, τεύχων, ὕλεύς, μήδας, πόρθων, σπέρχων, ὀργή, βρέμων, & ſimilia. Qualia etiam pleraque enumerantur ab Ouidio lib. 3 Metamorph. in fabula Actæonis.

ΕΙΣ ΖΩΗΝ. 34.

Παλλαδᾶ.

Πολλὰ μεταξὺ πέλει.) Multa cadunt inter calicem ſupremaq; labra. Hunc prouerbialem uerſiculum docte pariter, & copioſe explicat Eraſmus in Chiliadibus, quem uide.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μή που θανόντες.) Palladæ elegans epigramma, de uitæ humanæ fragilitate. τῷ δοκεῖν, æſtimatione, opinione. ut ſit ſenſus: Qui nondum mortui ſumus, opinione tantum uiuimus. Græci uiri calamitate cecidere, ſomnium aſsimulantes eſſe uitam, &c.

Αντιπάτρου θετταλοῦ.

Τρὶς δέκα με πνεύσειν.) Dicit poëta, à peritis aſtrorum prædictum eſſe, nonaginta annos ſe uicturum. ſed ſibi ſufficere triginta: quòd ij qui ultrà uiuant, Neſtori aſsimulentur, qui multas acerbitates uiuacitate ſua perpeſſus, nihilo ſecius tamen poſtremò eſt mortuus. Sed & ſequens epigramma idem tractat argumenti, clarius tamen rationem explicat. Siquidem flos ætatis intra triginta annos maxime uiget: quo marceſcente, reliquum temporis laboribus & doloribus eſt obnoxium, ſubeuntibus morbis, &

tristi senectute. τριγέρων πύλιος.) De Nestoris ætate uide Homerum Iliados libro primo.

ΕΙΣ ΗΧΩ. 35.

Αρχίȣ.

Ερημος γλῶσσα.) Epigramma in Echo, cum centone Homerico de eadem, nihil habet obscuritatis. Cæterum hic uersiculus, ψεύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω, est ex decimo Iliados. Vltimus, ὁπποῖον κ' εἴπῃσθα, ex libro 20. Iliados: quem usurpat Aeneas contra Achillem conuitiantem. Estq; uterque prouerbialis. Vide Erasmi Chiliades.

ΕΙΣ ΘΑΛΑΣΣΑΝ. 36.

Κριναγόρȣ.

Λῶπος ἀποκλύζουσα.) De muliere paupercula, lana ac tela uictum quæritante, & uestes abluente, ac in mari submersa. λῶπος, indumentum: unde λωποδύτης, fur uestiarius. χερνῆτις, netrix, & opere manuario uictitans. τυτθὸν, paululum, aduerbium est hoc loco. ut sit sensus: paululum super saxum prominens, terram ascendenti abstracta, scilicet est alluuione misera, amaræ undam bibit mortis. Spiritum simul à paupertate soluit. Quis in naui confideret, scilicet mari, quũ pedestribus non sit tutum mare.

Αντιφίλȣ Βυζαντίνȣ.

Εὐβοϊκȣ̃ κόλποιο.) De sinus Euboici, quẽ alio nomine Euripũ scriptores uocant, mirifica & prodigiosa reciprocandi celeritate, cuius rei caussa à nemine hactenus prodita aut peruestigata est. Huius meminit Plinius libro 2. cap. 97. Strabo libro 9. Pomponius Mela libro 2. in descriptione insularum Europes.

ΕΙΣ ΘΑΝΑΤΟΝ ΚΑΙ
εἰς θανόντας. 37.

Αγαθίου.

Τὸν θάνατον τί φοβεῖσθε.) Sequitur titulus εἰς θάνατον, ὃν μόνον τῶν ἀνηκέστων κακῶν ἰατρὸν Aeschylus esse testatur, sicut etiam pleraq; sequentia epigrammata loquuntur: quorum quia maior pars nihil difficultatis lectori exhibet, breuiter ea percurremus. Docet autem primum, mortem non esse metuendam, quum sit portus quietis, neque saepe defunctis iteranda ueniat: morbos autem multos, & uarios, quibus humana uita quotidie alijs atque alijs infestatur. Huius epigrammatis sensum sic transtuli:

Mortem quid prodest matrem metuisse quietis,
Tollentem morbos, pauperiemq; grauem?
Ipsa semel tantum mortales impetit omnes:
Non fuit ad quem se mors iteranda tulit.
Morborum uariam sed multiplicemq; cohortem,
Atq; horum alternas cernimus esse uices.

Παλλαδᾶ.

Πάντες τῷ θανάτῳ.) Illud sic:

Seruamur morti, morti nutrimur eidem,
Vt sine mactantur qui ratione sues.

Τοῦ αὐτοῦ.

Σῶμα πάθος ψυχῆς.) Hoc epigrāma cum sequenti disticho, & proximo tetrasticho, planum est.

Αδηλου.

Γῆ μὲν ἔαρ κόσμος.) Hoc distichon scriptum est in laudem Athenarum, quod non fuit inserendum huic titulo de Morte. nihil enim ad Bacchum facit.

Αδὴλοσ ποτου.

Μή εἴποις θάνατον.) Deflet poëta cuiusdam Nicei Coi fatum, quòd eiusdem cadauer sit erutum, existimans poénam esse animæ, corpus insepultum iacere: qua in sententia uidemus Homerum, & omnes ueteres poëtas fuisse. δυσθανέα, infœliciter mortuum.

Φιλίππου.

Η πυρὶ πάντα τεκοῦσα.) Conqueritur mater nomine Philænium, quòd neq; proprios neque adoptiuos filios habuerit superstites. ἀλλοτρίαις ὠδῖσιν ἐφώρμισα, alienis partubus incubui (sicut, alienæ incũbere famæ) hoc est, adoptaui filios: translatio ab exeuntibus è portu. εὔπαις, bonos uel bellos habens filios. θετὸν υἱὸν, adoptatum filium. κληθεὶς, uocatus, id est, adoptatus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ηρίθμουν ποτὲ πάντες.) De Aristodica, quæ sex filios peperit, quorum tres amisit morbo absumptos, tres in aqua submersos. κλυτόπαιδα, inclytam filiorum partu. ἤρισε cõtendit, ab ἐρίζω. εἰς αὐτὴν, contra ipsam. ἤμυσαν, inclinarunt in pelagus, id est, occubuerunt in undis. ἐπὶ στήλαις, super columnas sepulchri.

Ονέστου.

Παίδων ὃν μὲν ἔκαιεν.) De Aristio matre, quæ unũ filiorũ combustũ sepeliuit, alterũ naufragio amisit. ἔτηξε, liquefecit, macerauit. νειμαμένη, quæ distribuit, uel nutriuit.

Αντιπάτρου.

Τὸ βρέφος, Ἑρμώνακτα.) Increpat apes Antipater, quòd puerũ Hermonacta suis aculeis occiderint. Huic epigrãmati respondet quod mox sequitur, post quatuor proxima Bianoris, elegãtia & uenustate nihilo inferius. δειχήσασθε,

κτήσασθε, occidiſtis. ἐστιγμένον, punctum, ſeu confoſſum. πείθεο λυσιδίκῃ) Ad patrem pueri loquitur.

Φιλοδήμου.

Ἤδη καὶ ῥόδον ἐστὶ, καὶ.) Antiqui in littore maris uarijs floribus conſperſo uoluptatis gratia, ſicut etiam nunc Græci, cœnitare ſolebant. Dehortatur itaque Philodemus ſodales, ne in littus ad epulandum aſcendant, quòd heri duo ex illorum ſodalitio fracto littore perierint. Meminit huius priſcæ conſuetudinis etiam Quintilianus libro 7. cap. 4. proponens fictæ controuerſiæ exemplum de finitione: Iuuenes, inquit, qui conuenire ſolebant, conſtituerunt, ut in littore cœnarent, &c. Et Martialis non uno in loco littorum amœnitatem laudat. ἀκμάζων ἐρέβινθος, pullulans cicer. κράμβης πρωτοτόμου, caules crambes primũ reciſæ. ἡ μαίνη ζαλαγεῦσα, pro herba quæ dum colligitur reſonat, poſuiſſe uidetur. Plinio tamen eſt animal marinum, cuius & Dioſcorides libro 2. cap. 28. meminit. ἀρτιπαγὴς, nuper coagulatus caſeus.

καὶ θριδάκων, & lactucarum criſparũ. ἀφροφυῆ, ſpumam generantia folia. οὔτ' ἐν ἀπόψει, neq; in loco alto, ſeu ſpecula ſtemus, ut anteá ſemper conſueuimus, etc.

Ἀντιφίλου.

Βρέγμα πάλαι λαχναῖον.) Ad craneum cuiuſdam naufragi poëta loquitur. Verborum ſenſus talis eſt: Sinciput olim lanuginoſum, deſertaq; teſta oculo, id eſt craneum, linguæ carentis compoſitio oris, animæ debile uallũ, inſepultæ mortis reliquiæ, in uia poſita lachryma prætereuntium, iaces ad truncum iuxta radicem, ut uideas quid plus, ſcilicet ſuperſit, parcenti uictui, ſcilicet ſuo.

Τρύφωνος τοῦ ἐρμοῦ εἰς τέρπην κιθαρῳδὸν ἐν σκιάδι τῇ λακωνικῇ σύκῳ βληθέντα, καὶ ἀποθανόντα.

Τέρπης εὐφόρμιγγα.) Huic epigrammati argumentum in titulo est adscriptum, nec opus habet alia interpretatione. προφάσεων οὐκ ἀπορεῖ θάνατος.) Hoc hemistichium multorum insperatæ mortes uerißimũ fecerũt. Et sequens epigramma de filia Grãmatici, quæ gemellos peperit, sed statim mortuos, planũ est. οὐδέτερον, neutrum, quia mortui sunt.

Βιάνορος.

Κοῦρον ἀποπλανίην.) Cum superiori, sicut dixi, argumento cõcordat, quod de Hermonacte puero ab apibus perempto, scripsit Antipater. ἀποπλανίην, aberrantem. ἐπιμάζιον, adhuc lactentem. βουγενέες, apes ex boue genitæ. ἐχίων, uiperis. ἐσεμάξετε, impreßistis, compositum uerbum ab ἐς & μάσσω, imprimo.

Ἀκυλλίου.

Ἡμάξευσα καὶ αὐτός.) Loquitur quidam, qui uitæ tædio affectus mortuus est. ἡμάξευσα, aurigaui, ab ἁμαξεύω, plaustrum duco, seu aurigam ago. τρισδύστηνος. ter infœlix, hanc difficilem & iniucundam, siue non uiuendam uitam. λὰξ δὲ πατήσας λυσσώδη ζωήν.) significat, se sibi mortem consciuisse, aut uoluntaria morte discesisse.

Ἀδήλου.

Εἰς ἀίδην ἰθεῖα κατήλυσις.) Eundem descensum ad mortẽ seu inferos esse significat, siue hic siue alibi aliquis fuerit constitutus. Non dißimiliter respondit Socrates iam damnatus,

damnatus, suis familiaribus eum surripere ualentibus: num scirent locum extra Atticam, ἔνθα οὐ προσβατὸν θανάτῳ, *quo morti non pateret aditus.* Vide Xenophontem in Apologia Socratis. *Cæterum* μερόη, *authore* Plinio, *insula & ciuitas, quæ est caput gentis* Aethiopū, *& quinq; millibus stadiorum à* Syene *in amne* Nilo *habitatur, cuius crebram mentionem facit* Heliodorus. Vide Strabonem *de eadem copiosissime scribentem libro 17.*

παλλαδᾶ.

Οὐ ποιεῖ θάνατον.) *Non semper natura mortem accidere, sed etiam uentre crasso, hoc est, crapula. plures enim hodie crapula quàm ferro intereunt.* Probat autē hoc exemplo Dionysij Heracliotæ, *cui immodica crassitudine mors accidit.*

Ἀδηλον.

Κάτθανον, ἀλλὰ μένω σε.) Significat hoc distichon, *nos omnes alternis uicibus morituros.*

Ἀδηλόν.

Γῆ μεν ἡ μήτηρ.) Inachus Crinagori *minister præfert terram matri suæ, quæ flagrantissimo æstu ipsum parere coacta est, nec denuo in uterum recipiet, quod ipsa terra mortuo est factura.* Pro ναῦμα, καῦμα *lege.*

Ἀντιφίλε.

Κρηναίαι λιβάδες.) *Cadauer cuiusdam fuit proiectum in puteum, unde omnis aqua exiccata est. Quærit itaque agricola, quónam aqua profugerit, & qui nam tantus feruor solis perennis putei scaturiginem exsiccauerit.* Respondet *aqua lachrymis se esse absumptam, & huius siticulosum cinerem omnem liquorem exhausisse.*

Αδήλου.

Ἐν μέμφι λόγος ἐστί.) *De Eudoxo Cnidio philosopho hoc epigramma scriptum est, qui quũ ageret in Aegypto, Apis bos eius uestem lingere uisus est. Quo ostento sacerdotes prædixerunt, eum quidẽ celebrem futurum, sed non longæuum. De quo plura Laërtius libro octauo: qui & ipse idem argumentum tractauit, sed dißimili genere carminis. Meminit huius philosophi etiam Aristoteles in duodecimo Metaphysicæ. Secũdus uersiculus in omnibus exẽplaribus, quæ quidem mihi uisa sunt, est mutilus: quem integrè & emendatè sic restitues,*

Εὔδοξον κνίδιον τ̓ καλλικέρω παρὰ ταύρου. *scilicet Apide, qui Aegyptijs pro deo colitur.* λέχρια, *à latere, siue à læua.* ὅσον οὔπω, *quantum nondum, id est mox, uel cito.* καὶ δὴ οἱ ταχέως.) *Nam trigesimum tertium annum non est egressus. Cæterum propter famæ celebritatem* ἀντὶ εὐδόξου ἔνδοξος *dictum est, ut refert Laërtius. Apidis autem bouis Aegyptij mentionem facit etiam Cicero libro primo de Natura deorum.*

Αδήλου.

Οἶνος καὶ τὰ λοετρά.) *Distichon satis clarum, quod tamen harum rerum temperatum usum nobis persuadere deberet, si uel micam sanæ mentis haberemus. Hæc enim exhibent breuißimum intemperanter utentibus ad mortem compendium.*

ΕΙΣ ΘΕΟΥΣ. 38.

Λουκιανοῦ.

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως.) *Quamlibet tandẽ homines improbè & sceleratè agendo fefellerimus, Deos tamen ne cogitatione quidem fallere possumus.*

Αδέσποτ/

Ἀδηλόποτον.

Ζεὺς, κύκνος, ταῦρος.) Thomas Venatorius:

Ob Leden, Danaen, Europen, Antiopenq;,
Iuppiter est aurum, taurus, olor, satyrus.

Ἀντιπάτρου.

Εὔχολος ἑρμείας.) Facilem Mercurium esse affirmat, & leuibus sacris contentum: sed non Herculē, qui uel arietem, uel agnum totum flagitat. δρυΐνῳ μέλιτι, querceo melle. Apes enim sæpenumero in cauis quercubus mellificant. ἓν θύος, unam uictimā. Sed lupos abigit.) Obiectio: Quid tum postea, si seruatum uel custoditū perit uel à lupis, uel ab ipso custode.

Λεωνίδα.

Ω τάνδε στείχοντες ἀταρπιτόν.) Indignatur Mercurius, sibi & Herculi æqualiter apponi litata, Hercule nimium uoraci existente, & omnia præripiente: contendēs singulis singula apponenda, ne cogatur semper cum Hercule iurgare. Alloquitur autem uiatores: O hanc (inquit) ambulantes uiam, &c. δαμόθεν, pro δημόθεν, è populo, è ciuitate, quiq; ab agris itis. ποτ᾽, pro πρὸς, ad arcem. ἄμμες ὅρων φύλακες, nos terminorum custodes. εὐάκοοι, pro εὐήκοοι, benigni, propitij, facile exaudiētes. ἀλλὰ ποθ᾽ αὐτοὺς.) Mihi dubiū nō est, hic subesse mendā, & pro αὐτοὺς legendū αὐτὸς, sed & ille si quid mihi propositū fuerit præripit, et auidè deuorat: quod significat ἐγκέκαφεν, ab ἐγκάπτω. Idem facit etiam appositis botris, siue illi maturi fuerint, siue immaturi. ἐντρέπικεν, adornauit. At ego odi talem μετοχὰν, participationem. neque delector. Sed ferens quippiam ambobus, non communiter, duobus apponat, &

dicat, τῆ τοῦθ' ἡράκλεες, cape hoc Hercules, aliudq; hoc tu Mercuri: & ſoluit contentionem amborum. Articulus præpoſitiuus fœminini generis τῆ, hoc loco idem ſignificat quod λάβε. Qua in ſignificatione Homerus quoque Odyſ. lib. 9. uſus eſt, ubi Vlyſſes Cyclopi uinũ offerẽs ſic inquit, κύκλωψ τῆ, πίε οἶνον, Cyclops cape, bibe uinum. Et mox ſequenti libro Mercurius Vlyßi moly offerens, contra Circes ueneficia, τῆ τόδε φάρμακον ἐσθλόν. Et iterũ alio loco, nempe Iliad. ξ. ubi Venus cestum offert Iunoni, τῆ νῦν τοῦτον ἱμάντα, cape nunc hoc lorum, &c. Vide Heſychium.

Ἀντιπάτρου.

Λιτός μοι δόμος οὗτος.) Venus loquitur cuius fanum minimè ſumptuoſum in littore erat exſtructũ. Exhortatur autem homines ad ſui cultum, cuius gratia eis aut in amore, aut in pelago ſe propitiam fore pollicetur. λιτός μοι δόμος οὗτος, ἀλλὰ φίλος.) Sic dicat cum Venere, quibus hoc ſeculo non omnino ſordidus domi uictus eſt. De ſtudioſis & Muſarum ſectatoribus loquor, quibus hæc ſecula non multum fauent.

Ἀνύτης.

Κύπριδος οὗτος ὁ χῶρος.) Eiuſdem argumenti cum ſuperiore, niſi quod hic poëtria loquatur. τήνα, illi ſcilicet Veneri, charum ſemper fuit, à continenti proſpicere in pelagus. δειμαίνῃ, timeat, ſcilicet me, ne procellas et turbines excitet, intuens meum ſimulachrum.

Λεωνίδου.

Εἶπέ ποτ' εὐρώτας.) Verba Eurotæ fluminis, iubẽtis Venerẽ aut Lacedæmone exire, aut arma tractare. ὁπλομανεῖ.) Non uacat hæc ciuitas uoluptatibus & delitijs,

ſed armorum ſtudio & amore inſanit. ἀτευχὴς, ἄνο/πλος, inermis. ἵςορες, hiſtorici. Impudentes, inquit, ſunt hiſtorici, aſſerentes apud nos Venerem arma ferre. Apud Lacedæmonios, ſicut apud Corinthios, Venus armata colebatur. Eſt autem hoc epigramma longe elegantiſſimum.

Νικάρχου.

Παρθένε τριτογένεια.) Conqueritur Venus de Palladis iniuria, ob raptum pomum, quod ſibi à Paride, & non Palladi datum & adiudicatum eſt. ἐδογμάτισε, decreuit, iudicauit. Satis ſit prius pro pomo nos conflixiſſe, ne fiat noui belli occaſio.

Παλλαδᾶ.

τὸν δῖος ἐν τριόδοισιν.) Statua Herculis noua erat in honore & precio, uetuſta uerò proiecta. id cuidam indigne ferenti, & dolenti, Hercules in ſomnis conſpectus dixit, ſe quamuis Deum tempori quoque ſeruire didiciſſe. εὐχωλαῖς, uotis, precibus. τριέσπερε, trilunaris, uel trinoctie: hoc eſt, qui tribus continuis noctibus factus es, qui nunquā uictus es, hodie contemptui es habitus. καιρῷ δουλεύειν, tempori ſeruire, tēpori ſe accommodare. oratio prouerb. uide Eraſmi Chiliad.

Ἀρχίου.

Βαιὸς ἰδεῖν πρίηπος.) Loquitur Priapus, quanquam non ſim iuſta magnitudine ſculptus, & deformis totus, piſcatoribus tamen citus auxiliator præſto ſum. βαιός.) Olim enim ingentē ſculpebant, ut eſſet terrori furibus, præſertim in hortis. Habito (inquit) ſuper littoreū promontoriū φοξὸς, acuminato capite. Qualem in deſertis littoribus polire queant laborioſorū filij piſcatorū, id eſt piſcatores.

At ſi/

At si quis piscator, aut καλαμευτὴς, *qui ad piscandum utitur calamo & hamo(ein angler)in clamauerit me auxi liatorẽ, flatu celerior irruo. Video etiã currẽtia subaqua. Siquidẽ ab operib. dij, non à forma cognitam habẽt formã.*

Μέλπωμεν βασιλῆα φιλεύιον,

εἰραφιώτην.

Αβροκόμην, ἀγροῖκον.) *Hymnus cõplectẽs laudes et uirtutes Bacchi, cuius ingeniũ et gratia tantum in serie al/ phabetica in singulis uersibus et dictiõibus obseruata cõspi citur. Huius obscuriora nomina tantũ breuiter indicabo, nõ ad lucturus epithetorũ rationẽ, quod iampridẽ ab Alexan/ dro Brassicano factitatũ audio.* φιλεύιον, *amantẽ canti/ cũ lætitiæ, qui dicitur* εὔιος. εἰραφιώτην, *insutũ Iouis fœ mori.* ἀβροκόμην, *mollicomũ, sicut Apollinem infrà uo/ cat* ἀκειρεκόμην, *intõsum.* βιώτην, *uitalẽ.* βοτρυο χαίτην, *racemicomũ.* γιγαντολέτην, *gigãticidã.* δί γονον, *bis genitum, à Semele et Ioue.* ἐγερσίκωμον, *ex citatorẽ lasciuiæ, uel festiuorũ conuiuiorũ.* ζάχολον, *ual/ de iracundũ.* ἡδύθροον, *dulciloquum, uel gratos rumo/ res spargentẽ.* θιασώτην, *thiasis gaudentẽ.* ἰνδολέ/ την, *Indiæ subactorẽ.* ἰοπλόκον, *uiolas plicantẽ.* κώ/ μαστήν, *lasciuũ, ebriũ, seu procum.* κισσοστέφανον, *hede racea corona redimitũ.* λαθικηδέα, *occultatorẽ, seu ob bliuisci facientem dolorũ et ærumnarũ. Apud Homerũ epi theton est uberũ, puerorũ ploratum sistentium.* λυσιμέ/ ριμνον, *curarum solutorem.* μαινολιὸν, *furiosum.* με θυδώτην, *uinosum, uel ebrietatis datorem.* μυριόμορ/ φον, *multiformẽ.* νόμιον, *pascualem.* νεβρώδεα, *mul tas nebridas habentem.* νεβριδόπεπλον, *nebridibus uestitum.* ξυσοβόλον, *hasta iaculantẽ.* ξανθοκάρηνον, *flauicomum.*

flauicomum. ὀρέσκιον, montium umbris gaudentem. οὐρεσιφοίτην, montes frequentantẽ: Sicut Homerus centauros uocat ὀρεσκῴους. πλαγκτῆρα, errabundum. ῥηξίνοον, mentis corruptorem. ῥικνώδεα, rumpentem terram. ῥηνοχορῆα, pecudũ ducentem choream. σκιρτητὴν, lasciue saltãtem. τυῤῥηνολέτην, Tyrrhenorum perditorem, qui eum in naue capere uolebant, quos ille in Delphinas cõuertit. Vide Philostrati imagines. & Ouid. Meta. libro 3. ταχύμηνιν, irasci celerem. ὑπνοφέβην, somni altorem, melius, quàm in somnijs terribilem. φηρομανῆ, Centauri furorem. φὴρ enim significat feram, gigantem, centaurũ, uel qui Centauros & Lapithas in nuptijs Thesei fecit furentes. φοιταλιώτην, errabunde incedentem. à φοιτάω, uado: & ἀλιώτης, diuersus. χρυσόκερων, auricornem. χαλίφρονα, submissorem mentis, uel parum prudentem & sobrium. χαλὶς, ut uult Hesychius, significat uinum merum, quod potantibus inducit insaniam. Vtitur hac dictione Homer. Odyss. libro 4. in hac significatione.

Νήπιος εἰς ὦ ξεῖνε λίην τόσον, ἠὲ χαλίφρων, &c.

Ψυχοπλανῆ, uitæ seductorem. sicut ψυχοδαΐκτην, uitæ destructorem. ὥριον, horarum dominũ, seu temporaneum, uel tempestiuũ. ὠρεσίλοιπον, montiũ desertorem.

Υμνείω παιᾶνα, μέγαν θεὸν ἀπόλλωνα.

Αβροτον, ἀγλαόμορφον.) Hymnus in laudẽ Apollinis, cuius quoq; obscuriores tantum dictiones breuiter annotauimus. βριθυνόον, mente grauẽ. βελεσιχαρῆ, telis gaudentẽ. εὔλαλον, eloquentem. εὐριβίην, peruiolentum. θελγεσίμυθον, mulcentem sermonibus. Nonnulli codices habent θελγεσίθυμον, quæ & ipsa lectio

lectio non potest improbari. ἰαφέτην, iaculatorem. ἰήιον, medicinalem, ab ἰάομαι medeor. καρπογένεθλον, frugum datorem, seu procreatorem. λητογενῆ, Latonigenam. νηπενθέα, illuctuosum. πανδερκῆ, omnia uidentem. παναπήμονα, omnino innoxium. ῥυσίπονον, ruptorem laboris. ῥοδόχροον, roseo colore nitentem. σελαηγενέτην, lucis parentem. ὑετόεντα, pluuium. χρησμαγόρην, oraculorum dictorem. ψευσίζυγα, mendaciorum osorem. ὡρεσιδώτην, horarum, uel pulchritudinis datorem.

ΕΙΣ ΙΑΤΡΟΥΣ. 39.

Νικομήδους, εἰς ἱπποκράτην ἀντίστροφον.

Ἱπποκράτης φάος ἦν.) Hoc distichon conuertitur eodem uerborum sensu manente, quod inter interpretandum sine ulla meditatione sic effudimus:

Lux hominũ Hippocrates, dum gentibus ille medetur,
Copia per stygias rara petiuit aquas.

Εἰς τὴν ὀρειβασίου βίβλον.

Δῖον ὀρειβασίοιο.) Hic Oribasius, Suidæ testimonio, genere fuit Sardianus, medicus Cõstantinopolitanus, cõstitutus eò à Iuliano imperatore, inter cætera literarũ monumenta quæ reliquit, & quatuor libros scripsit πρὸς τοὺς ἀπορῦντας τῶν ἰατρῶν, de quibus haud dubie hoc distichon est compositum. Nec desunt qui eum etiam Christianum fuisse perhibent, quamuis Iulianus maximus Christianorum & religionis nostræ persequutor fuerit. Huius Oribasij medici pleraq; scripta etiam hodie extant.

Εἰς Νίκανδρον.

Καὶ κολοφὼν ἀρίδηλος.) In laudẽ Nicãdri, epigramma satis apertũ. Porrò sequẽtia triá carmina, φάρμακα πολλὰ

καὶ πολλὰ μετ᾽ ἐσθλά, & quarto Odyss. desumpta sunt, mutato tantū ἰητρὸς δὲ ἕκαστος, &c. in νίκανδρος καὶ τέλεξεν. Et sequens satis patet. προφερέστερον ἔλλαχεν εὖχος, excellentiorem sortitus est gloriam. Primum epigramma quidam non indoctè sic reddidit:

Inter præcipuas Colophon caput exerit urbes,
Infantes quippe nutrijt illa duos.
Alter Homerus erat, post hunc quoq; numine diuum
Nicander, Musis gratus utraq; sacris.

Λουκιλλίου.

Μάγνον ὅτ᾽ εἰς ἀΐδην.) Elegans distichon in Magnū medicum, sed de quo nihil comperti habeo.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς ἀεὶ νοσοῦντας.

Τοὺς καταλείψαντας.) Latine, si placet, sic legito:

Non ego defunctos deploro semper acerbe,
Sed quos uiuentes tristia fata manent.

Παλλαδᾶ.

Οὐκ ἀλόγως ἐν διζύφοις.) Huius epigrammatis explicationē quære in Chiliad. Erasm. in prouerbio, Crotone salubrius. Cæterū quòd Erasm. legit pro διζύφοις, διζύθοις, nec tamen cōpertum se habere dicit quid proprie hæc uox significet, non opinor mihi uitio uertendum esse, si post Erasmum, qui longè melioribus authoribus quàm ego fuit instructus, nondum quicquam idonei super hoc loco repererim. Relinquam itaque doctioribus hoc discutiendum, gratanti animo accepturus, si quid in medium à quoquam allatum fuerit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Κονδίτου μοι δεῖ.) Potione seu conditura mihi opus est, inquit, ad medicum Pallada, quā Latina uoce appellat

conditum,

conditū, ludens suo more latino uocabulo, sicut sæpe aliàs.

ΕΙΣ ΙΧΘΥΑΣ. 40.

Ἀντιπάτρου θετταλοῦ.

Πουλυπος εἰναλίη.) De Polypo, qui cōplexu suo aquilam, à qua raptus erat, occidit. Polypi descriptionem & naturam, disce ex annotationibus doctißimis Francisci Massarij Veneti, quas super nonum librum Plinij de piscibus edidit, & omnia facilius intelliges. ἐπὶ προβλῆτι, in saxo eminenti. πλοχμοῖς, id est πλεκτάναις, hoc est cirris, in quibus sunt acetabula, per quæ polypi hærent, sugunt, & quæ ceperunt tenaciter retinēt. Super cirris & acetabulis polyporum, quid differant, potes consulere etiam Marcellinum Vergilium in annotationibus Dioscoridis lib. 4. cap. 180, in descriptione πολυποδίου herbæ. Item Plinium, de Polypo.

Ἀντιφίλου βυζαντίου.

Αἰγιαλοῦ τενάγεσσιν.) De Phædone piscatore, qui captū polypum proiecit in terram, ac per eundem cepit leporem. Casus in hoc facto admiratione dignus est. Phædon, inquit, conspexit polypū clancularia remigatione nauigantem, id est natantem in locis lutulentis littoris. Quem correptum ilico in terram proiecit, priusquàm circa manus octuplices cirros stridulè implicaret. Trebius Niger apud Plinium libro 9. capite 30. negat ullum atrocius esse polypo animal ad conficiendum hominē in aqua. Luctatur enim complexu, & sorbet acetabulis, ac numeroso suctu detrahit eum, &c. Ideo capti ilico proijciendi, donec uis elanguerit. δισκευθεὶς, iaculatus more disci. εἰλιδὸν, inuolubiliter, implicabiliter. εἷλε δ᾽ ἁλούς. cepit autē captus, scilicet ipse Polypus leporē: ab ἁλίσκω, capio.

capio. Atq; ita piscator ex insperato & marina & terrestri præda potitus est.

Φιλίππου.

Μεμφομένη βορέην.) Philomela gloriatur & se uectam esse delphino. quo facto colligit, fabulam de Arione citharœdo non fuisse uanam, aut fictitiam. Accusans (inquit) Boream tanquam mihi aduersum, uolabam super mare. nam nec uentus Thracius mihi mitis spirat. Hoc autem dicit propter Tereum Thracium, à quo fuerat constuprata. Sed me mellifluam, uel dulcisonam lusciniã suscepit dorso delphin, & uolucrem marinus uehebat. fidelissimo autem remige tranans, uel traijciens, τὸν ἄκωπον ναύτην, nautam remis carentem, id est delphinum, cantu demulcebam. Remigationem delphines Musis semper sine precio perfecerunt, non est mendax fabula Arionis. Epigramma uenustum & lepidum.

Ισιδώρου γεωδότου.

Πουλυπον ἀγρεύσας.) Hoc epigramma superiori de Phædone respondet, nisi quòd hic Gynnichus polypum, capto sua opera lepore, iterum in aquam dimiserit. ἱμαντοπέδην, uinculum, id est cirros. ἀγρευθεὶς δ᾽ ἤγρευσεν, sicut suprà, εἷλε δ᾽ ἁλούς. Gratior fuit Gynnichus Phædone, qui sublato lepore, piscem dimisit liberum, ille alter utrunq; abstulit.

Αντιφίλου.

Ανέρα θηρχερσαῖον.) Delphinum loquentem facit poëta, qui exportato in terram mortuo, & ipse est mortuus. θὴρ πόντιος, fera marina, delphinus. τὸ δὲ πλέον, & quod plus est. δαίμονα, id est fortunam inuicem permutauimus: illius terra me, hunc mea aqua occidit.

Βιάνορος.

Φῶρες ὅτ' εἰνάλιοι.) De notißima fabula Arionis modulatoris, quam uide apud Herodotum libro primo, apud Gellium libro decimo sexto, capite decimo nono. φῶρες εἰνάλιοι, fures marini, id est piratæ, reuolutam prope uertiginem modulatorem de naui posuerunt ὑπερβύθιον, id est fecerunt profundalem, hoc est super profundum, ita ut uideretur adhuc. statim ipsum cum cithara acute sonanti suscepit delphin consessorem, ex profundo autem nauigabat emergens. Vsq; ad Isthmum appulit Corinthium. Equidem aqua pisces hominibus iustiores habuit. ἔκελσε, appulit. à κέλλω, nauem figo. futurū κελῶ, & κελσῶ, more Aeolico: unde est indefinitum, ἔκελσα.

Φανίου.

Ακτίτα καλαμευτά.) Hortatur Phanius piscatorem, ut de petra ad se descendat, & si quid delicatorum piscium prendiderit, sibi primum uendat: uiles autem ipse retineat, ac ualeat. ἀκτίτα, litoralis, in litore uersans: aptum piscatoris epitheton, ab ἀκτὴ, litus. ποτὶ ξερὸν, ad siccum ueni à scopulo, pro ξηρόν. Et me accipe principium πρώϊον ἐμπολέα, matutinum emptorem, seu lucrum. Hoc est quod nos Germani dicimus, und loß zum ersten uon mir die handgifft. Siue in uase curuo, uel piscatorio μελανουρίδας, qui & μελανοῦροι uocantur, quos Theodorus oculatas transtulit: siue aliquem uenaris μορμύρον. Plinius libro trigesimo tertio, capite ultimo, mormyras pictos pisces in mari esse asserit. aut κίχλην, turdum piscem uertunt, quem Plinius eodem libro & capite inter saxatiles nobilem celebrat. aut σπάρον, & σμαρίδα, inter pisces numerat Plinius eodem libro, & capite.

capite. Spari forma auratis proxima. Ipsum uides me non carnes, sed mare, id est pisces honorantem, molli scu te/ nero frusto in deceptionem, id est illecebram ad capiendum bonos pisces. Si autem fers χαλκίδας, id est pisces spino/ sos: chalcis & piscis & auis nomen Massarius esse testa/ tur. aut aliquem θρίσσον, id est clupeã, ut ostendit Mas/ sarius, pisciculus marinus spinosioris generis, munitissimis squamis contectus, dorso cæruleo, cætero colore argenteo.

εὐάγρει, feliciter piscare: hoc est, uale cum tua piscatio/ ne. mihi non est guttur lapideum, ut spinosos pisces deuo/ rare queam.

ΕΙΣ ΚΑΛΛΟΣ. 41.

Ἀντιπάτρου.

Βουκόλος ἔπλεο φοῖβε.) Hoc epigramma scri/ ptum est εἴς τινα παιδεραστὴν, quod ut multis exponam, non est necesse. *Transformarunt se dij propter puellas, tu propter pusiones: unde dijs te longè deteriorem esse constat.* De Neptuno *mutato in equum, amore Cere/ ris, quæ in equã se transformauerat, & alijs dijs, uide* Oui/ *dij* Metamorph. ἀμφιβόητος, *circumsibilans.* εὐνέ/ ται, *concubinarij.*

Εἰς εὔμορφον κολυμβῶσαν ἐν τῷ νείλῳ.

Ἁ κύπρις πρώαν.) De pulchra puella natante in Nilo, *quam* Veneri *comparat.* Fit autem *sermo ad puellã.* πρώαν πρώην, *paulò ante.* φεῦ, φεῦ, *hei, hei quo/ modo guttis sine cœlestibus imitatus partum marinum* (Ve/ *nus enim è mari orta dicitur*) *audax aliam* Nilus *è dulci/ bus* Venerem *remisit profunditatibus.* Idotheæ *uerba quæ sequuntur, quia satis clara sunt, non requirunt nostram ex/ positionem.* μάχη δεκέτηρος, *pugna decennalis.*

ἀρωγαί, auxilia. ἰότητι, consilio. κακῆς, periculosi. Vltimum distichon est in puellam formosam, quam quartã Gratiarum facit.

ΕΙΣ ΚΟΛΑΚΑΣ. 42.

Βιανορος.

EI τις ἀνὴρ ἄρχων.) Principes, qui gaudent assentatoribus, scelestißimis illis linguis occasionem subministrant, plures subinde calumniandi. Optimo iure igitur odio habendi sunt omnes palpones, quorũ hodie maior est in aulis numerus & copia, quàm æstiuo tempore muscarum examina. Deterrimæ profectò & exitiosißimæ pestes, & tamen principibus plerisq; ita preciosæ, ut omnium arcanorum sint etiam participes, omnibus cæteris quamlibet bonis & prudentibus uiris prælatæ. πολλοὺς ἐκδώσει, multos exponet scelestis oribus, id est dabit occasionem deterrimis belluis multos subinde traducendi, deferendi, & detrahendi. μιαροῖς legendum.

Λουκιανοῦ.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι.) Fucato amico, & beneuolentiam simulante, nihil est usquam pestilentius. Ab aperto inimico caueri potest, mentiens amicitiam caueri non potest.

Nil homine inuenit natura nocentius illo,
Quàm qui synceram fingit amicitiam.
Non hostis nobis ultrà, sed habetur amicus
Talis: & hac ista lædimur arte crebrò.

Παλλαδᾶ.

Ην ὁ φίλος τί λάβῃ.) Salsè & eruditè Latinorum consuetudinem ridet Pallada, blandius loquentium, & amicos appellantium, si quid muneris acceperint: citra uero assentationẽ, si nihil abstulerint. ὤνια, emibilia. Iocus & gratia

tia totius epigrammatis est in agnominatione δόμινε, *&* δόμεναι.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ρῶ καὶ λάμβδα.) *Duabus literis ait differre inter se coruos & adulatores: hoc est, parum interesse, nisi quòd assentatores coruis sint multo pestilentiores. Est enim longè præstabilius, in coruos, ut inquit ille, incidere, quàm in assentatores: quòd illi mortuos, hi uiuos deuorarēt. Aut quòd illi, ut uult Antisthenes,* τοῦ ἀποθανόντος σῶμα, οἱ δὲ ζῶντος τὴν ψυχὴν λυμαίνονται. Βωμολόχος, *scurram significat.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐχ οὕτω βλαβερ etc.) *Epigramma clarum, & simile superiori,* οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι. *quod latinis uersiculis sic transtuli:*

Non sic ille nocet, qui hostilia tendit apertè,
Quàm qui synceram fingit amicitiam.
Perspectos hostes facilè auersamur: amoris
Fictorem falsi nemo cauere potest.
Pessimus hic inimicus erit, me iudice, qui clàm
Pignora iuratæ lædit amicitiæ.

Αδηλον.

Πλασὸν ἔχεις τὸν ἔρωτα.) *Qui non ex animo amat, sed simulatè & coactè, eius amor non est syncerus, quippe ex metu profectus: nec quicquam est tali amore perfidius, & fraudulentius.*

ΕΙΣ ΚΡΙΤΑΣ. 43.

Αδηλον.

Θαρσαλέοι κελτοί.) *De more Gallorum, probantium Rheni fluminis lauacro partus legitimos,*

 sicut

ficut ipfum epigramma oftendit. ταλαντεύουσι, librant, ponderant, probant. ἐλεγχεσιγάμου, nuptias redarguentis, id eft oftendentis fidem coniugis, uel perfidiam. Virgilius hunc morem dicit quoq; fuiffe Rutulis, fed alio confilio, nempe ut puerorum corpora ftatim iam inde ab infantia durarent, ubi fic inquit:

Natos ad flumina primum
Deferimus, corpusq; gelu duramus & undis.

Ego tamen non credo hunc morem fuiffe Gallis, fed Germanis, idq; multis caufis adductus, quas nunc percenfere non eft præfentis inftituti & negocij.

Παλλαδᾶ.

Οὐδεὶς καὶ καθαρός.) Pallada arguto epigrammate colligit, nullum iudicem & purum pariter & fuauem effe poffe: quòd hæc duo inter fe pugnent, quum alterum fit decipientis, alterum fuperbi. κλέπτοντος, furantis, id eft decipientis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μή ποτε δουλεύσασα γυνή.) Aureis uerbis in omnibus domibus, καὶ πᾶσι δικαστηρίοις fcribendum hoc epigramma, docens, neque mulierem, quæ ferua fuit, agere debere matremfamilias: nihil enim his mulieribus poteft inueniri arrogantius & intolerabilius. neque ullum rabulã forenfem, etiã fi eloquentia foret fuperior Ifocrate, in iudicem effe eligendũ: quòd is qui femel accipiendæ mercedi affueuerit, temerè non fit ab affueto uitio temperaturus. δικολέκτης, idem eft quod δικόρραφος, rabula, ex litibus & iudicijs quærens uel colligens lucrum & compendiũ. παρὰ τῇ δίκης καὶ λέγειν. μὴ ῥυπαρῶς, non fordidè.

Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἶναι νομίζω.) Miratur idem poëta, Iouem tot blasphe-mias tamdiu posse dissimulare: ex quo & eum unũ ex phi-losophis esse putat, qui contumeliarum & conuiciorum di-cuntur fuisse patientissimi.

Αδήλου.

Στυγνὴν τὴν νίκην.) De quodam patritio, qui prius fuit nauta, eiq; indigno ab iniquè iudicantibus uictoria attribu-ta est, ipsius uictoriæ querimonia. συγνὴν, tristem hoc lo-co significat, non odiosam.

ΕΙΣ ΛΟΓΟΓΡΑΦΙΑΝ,

ἤτοι ἐποποιΐαν. 44.

Παρμενίωνος.

Φημὶ πολυστιχίην.) Improbat Parmenio prolixa epigrammata. In stadio non est quærendus δολι-χός: hoc est, cursus habens multos reflexus & ambages: nec in epigrammatis prolixitas. Quid sit propriè δολι-χός, infrà mox prolixius dicemus.

Κυρίλλου.

Πᾶν καλόν ἐς' ἐπίγραμμα.) Et hic Parmenioni suf-fragatur. nam qui tres uersus excedit, non amplius scribere epigrammata, sed poëmata uidetur. Hoc enim est ῥαψῳ-δεῖν, consarcinatis uersibus poëmata pangere.

Αδήλου.

Οἴγνυμεν ἐξ ἑτέρης στόμα πίδακος.) Hic poëta, quisquis fuit, edidit in lucẽ Leonidæ arguti scriptoris, cuius in his libellis multi legũtur uersiculi, poëmatia, ut inde alijs quoq; studiosis fructũ aliquẽ haurire liceret: occurrẽs obi-er & maledicis, ut in alios inuidentiæ suæ dentes figant. Aperuimus (inqt) ex alio fonte potũ, etc. nã oĩa plana sunt.

Εἰς τὸν φαίδωνα, διάλογον πλάτωνος νοθευόμενον ὑπὸ παναιτίου.

Εἴ με πλάτων οὐ γράψε.) Iuniorem Panætiū hoc epigrāmate perstringit, qui à Platone (ut author est Cicero lib. 1, Tuscul. quæst.) de animæ immortalitate dissentit: aliàs eodem authore, Stoicorū facile princeps, & cum Platone per omnia concordans. Sustinuit animam dicere mortalem Panætius: cur non & me, in quo animæ immortalitas multis argumentis euincitur, adulterinum iudicaret?

Αὐτομέδοντος.

Νικήτης ὀλίγος.) Incertum est, quem Nicetam hoc epigrammate uelit intelligi: laudat tamen eius initio sedatam dictionem, tandem uero omni contentione dicendi utentem. Sicut uentum principio leniter exurgentem, demum uerò uela ferentem, & media maria impetuose perflantem. πρηεῖης ἐκ μελέτης, placida declamatione. λαίφεα πακτώσας, uela condensans. μυριόφορτος, infiniti ponderis, seu infinita pondera ferens. ἀκυμάντους, tranquillos, sicut suprà.

Αδήλου.

Ω φίλος, εἰ σοφὸς εἶ.) In laudem Thucydidis, qui altissimo stylo belli Peloponnesiaci historiam condidit, quem ob dictionis grauitatem & subtilitatem, non quiuis sus (quod aiunt) intelligit. νῆις ἔφυς μουσῶν, imperitus natus es Musarum. ἀγάσαντο, admirati sunt, propter difficultatem. Quî enim rem incognitam aliquis admirari potest? Latinè, non bene nos sic:

Si sapis ô lector, manibus mea scripta capesse;
Sin minus, ignotos illico pone libros.

Peruius

Peruius haud cunctus ego sum, paucisq; probatur
Thucydides, Oloro de patre Cecropius.


ΕΙΣ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΥΣ. 45.

Κοινῆ πὰρ κλισίῃ.) Epigramma planum, sed ele/gans, de lethargico & phrenetico. De lethargo uide lectu digna in annotationibus Marcellini Virgilij libro 4. Dioscorid. capite 63. φρενοπλὴξ, φρενοβλαβὴς, insa/nus, mête captus. τολμίας ὑπὸ λύσσης, audax à rabie, phreneticus. τὸν ἀναίσθητον, insensatum. Adeò enim profundo & inextricabili somno lethargicus opprimitur, ut nihil sentiat. ἄκος, medicina, remedium. ἤγρετο, ex/pergefactus est, pro ἐγείρετο.

ΕΙΣ ΜΑΘΗΜΑΤΑ. 46.

Αντιπάτρου.

Γράμμα τόδ᾽ ἀρήτοιο.) In libellum Arati, quem in/scripsit φαινόμενα. δηναίους, longæuas. ἀπλανέας τ᾽ ἄμφω καὶ ἀλήμονας, fixas pariter & errantes. αἰνείσθω δὲ καμών, laudetur qui elaborauit magnū opus, & Iouis sit secundus, id est sit secundus à Ioue, qui fe/cit stellas lucidiores, id est hominibus notiores, & intelli/gibiliores.



Λεωνίδου.

Μάντιες ἀστερόεσσαν.) Vituperat Leonides astrolo/gos, tanquam uanos, & falsa prædicentes, quorum obste/trix fuerit insipientia, mater uerò audacia, quippe qui pro/prium ignobilitatem perspectam non habeant. εἰκαίης, ua/næ. μαιώσατο, obstetricata est. Hos uersiculos mutato numero sic transtuli:

Vatum sidereos quisquis scrutare meatus,
Disperẽas, mendax non nisi uana sonas.

Obstetrix tibi stultitia est, audacia mater:
O miser, & proprij non bene gnare probri.

Ἀντιπάτρου.

Θεογένης Πείσωνι.) Theogenes mathematicus peritissimus Pisoni fecit duo hemisphæria, quorum uni insculpsit signa australia, alteri borealia, quæ poterant coniungi & disiungi in morem poculorum. De his hoc est Antipatri epigramma. τεχνήεντα κύπελλα, artificiosa pocula: χωροῦμεν, capimus. δοιά, dupliciter. τετμήμεθα, diuisa sumus. Et alterum quidem nostrum, τοὺς νοτίους, australes stellas, alterum uerò habet τείρεα, astra, siue signa, τἀν βορέῃ, in borea, id est borealia, pro τὰ ἐν βορέῃ.

ἀλλὰ σὺ μηκέτ', &c.) Non est necesse (inquit) ut ursam amplius in cœlo intuearis. ex utrisque duas uini mensuras ebibe, & uidebis quæ toto cœlo apparent. Quid? si quis se paulo largius his ebibendis inuitaret, ut nec cœlum, nec terram amplius conspiceret?

Πτολεμαίου.

Οἶδ' ὅτι θνατὸς ἐγώ.) Epigramma multò elegantissimum & suauissimũ Ptolemæi, de se suisq; studijs: quod Volaterranus non ineptè latinè sic reddidit:

Mortalem quamuis norim me sorte creatum,
Dum tamen astrorum scrutor in orbe uias,
Sum pedibus tellure procul, iuxtaq; Tonantem
Aßideo diuis, pascor & ambrosia.

Ἀδήλου.

Παλλὰς ἐγὼ τελέθω.) Sequuntur quædam problemata mathematica, quorum colligendorum & calculandorum rationem mihi Ioachimus Camerarius, ita ut sequitur, exposuit.

Palladis simulachrum.

Colligi oportet numerũ ab unitate proximum, in quo in/sint propositæ siue datæ partes, & insuper datæ unitates. Numerus qui datas partes complectatur, ita colligitur, Scribantur numeri, qui datas partes denominent, distinctè, id est subijciatur denominator (ut nunc uocant) numeratori hoc modo, ut exemplum se habet:

$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{8}$ $\frac{1}{10}$ $\frac{1}{20}$ restant 9.

Tum quæratur inter primum & secundum mensura com/munis maxima: quæ si illi erunt primi & incompositi, sem per unitas futura est: sin alterius generis, alij etiam. suma/tur ergo communis maxima mensura inter primum & se/cundum 2. 8. hæc erit 2. nam metiũtur duo 2 semel & octo quater. Iam per hanc mensuram quoties quidem in priore numero continebitur, multiplicabitur sequens, ut quum duo in 2 semel sint, pono semel 8. Consequenter specto 8 ad 10. & inuenio communem maximam mensuram 2. nam quater duo octo reddunt. & quinquies duo decem sunt. Sed quum duo in octo quater reperiantur, sumo toties decem, & exe/unt quadraginta. Itaq; confero 40 ad 20 ultimam partem propositam, & inuenio mensuram communem uiginti. ui/ginti enim bis, faciunt quadraginta, & semel uiginti. ergo dico, hunc numerum esse quæsitum hoc modo:

$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{8}$ $\frac{1}{10}$ $\frac{1}{20}$ (9

2 2/ 20/

8/ 40 40

Esse

Esse autem ut dixi, ita ostenditur. In quadraginta sunt duæ partes. 20 sunt octo, 5 sunt decem, 4 sunt uiginti, 2 hæc con/sumetur, & exibunt 31. his addantur 9. & uenient 40. hoc modo.

40	*numerus inuentus*
20	*dimidium*
5	*pars octaua*
4	*pars decima*
2	*pars uigesima*
31	*summa partium*
9	*datæ unitates*
40	*summa summarum.*

Ἄδηλον.

Αὐγείην ἐρέζνε.) De Augiæ regis Elide armentis, cu/ius cloacas purgauit Hercules, aliud problema. huius in Hercule Leontophono etiam Theocritus meminit. σθένος ἀλκείδαο, robur Alcidæ, id est Herculis. ὄχθον κρό/νου, agrum Saturni. ὄχθος ager, locus in Olympo. τα/ραξίπποιο.) ταράξιππος, ut author est Pausanias, lo/cus est, ueluti ara in Olympico hippodromo, quò quũ equi currentes peruenerant, terrore quodã afficiebantur ex an/cipiti causa, παρὰ τὸ ταράττειν τοὺς ἵππους. Quod ad mathematicam rationem colligendi numeri attinet, sic Ioachimus posuit:

1/2	1/8	1/12	1/20	1/30	(50
2	4/	4/	30/		
	8	24	120	120	

Huic

Huic numero 25 superſunt, ut ex ſequentibus intelligi poteſt.

120 —— numerus inuentus
60 —— dimidium
15 —— pars octaua
10 —— pars duodecima
6 —— pars uigeſima
4 —— pars trigeſima
96 —— ſumma partium
50 —— datæ unitates
145 —— ſumma ſummarum, ſuperſunt 25.

Cum itaq; deficientes unitates non poterunt datis unitatibus expleri, tum conſiderabitur ratio ſiue proportio datarum unitatũ, & repertarum ex conſummatione partiũ. et quæ proportio harũ fuerit inter ſe, eadem ratione ſumetur inuentus numerus datas partes continens. ut conſummatæ partes faciunt 95. numerus autem inuentus erat 120. unitates datæ 50. In numero autem inuento dimidium tantum harum unitatum ineſt, 25. Hæc autem ad 50. duplam habent rationẽ. duplabitur igitur & numerus inuentus, ut fiant 240. atq; is eſt qui quærebatur, quod ſic oſtenditur.

240 —— duplatus
120 —— dimidium
30 —— pars octaua
20 —— duodecima
12 —— uigeſima
8 —— triceſima
190 —— ſumma partium
50 —— datæ unitates
240 —— ſumma ſummarum.

Αδηλου.

Χαλκεός εἰμι λέων.) *Huius Leonis craterem implet oculus dexter diebus duobus, id est horis 24. Oculus sinister diebus tribus, id est horis 36. Pes dexter diebus 4. id est, horis 48. Fauces horis 6.*

Proponantur partes, & exquiratur numerus, ut antè diximus, hoc modo:

$$\frac{1}{24} \quad \frac{1}{36} \quad \frac{1}{48} \quad \frac{1}{6}$$

12 24/ 6/

72 144 144

Hoc ita ostenditur,

144.

6 —— pars 24

4 —— pars 36

3 —— pars 48

24 —— pars 6

37

144

Quum autem quisque fluxus crateris impleat tantum hora una, quantus est numerus horarũ, quibus ab ipso totus compleretur, fit ut oculus sinister una hora impleat crateris partem uigesimam quartam, oculus dexter in hora una partem 36. Pes partem 48. Fauces 6. Simul autem universi fluxus, ut repertum est in hora una, implebunt crateris triginta septem partes, centenas quadragenas quaternas, id est $\frac{37}{144}$

Nunc

Nunc quot horis omnes fluxus crateras compleant, de regula usitata proportionum facile reperitur. Nam si 37 dant horā unam, quæro quid dent 144. Et de diuisione exeunt 3 & $\frac{33}{37}$. Dico ergo omnibus fluxibus compleri crate/ra horis tribus, & hora diuisa in partes 37. illarum partiū triginta tribus, quod fuit petitum.

Aliud.

Αμφω μ̄ ἡμεῖς.)

Statuæ Zethi pondus 12 } 20
Amphionis 8
Matris 6. Tertia una pars de duodecim, id est triens, sunt quatuor. Quarta pars de 8. 2. hæc addita sibi, 6 efficiunt.

In fine libri septimi non dißimile habetur epigramma, de mula & asino uinum ferentibus, Euclidis titulo: quod quia Ioachimus quoq; exposuit, non pigebit in studiosorum gratiam adscribere. Mula (inquit) da mihi oneris tui partē unam, & erit meum duplo maius tuo: recipe hoc, & seruabitur æqualitas. Si ita accipimus græca, dicemus fuisse pondus utriusq; 3. Nam de tribus si unū dematur, & tribus ad/datur, exeunt 4. quæ sunt dupla ad 2. Si quatuor dematur 1. & addatur ad 2. redeunt 3. Sic etiā dicere poterimus fuisse onus 9. 15. &c. nā una pars tertia 9 est 3. relinquitur 6 ad 12. &c. Sed si sic ponamus, da de tuo mihi unū, & erit meū duplum: aut accipe de meo unum, et feremus æqualia, tum

dicemus fuisse mulæ onus 7. asini 5. Nam unum de quinq; ad 7 facit 8. & relinquit 4. de septem uero 1 ad 5 additũ, relinquit 6. & facit 6.

Αδηλόποτου.

Τὴν σοφὸν ἐν κιθάρῃ.) Aliud problema, cur una lutinæ (sicut iam uocant) seu citharæ percussa chorda, altera quoque resonet. quod mihi tamen magis iocus esse uidetur, quàm seria quæstio. κρουματικὴν σοφίην, resonantem uel pulsantem sapientiam, id est musicam quæstionem. ὑπάτην, chordã. νήτη, chorda soni acutioris. πάλλεται αὐτομάτως, mouetur ultrò, subtiliter substrepens, et reuerberatum cantum patitur propriæ percussæ chordæ. Vt autem admiraretur me, quo non spirantes neruos extensos natura inter se fecisset concordantia, seu eiusdem esse affectionis. Qui quum ἐν πλήκτροισιν ἄγκτον, in plectris, id est musicis admirandum Aristoxenum iurasset, (nempe insignem musicum musicus) hanc speculationem se non nosse. Hic Aristoxenus insignis fuit philosophus, & musicus longè peritissimus, primum patris Mnesei, deinde Xenophili Pythagorici, & Aristotelis auditor, ut refert Suidas. Cuius ingenium etiam Cicero libro quinto de Finibus in musicis consumptum esse scribit. Huius opera etiam num Venetijs extare dicuntur. χολάδων τειρομένων, uisceribus siccatis. Cætera plana sunt. καὶ γὰρ δεξιὸν ὄμμα.) Probat à simili.

ΕΙΣ ΜΕΘΗΝ. 47.

Αντιπάτρου.

MHδ᾽ ὅτ᾽ ἐπ᾽ ἀγκύρῃ.) Mari non esse credendũ suadet nautis, maximè ebrijs. Etenim Iona etiam in portu

in portu constitutum in mare cecidisse. Ait autem pontum Iaccho infensum esse, propter Tyrrhenos mutatos in delphinas. Nec apud anchoram, nec apud retinacula mari fidem habeas, &c. φεῦγε χοροιτυπίην ἐπινήιον, fuge saltationem naualem, ne multum saltes in nauibus, quòd periculosum sit, uel Ionis exemplo.

Αργεντα ρίυ.

Κωμάζω, χρύσου.) Hic dicit se procatum ire redimitum coronis floreis, ac pulsare citharam, quæ unica uitæ suæ ornamenta uocat. κωμάζω, procatum eo. Sic apud Theocritum Idyll. 3. κωμάσδω ποτὶ τὰν ἀμαρυλλίδα, &c. λὰξ ἐβάρυνα, calce grauaui, quod Horatius uocat pede pulsare terram. μουσοπόλοις χερσὶν, musicis manibus concitaui resonantem lyram. ἐπηρέθισα, ab ἐρεθίζω, &c.

Αδηλον.

Ο πρὶν ἀεὶ Βρομίου.) De fabro quodam nomine Satyro, semper ebrio, qui sua bibacitate ita ad miseriam redactus est, ut uix diurno labore uitam demum sustentarit. οἰνάδι πηγῇ, uinaceo fonte. σύντροφος, sodalis, coalumnus. εὐάδεσσι, Bacchis, quæ ita nomen à Baccho sortitæ sunt, quę εὐαστῆρα uocant, ab εὐοῖ uoce bacchantiũ. αἰγοπόδης, capripes. ἀλυκτοπέδῃσι λιγωθεὶς, ligaminibus constrictus. χαλκοτορεῖ, fabricat filio deæ Thetidis, id est Achilli, sed non multum lucri faciens.

Αδηλον.

Ποῦ σοι κεῖνα κύπελλα.) Eiusdem argumenti cum superiore, nisi quòd hic quærit, Quî fit ô Satyre, ut non amplius more solito bibas? ubi sunt tua pocula? ubi thyrsi? λαφύσσε, ô helluo, ô gurges. παίγματα, ludi. σκιρ

τοπόδλη, lasciue saltator: ἀ σκιρτάω, salto. παρὰ σμί λαισι, apud scalpella. ποδὶ κροτον, pedisonantē, uinculo alligatum posuit Baccho fascias circumuoluentem. αἰσχρῆς μὲν ἐνδείας.) Respondet ad quæsita Satyrus, turpilucra indigentia, & omnium audax neceßitas. Hæc mè apud Vulcanum, id est caminum, seu fornacem fecit μαρι λοπότην, cineripotā, non uinipotam. μαρίλη, cinerem uel fauillam significat.

ΕΙΣ ΜΕΤΡΙΟΤΗΤΑ. 48.

Βάσσε.

MΗτὲ με χείματι πόντος.) Epigramma festiuū, & lepidum, quo poëta sibi optat uitam non nimis operosam & turbulentam, nec nimis ociosam & inertem, sed quæ mediocribus negocijs exerceatur. Ad quam sectandam etiam Lampim amicum adhortatur. Videtur autem respondere huic Horatiano Sapphico,

Rectius uiues Lycini, neq; altum
Semper urgendo: neq; dum procellas
Cantus horrescis nimium premendo
Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula, &c.

πολυνηνεμίην, nimium tranquillam. ἀ νηνεμία, uentorum carentia: qua dictione Homerus utitur Odyss. lib. 6.

καὶ τότ' ἔπειτ' ἄνεμος μὲν ἐπαύσατο ἠδὲ γαλήνη ἔπλετο νηνεμίη, &c. αἱ μεσότητες ἄρισοι.) memorabile et notabile uerbū. et quod sequitur, τὸ μάλα μέτρον, cum cæteris omnibus. nam totum est, ut dixi, epigramma

gramma elegans. nos ex bonis Græcis uersiculis, malos Latinos sic fecimus:

Nec nimium sæuus me iactet in æquore turbo,
Nec tranquilla nimis me peto, uela uehant.
Laudo obeundarum mediocria munia rerum,
Amplexus iusti facta quieta modi.
Hæc quoq; Lampi tenens tumidas horresce procellas:
Sunt quidam placidi uitæ etiam Zephyri.

Ἀδήλου.

Πᾶν τὸ περιττὸν, ἄκαιρον.) *Noxium esse omne nimium, docemur hoc disticho, quantumuis tandem uoluptatis & dulcedinis in se habuerit.* Idem in *aphorismis suis pereleganter scribit* Hippocrates, *ubi inquit*, πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. *Ipsum distichon nostro more sic exprimere placuit:*

Omne superuacuum ingratum prouerbia dicunt,
Lingere uel nimium non sine felle potes.

Ἰουλιανοῦ.

Οἶκος καὶ πάτρη.) *Sufficere domum & patriã innuit, cæteris curis uitam tantum conturbari.*

ΕΙΣ ΜΙΣΟΣ. 49.

Ἀδήλου.

Εὐστέφιός μ᾽ ἐδίαμασεν.) *Num præsens epigramma huic titulo conueniat, doctiores iudicent. mihi uidetur rectius cum titulo* περὶ μέθης *posse coniungi, nisi quis contendat ob unicũ hoc uerbũ* ἐῤῥέτω, *odio quadrare.* εὐστέφιος, *nomen* Bacchi *est à coronis, quibus comessantes & potantes gaudent.* ὅς με ἐπιβρίσας.) *Hic quidẽ me grauauit: à* βρίθω. ὁ μὲν ἐῤῥέτω, Bacchus *scilicet, ualeat.* ὁ δὲ, *ille autem, nempe somnus adsit.*

ΕΙΣ ΜΗΤΡΥΙΑΝ 50.

Καλλιμάχου.

Στήλην μητρυιῆς.) Nouercale odium ne morte quidem extingui, mirifico casu ostendit Callimachus. Ipsos uersiculos, ut faciles, sic interpretati sumus:

Serta nouercali dederat fragrantia cippo,
Mutatam mentem dum putat esse puer.
Opprimit hic miserum collapsus forte: nouercæ
Discite priuigni busta cauere quoq;.

Αδήλου.

Μητρυιαὶ προγόνοισιν.) Thomas Venatorius,

Triste malum semper priuignis ira nouercæ,
Testis erit Phædræ casus, & Hippolyti.

Παρμενίωνος μακεδόνος.

Μητρυιῆς δύσμηνις.) Idem Venatorius,

Priuigno uel amantis fit grauis ira nouercæ,
Noui quid castum perdidit Hippolytum.

ΕΙΣ ΜΝΗΜΗΝ. 51.

Μακεδονίου ὑπάτου.

Μνήμη καὶ λήθη.) Et memoriam & obliuionem ualere iubet, hanc in malis, illam in bonis. neutra enim ultrà prodesse potest.

ΕΙΣ ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ. 52.

Λουκιανοῦ.

Αρρήτων ἐπέων γλῶσσα.) Sententia clara & aperta, quam sic Latinè effatus sum:

Fac arcana premat tacitæ custodia linguæ,
Sermonum custos est mihi maior opum.

ΕΙΣ ΜΕΜΨΙΝ. 53.

Αντιφίλου.

Η γραῦς.

HΓραῦς εὐβούλη.) Huius epigrammatis titulus plane mendosus est. neque enim εἰς μέμψιν, sed εἰς μάντιν scribendum est, quum de anu fatidica loquantur uersiculi, quæ pro suo arbitratu quoties libuit, & non Apollinis instinctu, quærentibus responsa reddidit. Anus Eubule (inquit) quando ipsi καταθύμιον, in animo, seu cordi erat aliquid. Hac dictione utitur Homerus quoque Iliados κ.

Θάρσει, μηδέ τί τοι θάνατος καταθύμιος ἔστω. Verba Vlyßis ad Dolonem speculatorem nocturnum, mortem deprecantem.) Phœbi ante pedes uaticanum eleuabat lapidem manibus tentans. Erat autem grauis, quoties aliquid renuebat: sin autem quid uellet, leuior erat folijs, scilicet ille lapis. Ipsa autem faciens quod sibi gratum erat, siquando errauerat, Phœbo iniquas manus, scilicet quibus tollebat lapidem, adscribebat, id est Phœbo erratum imputabat.

ΕΙΣ ΝΑΟΥΣ. 54.

Αντιπάτρου.

KΑὶ κραναᾶς Βαβυλῶνος.) Laus templi Ephesiæ Dianæ, toto orbe celebratißimi. Continenturq; hoc epigrammate septē & sumptu & artificio spectanda ædificia, quæ ueteribus miraculorum instar sunt habita. κραναᾶς, duræ, seu compactæ. ἐπίδρομον ἅρματι τεῖχος.) Quintus enim Curtius libro quinto, tanta latitudine muros Babylonios fuisse scribit, ut quadrigæ inter se occurrentes sine periculo commeare potuerint. καὶ τὸν ἐπ' ἀλφειῷ.) Etiam Iouis templum propter Alpheū constructum uidi. κάπων τ' αἰώρημα, hortorumq; pensilitatem, id est hortos pensiles Babylone, quorum eodē loco

meminit Curtius. ἠελίοιο κόλοσσον, *& Colossorum prodigiosa magnitudo admiratione̅ meruit: cum primis ue ro solis apud Rhodios, qui septuaginta cubitus æquauit al titudine, hoc est pedes centum & quinq;, ut refert Erasm. in prouerbio Colossi magnitudine.* καὶ μέγαν αἰπεῖαν, *&c.*) *Pyramides, ut author est Solinus libro primo in descriptione Aegypti, & Strabo libro decimoseptimo, tricenum pedum lapidibus exstructæ: quarum maxima (tres enim sunt) quatuor ferè soli iugera, quæ sede occupat, totidem in altitudinem erigitur.* μνᾶμα τε μαυσώλοιο.) *Sepulchrum Mausoli in Halicarnasso, opus memorandum Artemisiæ.* ἀλλ' ὅτ' ἐσεῖδον, *&c.*) *Sed ubi aspexi Dianæ domum (id est templum) nubes attingentem, hæc omnia offuscauit. neq; enim sol ipse extra olympum quicquam præstantius inspexit. Hoc epigramma nonnihil imitatus esse uidetur Martialis, dum laudat amphitheatrum Cæsaris Domitiani, in primi libri exordio: Barbara Pyramidum, &c.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Τέσσαρες αἰωροῦσι.) *Epigramma argutum & lepidum, in laudem G. Rhomani, in cuius ædibus quatuor alatæ uictoriæ erant depictæ, totidem Deos alis suis sustinentes, qui Gaio erant fauentes & propitij.* τανυπτερύγων, *extensas alas habentibus.* ἰσηρίθμους, *totidem numero.* πολεμαδόκον, *bellorum susceptricem, epitheton Mineruæ, & Martis.* ἀφόβητον, *interritum, intrepidum.* κατευόροφον, *bene fabricata, bello fastigio con summata.* ὄροφος, *tectum, fastigium.* γραπτὸν τέγος, *picta domus.* πάτρας ἔρυμα, *patriæ propugnaculum.* θείη ἀνίκατον μ' ὁ βουφάγος, *faciat te inuincibilem*

boum

boum deuorator, id est Hercules, qui βουφάγος dicitur, uel propter edacitatem, uel propter deuoratos Admeti boues. εὔγαμον, felici matrimonio potientẽ. εὔματιν, prudentem. ἄτρεσον, intrepidum.

Μνασάλκου.

Στῶμεν ἁλιῤῥάντοιο.) Halcyones loquuntur de templo Veneris. ἁλιῤῥάντοιο, mariflui. ἱεράν ἀντ᾽ αἰγείροισι κατάσκιον.) Et apud fontem populis umbrosum, à quo fluentum flauæ seu humidæ hauriunt labijs Halcyones.

Εἰς τάφον πομπηΐου ἐν αἰγύπτῳ.
Ἀδριανοῦ βασιλέως.

Τῷ ναοῖς βρίθοντι.) Nemo miretur hunc uersum adscribi Adriano Cæsari, qui (ut Spartianus refert) oratione & uersu fuit promptissimus, ac Pompei tumulum, dum Aegyptum peragraret, iam disiectum magnificentius exstruxit. Idem de eodem Dion quoque Græcus historicus, quem Georgius Merula in Latinam orationẽ conuertit, testatur his uerbis: Inde per Iudæam in Aegyptum transiuit, ubi Pompeio parentauit, carmenq́; tale edidit,

Ossa uiri magni tenui quàm clausa sepulchro.

Quod mihi tamen non uidetur idem cum superiore, licet Græcum codicem ad manum non habuerim. τῷ ναοῖς βρίθοντι.) Templis abundanti. sunt enim aliquot templa in honorem Pompei exstructa. πόση σπάνις, quanta raritas, seu paucitas. Potest non incommode etiam in magnum Alexandrum torqueri.

ΕΙΣ ΝΑΥΑΓΙΟΝ. 55.

OY μόνου ὑσμίνῃσι.) De scuto, quo Anaximenes & in bello feliciter, & in naufragio prosperiter usus est, quippe cuius ope saluus enatauit. Loquitur autem scutum. ἀρ{ι}στόλμου, audacis Marte, id est in bello.

Θέωνος ἀλεξανδρέως.

Ἡ πάρος ἀντιπάλωνγε.) Eiusdem argumenti. Ego scutum, quod prius fui ἐπίκρανος, operimentũ, sustentaculum contrauenientium iaculorum, exitiosam odiosi tumultus undam perferens. neque quando pontus feram pugnam intulit uiro; & amara nautarũ existebat ἁλιφθορίη, tempestas maris corruptio, societatem seu coniunctionem neglexi. Eadẽ compositione Nazianzenus ἀνεμοφθορίαν uocat, damnum ab inusitatis uentorum furentium turbinibus illatum, qualis nuper fuit tot deiectis & radicitus euulsis arboribus, & tot detectis ac prostratis ædificijs. εὐκταίων, optatos usq; in portus, &c.

Ιουλίου λεωνίδου.

Εἰν ἑνὶ κινδύνους.) Eiusdem argumenti de Myrtilo, qui & ipse ope clypei, quũ ex bello, tum ex naufragio incolumis euasit. Hos uersiculos ita interpretatus sum;

Effugi geminum clypeo discrimen in uno
Myrtilus, & pugnans fortiter atq; natans.
Arripui clypeum depressa flamine puppi,
Fluctibus oppressum, belligerisq; uiris.

Ιουλίου διοκλέους.

Οὐκ οἶδ' εἴτε σάκος.) Eiusdem argumenti & generis, quod ego sic transtuli:

Nescio num clypeum te dicam, cuius in hostes
Sum fida & socia sæpius usus ope:

Aut potius cymbam, qui fracta turbine naui
Me uexti madidum littus ad usq; ferens.
In bello Martis, Neptuni in gurgite fugi
Iram, tu dederas arma in utroq; mihi.

Ἀντιφάνους.

Νηὸς ἁλιςρέπτου.) *De tabula quadam confractæ na-uis, quæ etiam pastorem submersit.* ἁλιςρέπτου, *à mari submersæ, uel subuersæ.* ἐν ὕτος, *fundũ nauis propriè si-gnificat.* μηλοβότης, *pastor ouiũ, sicut & νομεὺς in-frà.* βλοσυροῖς, *terribilibus. in hoc loco est σχετλια-σικόν.*

Φιλίππυ.

Νῆα μὲν ὤλεσε πόντος.) *Equidem miraculi loco hoc memorandum est, quòd quidam naufragus super paternũ cadauer saluus enatarit. de quo hoc epigramma loquitur.* μουνερέτης, *remex solitarius. Hoc quum & non pa-rum stuporis mihi incußisset, & pietatis paternæ admonu-isset, sic nostro more Latinum fecimus:*

Fregerat undisono mihi pontus in æquore nauem,
Pro qua donauit me meliore Deus.
Patris enim cernens ad me fluitare cadauer,
Hoc ego conscendi remigis instar onus:
Ac subij portum. sic me bis seminat ille,
Et semel in terris, & semel in pelago.

Ἀντιπάτρου μακεδόνος.

Αἰεὶ θηλυτέρῃσιν ὕδωρ.) *De Cleonyce oriunda ex Dyrrachio ciuitate Illyrica, alio nomine Epidamno dicta, Ciceronis exilio nobili, quæ naufraga in Hellesponto pe-rijt.* φορτίδι, *naue oneraria.* τὴν ἕλλης μοῖραν, *Hel-les sortem, quæ & ipsa primum in Hellesponto perijt, & mari nominis huius principiũ fuit & occasio. Hoc magis*

deploranda sors Cleonicæ, quod ad sponsum properabat. ἠρῶ δειλαίη, O misera Ero, tu quidem uirum, scilicet Leandrum: Demachus autem sponsam, perdidistis.

Αἰμιλιανοῦ νικαέως.

Ἀβάλε, χειμερίου.) *De quadam naui seruata, hominibus in portu submersis. loquitur autẽ nauis.* ἀβάλε, *utinã me depreßissent undæ hyberni ponti. Quid mihi prodest portum attigisse, egenti hominum rudentes soluentiũ. Cocyti, hoc est Charontis cymba merito dicor, qui uiros* (perdidi.

Φιλίππου.

Ἰκαρίην τὸ πάρος πλάων.) *De Damide Nicareti filio, qui è naui in mare prolapsus perijt.* νηὸς ὀλισθὼν, *in naui lubrica cadẽs.* κεῖνο δὲ πατρὸς ἔκλυεν ἀράων οὐδὲ πάλαι πέλαγος. *Ipsum autem mare patris preces non olim audiuit.* Q. d. *Sic olim mare non audiuit preces pelagi, sicut neq; nunc.*

Ἀπολλωνίδου.

Καί ποτε δινείης.) *Quærit poëta ex mari, quando tandem tuta sit futura nauigatio, quum diebus Halcyonijs, quibus maximè tranquillum mare esse consueuit, Aristomenem submerserit.* δινείης, *uorticosus.* εἰ καὶ ἐν, *nunquid etiam in Halcedonum diebus plorabimus?* στηρίξατο, *firmauit.* κῦμα νήνεμον, *undam tranquillam. unde* νηνεμίη, *de quo supra.* ὡς χέρσαι, *ut terram infideliorem iudicemus. Quantumuis tandem glorieris te innoxium esse, certe unà cum onere Aristomenem submersisti.*

Βάσσου.

Οὐλόμεναι νῆσοι καφηρίδες.) *Caphareus mons est insulæ Eubœæ, apud quẽ Græci periere naufragio. siquidem*

dem Nauplius Palamedis pater, dolens filium ſuum factione & dolo Vlyßis interemptũ, quũ uideret Græcos à Troiano bello redeuntes tempeſtate laborare, montem Caphareum aſcendit, ac eleuata facula ſignum dedit uicini portus. qua re decepti Græci, inter aſperrimos ſcopulos Nauplio occiſi filij pœnas dederũt. καφηρίδες, Capharides petræ. πυρσὸς ψεύστης, fax mendax, quam Nauplius extulit. ἧψε, accendit, ἅπτω. Meminit huius fabulæ Virgilius in undecimo Aeneid. & Ouid. 14. Metamorph.

Ἀργενταρίου.

Ἐθραύσθης ἤλειτα.) De lagena fracta ictu lapidis. Nec uideo quo conſilio hoc epigrãma his de naufragis ſit adiunctum, quibus neq; ſenſu, neq; argumento reſpondet. ἐθραύσθης, uulnerata, fracta es miſerabiliter. οὐ Διὸς, ἀλλὰ Δίωνος.) Gratia & iocus eſt in agnominatione. ἐπεὶ σεμέλη καὶ σὺ, &c. quoniam Semele à Ioue, tu lagena à Dione perijſti.

Φιλίππου.

Κλασθείσης ποτὲ νηός.) De Antagora & Piſiſtrato naufragis, quorum hic quidem enatauit, ille in undis perijt, à cane marino diſcerptus, ſic diſponẽte iuſtitia. δῆριν ἔθεντο, contenderunt. οὐ νεμεσητόν, non incuſandum facinus, ſiquidem pro anima certamen erat. ἀλλ᾽ ἐμέλησε δίκη, ſed iuſtitia curã certaminis habuit. παναλάστωρ, ultrix conſcientia, malus genius, peßimus dæmon. χήρωρ, priuans, ſcilicet uita, non facit finem perſequendi improbos, etiam in pelago.

ΕΙΣ ΝΑΥΤΙΛΙΑΝ. 56.

Ἀντιπάτρου.

Γλαφύρης.

Γειαρότης ἄρχιππος.)Hortatur Archippus filios suos, ut deserto rei nauticæ studio, agriculturã exerceant, quod longe tutius sit colere terram, quàm uolitare per maria. γιαρότης, ex Giaro oriũdus. λιποψυχέων, relinquens animam, id est uitam, uel deficiens. ἕρπεν, ibat. O chari filij, ligonem & rusticam amate mihi uitam, ne fallacis laudetis laborem στονόεντα, suspirijs plenum maris, & grauem, &c. Quanto mater dulcior est quàm nouerca, tãto terra est mari desiderabilior. Hoc ego satis scholastice ita transtuli:

Quũ foret Archippus morbis per membra grauatus,
Et moriens stygias iam subiturus aquas,
Infit ita natis, chari exercete ligonem,
O nati, & uitam uiuite ruriculam.
Nec maris insani tristem laudate laborem:
Nec uos currendi per freta tangat amor.
Dulcior est quanto mater dilecta nouerca,
Tanto etiam est tellus charior ipsa mari.

Ἀντιφίλου Βυζαντίου.

Τόλμα, νεῶν ἀρχηγέ.)Detestatur hominum audaciã, qua primum naues sunt inuentæ, dicens re uera aureum fuisse seculum, & felix genus mortalium, si pontus ita procul ut orcus à nobis foret remotus. O audacia (inquit) nauium dux, tu cursum ponti, id est per pontum inuenisti, & animam hominum lucris irritasti. Cuiusmodi exædificasti dolosum lignum, quale immisisti hominibus lucrum, quod morte coarguitur. Erat profecto hominũ aureũ genus, si à terra procul ut orcus pontus aspiceretur. ἐτεκτήνω, fabricata es, siue exædificasti, secunda persona indefiniti medij à τεκταίνομαι.

Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ.

Γλαῦκος ὁ Νεσσαίοιο.)De Glauco gubernatore peritißimo, qui etiam dormiens nauē recte gubernabat. Glaucus(inquit)Nessæi filius, nauigantibus dux, portus et Thasiorū littorū alumnus. Thassos, ut author est Stephanus, insula est adiacēs Thraciæ, quondā dicta Aëria. πόντου ἀροτρευτὴρ, ponti arator, id est gubernator dexter, etiā quando dormiebat errante uoluens clauum manu mille annorum, marinæ uitæ uestis, neq; quando debebat mori extra conscēdit senem tabulam. Illi enim corticem exteriorē concluserunt super uirum, tunc senex nauigaret in propria ad orcum naue.

Λεωνίδου.

Ο πλόος ὡραῖος.) Aptæ & opportunæ nauigationis tempus designat nautis Priapus. Cuius generis & argumenti pleraq; etiam sequentia sunt epigrammata. λαλαγεῦσα, loquax, seu garriēs hirundo iā uenit, pro λαλαγοῦσα: sicut ἀνθεῦσι pro ἀνθοῦσι, florēt. βρασσομένη, feruēs, bulliens aspero spiritu. Ancoras eleues, et trahas γύαια, uela, seu antēnas, nauta, et nauiges totū immittens uelū. ὁ λιμενίτης, custos portuū, παρὰ τοῦ λιμένος, à portu.

Ἀντιπάτρου σιδωνίου.

Ἀκμαῖος ῥοθίη.)Eiusdem argumenti. ἀκμαῖος, idem est quod ὡραῖος, maturus fluēti naui cursus: neq; mare πορφύρει, purpurisat, id est fluctuat trementi horrore signatum. Iam autem format sub tectis fixas rotundas hirundo domos. ὑπώροφα ab ὄροφος, tectum fastigium. Vnde etiam ὑπορόφιοι contubernales socij in eadem domo habitantes. Sic apud Homerū Iliad. libro nono, Aiax ad Achillem loquitur:

σὺν δ' ἵλαον γ᾽ ἤθεο θυμόν.

αἴδεσαι ἣ μέλαθρον, ὑπωρόφιοι δέ τι ἀμφὶ λειμώνων, id est pratorum mollia rident folia. Quamobrem deducite madidos rudentes nautæ, trahite ancoras latentes ex portubus. λαίφεα, uela autem probè contexta extendite. Hæc Priapus uobis ἐνορμίταις, applicatoribus portuum, id est uobis nautis dixit.

Μάρκου ἀργεντἀρίου.

Αὖσον ἀπ' εὐόρμων.) Eiusdem argumenti. εὔτροχα, tortuosa, sinuosa. θηλύνει, effœminat, id est mollescit, mitigat. πρηΰγελως, mansuete ridens, id est mitis & placidus Zephyrus. Iam etiã filiorum amatrix sub balbutientibus hirundo labijs καρφίτην stramineum πηλοδομεῖ ex luto ædificat thalamum. Quo uerbo etiam Satyrus in proximo epigrammate utitur.

Σατύρου θυίλλου.

Ηδη πηλοδομεῦσι.) Iam ex cœno domum cõpingunt hirundines. iam per undam sinuatur mollia in uela Zephyrus. iam prata produxerunt flores, & asper quiete fremuit transitus. funes deducite, &c. sicut supra. λιμενορμίτης, custos portuum, sicut suprà λιμενίτης.

Σατύρου.

Ηδη μὲν ζεφύροιο.) Eiusdem argumenti cum superioribus. Iam quidẽ Zephyri πλωτόκου parientis nauigationem humidus flatus quiete prata spirat per florigera. ἀνθόκομος aptum epitheton pratorum. Cecropides, id est hirundines cantillant. πίτνατε, quassate alarum tenues classes, &c. nam plana sunt.

Αρχίου.

Τῷδε μὲ κυματοπλῆγος.) In templum Priapi,

quod

quod erat constructū in littore, quo de Priapus loquitur. κυμαῖοπλῆγος, percusso undis. epithetō scopuli ab undis uerberati. ῥῖξα, ueni. ἄκνισον, sine nidore, carentē sacrificij, neq; indigentem ueris, id est uernorum florum, seu florearū coronarū. θυόεντα καὶ ἔμπυρον, thymiamata redolentē, & ignitum accensum ardentibus uictimis.

Αγαθίου σχολαστικοῦ.

Εὔδια μὲν πόντος.) Eiusdem argumenti cum praecedentibus. Tranquille equidem pontus purpurisat, neque flatus undas albicat terrore quassatas. non amplius saxis circumfractum mare. rursus contrarium, siue ex aduerso irruens, ad profundum deducitur. ἐπιτρύζει, garrit hirundo è stipulis conglutinatum figens thalamum. ἔμπειραμε, experte, sed substantiuum est. q. d. expertor. Etiam si apud Syrtem, etiam si apud Siculum littus nauigares. ἐνορμίταο, portuum custodis. De Scaris & Bocis pisci/bus uide Franciscum Massarium.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Ηδη μὲν ζεφύροισι.) Eiusdem argumenti. μεμυκότα, clausum. εὐλείμων, pratensis gratia ueris. θελξινόοιο, mentem demulcentis. Iam quidē ligneis cylindris lubrice lapsa est nauis oneraria à littoribus in profundum protracta. Vela incuruantes intrepidi, &c.

Θεαιτήτου σχολαστικοῦ.

Ηδη καλλιπέτηλον.) Idem argumentum & hoc tra/ctatur epigrammate longè pulcherrimo. Tametsi omnia singulari ingenio conscripta sint, & plane digna quibus uertendis docti & studiosi stylum exerceant. καλλιπέτηλον λήιον, pulchrifolium frumentum in foecundis manipulis ex roseis floret folliculis. Iam in ramis

equalium

æqualium cupressorum. μουσομανὴς, modulādi studio insaniens, uel musicæ studiosissima, cicada demulcet ἀμαλλοδέτην messorem uel manipulorū ligatorē ab ἄμαλλα manipulus, & δέω ligo. Dicitur quoq; ἀμαλλοδετήρ. ὑπὸ γεῖσα, sub summitatibus murorū, tametsi γεῖσσον etiam alia quoq; significet. πηλοχύτοις, cœno fabricatis. ὑπνώει, dormit mare à tranquillitate Zephyros amante, tranquille apertū nauiferis dorsis, neq; circa oram proræ procellose æstuans. Corymbum pro rostro nauis nonnulli accipiunt, nec in littoribus spumā eructans. ποντομέδοντι, maris rectori. ὁρμοδοτῆρι, portus datori. τευθίδος, sæpiæ. τρίγλης, multifloridam circunferentiam.

ΕΙΣ ΝΗΑΣ. 57.

Ζηλωτοῦ.

Ἐκλάσθην ἐπὶ γῆς.) Pinus loquitur. Quid me ponto committitis, quæ prius in terra à uento deiecta & fracta sum. ἐκλάσθην, fracta sum, à κλάζω. Homerus in quarto Odyss. αὐτάρ ἐμοιγε κατεκλάσθη φίλον ἦτορ. mihi uero charum pectus confractum est, id est exanimatus eram. κλῶνα, ramum, id est arborem, à parte totum.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἐστί πίτυν πελάγει.) Eiusdem argumenti. γομφωτῆρες, compaginatores, fabricatores, qui naues compingitis. à uerbo γομφόω, compingo, & γομφωτήρια, claui. αἴσιον, felix, in terra maris fortunas experta sum.

Ἀδέσποτον.

Ἀρτιπαγῆ ῥοθίοισιν.) Simile est superioribus. nuper compactam, inquit, fluxibilibus in littoribus me nauē, quæ nondum

nondum gratam undam attigeram, non expectauit mare. sed ferus inundauit fluctus, & me ex stabilibus rapuit litoribus nauem onerariã. Equidẽ miser sum semper ramus, cui maris fluctus & in terra pernitiosi sunt, & in pelago.

Κυλληνίου ποιητοῦ.

Οὔπω ναῦς καὶ ὄλωλα.) Querela eiusdem generis.

Nondum facta ratis perij, quid passa fuissem
Altum ingressa? fretum est nauibus exitium.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἄρτι με πηγνυμένην.) Latinè sic:

Proxima uix factam freta me rapuere carinam
In terris in me iam rabiosa nimis.

Ἀδέσποτον.

Ἐκλάσθην ἀνέμοισι.) Et hoc uerbis sequentibus:

Cur uentis fractam pinum me creditis undis?
Flamina quæ terris naufraga passa fui.

Ἀδέσποτον.

Οὔρεσιν ἐν δολιχοῖς.) Pinus eadem loquitur, sed alijs uerbis. βλωθρὴν, frondosam, proceram. ὑέτιος, pluuius. προόρριζον, radicitus è terra euulsit. ἄνθρωποι τόλμης οὔποτε φειδόμενοι. Huc pertinet tertia oda libri primi apud Horatium. Illi robur & æs triplex circa pectus erat, &c.

Ἄδηλον.

Τίπτε με τῇ ἀνέμοισι.) Versiculi idem argumentum tractantes clari & aperti, nisi quòd pro τέκνον legendũ & emendandum est τέκτον. quod ex adiectiuo ἠλεὲ facile colligis. nam τέκνον in genere discreparet, ut maximè hoc uerborum sensus ferret. ἁλώσιμον, captu facilem. θαλασσοπόρον, ποντοπόρον, pontigradam.

Sed adiungamus etiam noſtram uerſionem.

Vincibilem uentis faber ô ſtolidiſsime pinum
Pontigradam quare me facis eſſe ratem?
Nónne uereris auem terris quum turbine iacter,
Qui fugiam in pelago uim rabiemq́; noti?

Ἀντιφίλου Βυζαντίου.

Μυρία με τρίψασαν.) *Conqueritur nauis, quòd, quum tot peragrarit maria, tandem in littore incenſa conflagrarit.* ἔνθεν ἔφυν, *unde nata ſum etiam perij. mitius ferendum erat, ſi in undis fuiſſet demerſa.*

Σεκούνδου.

Ὁλκὰς ἀμετρήτου πολέμου.) *Et hoc cum ſuperiori concordat, niſi quòd pro* πολέμου *legendum eſt* πελάγους, *haud dubie deprauatum. hanc enim lectionē ſenſus uerborum requirit. Ego nauis oneraria quæ immenſi pelagi uiam confeci, & toties nataui in fluctibus, quam nō niger Eurus ſubmerſit. hoc enim* ποντίζειν *et* καταποντίζειν *ſignificat. Neq; ad terram impulit hybernorum fera inundatio notorum, id eſt uentorum. In igne nunc naufraga terram accuſo infidam, maris noſtri aquas quærens, id eſt deſiderans extingui. Et ſequens Leonidæ eiuſdem eſt argumenti ſatis planum, quibus & Iuliani Aegyptij materia et facilitate reſpondet.* πολυφλοίσβοιο, *multiſoni, multum ſtrepentis.* ἐν χθονὸς, *in terræ ulnis perijt maternis.* δυσμενέων, *hoſtilium, aduerſantium aquarum auxilium implorabat.*

Ἀντιπάτρου Θεσσαλοῦ.

Τὴν μικρὴν με λέγουσι.) *Parua nauis de exiguitate ſua loquitur, deorum tamē ope hactenus ſemper ſeruata.* διϊθύνειν, *dirigere.* οὐκ ἀπόφημι, *non abnuo.*

Αντιφίλȣ.

Υλοτόμοι παύσασθε.) De naue ex corio confecta, quales adhuc fieri in Hispania perhibent. ὑλοτόμοι, lignatores, lignicidæ quiescite nauium gratia, non amplius picea, seu pinus fluctum, sed iam corium percurrit. nec clauus ultra æreus, nec ferrum, sed lino murorum, id est laterum compages ligatur. Ipsas aliquando pontus habet naues, aliquando terra compactum currile pondus eleuãtes. Argo quidẽ prioribus celebrata fuit, sed Sabino magis nouam compingere Pallas annuit carinam.

Μαικίȣ.

Ναῦν ἱεροκλείδης.) De nauicula quæ cũ Hieroclida consenuit, eiusdẽq; et uitæ et mortis comes extitit. σύγγηρον cõsenescẽtẽ. ὁμόπλουν, nauigatiõis sociã. συνοδίον, comitẽ. ἰχθυβολεῦντι pro ἰχθυβολοῦντι, piscãti. συνέπλω cõnauigabat. 3. person. præt. imperf. à συμπλῶμι.

Αντιπάτρȣ.

Πύῤῥος ὁ μουνερέτης.) De Pyrrho piscatore, q fulmine ictus interijt. Cuius mors nõ alio indicio, quàm quod cymba adhuc sulfure et fuligine cõspersa erat, est cognita. φυκία, algas, quibus hodie uitra inuoluũtur. μαινίδας, halecia Theodoro interprete. Τριχίνης ἐκ λαθίτȣ, ex aspero reti. ἠϊόνων ἀπὸ τῆλε, uerte hæc uerba τῆλε ἀπὸ ἠϊόνων. procul à littore percussus fulmine insonuit, s. cadẽdo, αὐτομάτη sua spõte, à μάω eo, et αὐτή. ἀργῴαν πρύμνην, Argeã carinã, id est Argo. Loquitur autẽ posteriora uerba poëta de cymba quæ sulfure et fuligine huius piscatoris mortẽ indicauit, neq; opus habuit, ut eius cymba perinde atq; Argo olim fecit loqueretur. ex ipsis enim indicijs satis patebat uidentibus, qua morte sublatus fuerat.

Ἀδήλου.

Ἡ ναῦς ἀπ' ἔργων.) *Carmen Iambicum de naue quæ ab architecto dicta est meretrix, propterea quod ipsa quoque omnes promiscue portaret, ut meretrix neminem excludens. Loquitur autem nauis inuitans aduenientes ut confidenter inscendant:* γενάρχην, *authorem & principem generis. Dicitur autem* γενάρχος καὶ γενάρχης *generis propagator.* θεοῦ, *Deæ Veneris, quæ è mari, seu spuma marina nata est.* ὥρης, *ueris tempore.*

ΕΙΣ ΝΗΣΟΥΣ. 58.

Ἀντιπάτρου.

Εἴθέ με παντοίοισιν.) Delus insula loquitur. εἴθέ με πλάζεσθαι, *utinam ego errarem adhuc omnigenis uentis, quàm Latonæ erranti stem obstetrix. Sed attende infinitiuũ in hac loquutione cum particula optandi.* χητοσύνην, *indigentiam, priuationem, uiduitatem.* οἲ ἐμὲ δειλήν, *hei mihi miseræ.* δῆλος ἐρημαίη. *Conqueritur insula se non amplius tanta peregrinorũ frequentia uisitari, ut prius.* δίκην, *pœnam.*

Ἀλφείου μιτυληναίου.

Ἀντῆς ὠδίνων ἱερὴ τροφέ.) *In contrariam sententiã scribit Alphæus, improbans Antipatri uersiculos. Latonæ partuum (inquit) sacra nutrix, quam inconcussam Aegæo Saturnius fecit in pelago. Aliàs* ὁρμίζειν, *est nauem in portum ducere.* μὰ τεὺς δαίμονας, *per tuos Deos, Apollinem scilicet & Dianam.* ὀλβρίζω, *beatam prædico.*

Ἀντιπάτρου.

Κείνην οὐκ ἀπόφημι.) *Laudat Antipater insulam Tenon, quæ & ipsa una est ex Cycladibus, quam Aristoteles propter aquarũ abũdantiã Hydrusam, alij Ophiusam.* appella/

appellarunt. Præfert hanc poëta Delo. κείνην οὐκ ἀπόφημι. Legendum & emendandum est κλεινὴν, & non κείνην, inclytam. haud dubie typographorum inscitia deprauatum. Per uolatiles autem proculdubio intelligit uautas uolitantes per maria, à quibus Tenon borealis ante dicta est. Sed & Ortygiam insulam tenuit gloria, nomen ipsius iuit rhiphæos usque ad hyperboreos (nam ἤρχετο est ab ἔρχομαι.) Nunc quidem tu uiuis, illa autem, scilicet Ortygia, non amplius. Quis uero sperauisset uidere Teno Delum desertiorem?

Ἀντιφίλου.

Η τερεβινθώδης.) Laus paruæ insulæ, sed feracis admodũ & fructuosæ. τερεβινθώδης terebintho abundans. ὀλίγαμπελος, modica uitibus. ἄσυφελος, non arida, non dura. σύφελος, durus. σύφλος, terra arida & dura. αἵδ᾽ ἀγχοῦ, &c. Quæ uero prope me sunt insulæ, magnæq; sunt & latæ sunt, sed ut plurimum asperæ, magnitudine τοῦτο illud, id est ob id latiores. Fructibus non stadijs, hoc est feracitate non magnitudine contendimus. neq; enim gleba Aegypti cum Lybica arena commutatur. Fertilitas Aegypti anteponitur spaciosissimis desertis Libyæ, sed quæ prorsus arida sunt & infrugifera, nẽpe solis ardoribus exusta, & omni genere serpentiũ infesta.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ως πάρος ἀελίου.) Blanditur hoc epigrammate Neroni Cæsari, cuius deprecatione Claudius Cæsar ademptam libertatem Rhodijs reddidit. Sic enim libro duodecimo scribit Cornelius Tacitus. Eodem authore redditur Rhodijs libertas, adẽpta sæpe, aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi seditione deliquerãt. ὡς πάρος ἀελίου.

Nam Rhodij ſolē colebant potiſsimū, cuius maximus apud ipſos erat Coloſſus. Cætera non egent interpretatione.

ΕΙΣ ΟΙΝΟΝ. 59.

Αντιπάτρου.

Υδατος ἀκρίτου.) Hydropotas Veneri parum eſſe appoſitos indicat, ſicut illud Terentianum, Sine Cerere & Libero friget Venus. Eſt autem iocus feſti uus & elegans, quem nos exercitationis gratia ſic inter/pretati ſumus:

Plenus heri fueram puris abſtemius undis
Quum mihi ſtertenti talia Bacchus ait:
Quàm Veneri grata laxas modò membra quiete?
Notus nónne tibi, dic, fuit Hippolytus?
Talia ne patiare caue, ſic fatus abiuit,
Ex illo labijs non ſapit unda meis.

Φιλίππου.

Εὐθαλέα πλάτανόν με.) De Platano à uentis deie/cta, quæ tamen uitium beneficio nihilo ſecius floreſcebat. εὐθαλέα, bene pullulantē, à θάλλω. βαρυλαίλαπες, graues & magnas procellas excitantes. In tertio carmine pro ἔστιν legendū eſt ἔστην. ἄλλων κλινομένων, alijs inclinantibus, ſcilicet arboribus, aut plantis.

Μελεάγρου.

Αἱ νύμφαι τὸν Βάκχον.) Epigramma uenuſtum & eruditum, quo docemur uinum aqua diluendum eſſe. Qua de re nos multa in ſecundo libro De arte bibendi prope fi/nem ſcripſimus. Porrò hoc epigramma ſic:

Igniuomo Bacchus ſaliens è fulmine, Nymphis
Abluitur liquidis puluerulen... aquis.

Propterea

Propterea iunctus Nymphis est gratus Iacchus.
His sine adhuc ardens quod bibis, ignis erit.

Ἐπιγόνου θεττάλου.

Ἀργυρέη κρηνίς.) *De rana quæ in uinum prolapsa sic de sua fortuna loquitur, dicens cũ ratione insanire omnes, qui aquam bibunt. Verba nihil habent obscuritatis, nisi quẽ hæc remorari poßint, ubi inquit,* ὀψὲ ποτ᾽ εἰς διόνυσον ἐκώμασα. *Sero tandẽ Bacchi delicias degustaui, expresso potius sensu, quàm uerbis appensis.*

Ἰουλιανοῦ βασιλέως εἰς οἶνον ἀπὸ κριθῆς.

Τίς; πόθεν εἶς διόνυσε;) *De ceruisia Saxonum necta/re & ambrosia, cuius inuentionem & primam coctionem Celtis Iulianus asscribit. Transtulit hoc epigrãma Erasm. in suis Chiliad. quod ob tanti uiri memoriã nõ grauatus fu issem adscribere, nisi omnibus essent ad manũ Chiliades.*

Ἀλκαίου.

Οἶνος ὁ κένταυρον.) *Ad Epicratem & Calliam Al/cæus loquitur, quos perhibẽt à Philippo rege Macedoniæ uino toxico esse necatos, ut Epicrates suo interfectori simi lẽ haustũ uel ab inferis propinet.* ὠμοχάραν, *crudis, siue crudelitate gaudens.* ὁμονόμματος, *monoculus. quo uerbo haud dubie perstringit Philippũ, quẽ ipse quoq; Demosthe nes* τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον *fuisse testatur. Ami sit autẽ dextrũ oculum in oppugnatione urbis Methonæ.*

Νικαινέτου.

Οἶνός τοι χαρίεντι.) *Non admodum feliciter carmina prouenire aquæ potoribus hoc epigrãma innuit. Sunt au/tẽ Iambici uersiculi coniuncti hexametris, id quod & Ho/ratium fecisse uidemus, præsertim in eo carmine:*

Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas,
Suis & ipsa Roma uiribus ruit. &c.
Porrò ὠδίδως participium præteriti medij Attici, à uerbo ὄζω. Vnde & in superiore epigrammate ὀδώδει deriuatum est. κεκρουσμένον, tectum, coopertum.

ΕΙΣ ΟΡΝΙΣ. 60.

Αρχιάτχου.

Μηκέτι νῦν μινύριζε.) Hortatur poëta merulã, ut relicta quercu potius in uite cantillet ac sedeat, propterea quòd fiscum, quo aues capiuntur, quercus producat, Bacchus autem musicis sit amicus. Ne amplius (inquit) musicare apud quercũ, neque ultra uocẽ edas super summam, scilicet quercum. ô merula sedens seu inclinata. Inimica est tibi hæc arbor. propera autẽ ubi uitis pullulat uiridantibus folijs umbrosa. illius supra ramũ pedẽ, seu talum firma, circaq; ipsam cane, stridulam effundens ex ore uocem. Quercus enim contra aues fert inimicum fiscum. Hæc autem uuam, amat uero musicos Bacchus.

Απολλωνίδου.

Ο πρὶν ἐγὼ ῥοδίοισιν.) Quod Plinius scribit libro decimo, capite uigesimo nono, in Rhodo insula nõ esse aquilam, idem hoc epigrammate confirmatur. nisi quod Neronis temporibus una sit ibi uisa & importata haud dubie à Crantore. Fecit autem Apollonides loquentem de se aquilam. ἀνέμβατος, inuia, inaccessa, hoc est quæ prius Rhodios non accessi. Quæ prius κερκαφίδαις, hoc est Rhodijs erã historia, id est qui prius de me nondũ uisa loquebantur, meq; uidere inuestigabant. Porrò Rhodios antiquitus dictos esse κερκαφίδας, ipse quoq; Strabo indicat libro decimoquarto à quodam Cercapho, qui eam insulam

ſulam occupauit. Sic enim in eius Epitomis ſcriptũ reperi: μετὰ τοὺς τελχῖνας οἱ ἡλιάδαι μυθεύονται κατασχεῖν τὴν νῆσον. ὧν φιὸς κερκάφου, γενέσθαι παῖδας γ, λίνδον, ἰήλυσον, κάμειρον, τοὺς καὶ τὰς πόλεις κτίσαντας ἐπωνύμους. Hoc epitheto nonnulli utuntur etiam in libris ſequentibus de Rhodijs. ὑψιπετῆ, altiuolantem tunc pedem per latum aërem eleuãs, ueni ſolis inſulam, id eſt Rhodum (ab Eliadibus primis incolis ſic dictam) quando tenebat Nero. Illius habitaui in ædibus manu aſſuefacta Crantoris, non auerſans Iouem futurum. quibus uerbis blanditus eſt Neroni.

Φιλίππου.

Ψιττακὸς ὁ βροτόγηρυς.) Blanditur Cæſari Philippus ſcribens pſittacum humana uerba ſonantem relicta cauea in ſyluam auolaſſe, ac ſalutationẽ quam didicerat memori adhuc animo ſubinde repetiſſe. Cuius iteratione cæteræ quoq; aues eandem & didicerunt, & iterauerunt. βροτόγηρυς, humana uoce loquens. κύρτον uocat hoc loco caueam leniter uel ſuauiter contextam. ἀνθοφυεῖ, florigera ala. Semper autem exercens ſalutationibus Cæſarem inclytum, neque per montes obliuionem induxit nominis. Cucurrit autem ὠκυδίδακτος, prompte uel uelociter diſcens. δαίμονι, Deo, id eſt Cæſari. ἐς δὲ σε, in te autem, id eſt in laudem tuam nunc omnis uolucris ultro & iniuſſa canit.

Αρχίου.

Αὐταῖς σὺν κίχλαισιν.) Sacrum eſſe Muſicorum genus Archius affirmat, quippe cui etiam res inanimatæ parcere ſoleant. Probat hoc exemplo merulæ cum turdis captæ, ſed iterum à laqueo dimiſſæ. συνόχιδον, ſtrictè,

tenaciter. ἀνέκδρομος, recursiuus implicuit laqueus.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Ορθιος εὐπλέκτοιο.) Eiusdem argumenti cum superiore. Matutina, inquit, bene plicati retis nebuloso sinu incidit cum turdo merula. ἡδυβόας, dulcicana. Et illum quidem πανάφυκτος, omnibus modis ineuitabilis cepit laqueus, celeriter autem auolabat. ἐξ ὀρνιθοπέδας, ex laqueo aucupario cantor amans solitudinem. Certe equidem ter felix amatrix uenationis Diana auem musicam bene canentis soluit Regi lyræ, id est in gratiam Apollinis. φιλαγρέτης, epitheton Dianæ.

Αντιφίλου.

Ακαλὸν αὐτοπόνητον.) Apes poëta alloquitur, admirans earum in conficiendo melle industriam & dexteritatem. ἆ, aduerbium admirantis. Quàm elegans (inquit) & ex se elaboratus in æthere fluxus apum fictæ manibus, (quanquam rectius legi posse uidetur κηρῶν ceræ, quàm χειρῶν) ex se fabricatæ cellulæ. προίκιος, gratis data humanæ uitæ gratia, non ligonis, non bouis, non curuarum egens falcium. Vase autem paruo, ubi suauem fluorem apis πηγάζει, in morem fontis distillat uasculo liberaliter ex paruo. Lætamini ô puræ, uel ô sanctæ, & in floribus pascamini, ætherei uolucres nectaris confectrices.

Ζωνᾶ.

Εἴδ' ἄγετε ξουθαί.) Eiusdem argumenti de apibus & hoc est. Eia agite flauæ σιμβληΐδες, thecariæ siue alueatrices summa apes depascite, aut thymi rugosos ramusculos, uel asperos rameculos, uel lata papaueris folia, uel uinaceum acinum, uel uiolam, uel pomorum lanuginem fructiferam. Omnia circùm stimulate, & uasa incerate,

cerate, id est cera replete, ut apiarius Pan, id est apũ serua tor degustet partim quidem ille, partim uero subfumiganti manu fumigans, modicam & uobis relinquat portionem.

Γαλλαδᾶ.

Ιπποι μὲν σφηκῶν.) De generatione apum uide Virgilium Georg. libro quarto. Plinium libro undecimo, capite uigesimo. Columellam libro 10. capite 14.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τίπτε πανημέριος.) Quærit ex Pandione, id est hirundine, quamobrem continuo luctu se maceret, & num hoc fiat uirginitatis desiderio, quam ei Tereus per uim eripuit.

Αργενταρίου.

Ορνι τί μοι φίλον ὕπνον.) Indignatur Argentarius gallo, sicut Micyllus apud Lucianum, quod cum sua uociferatione excitatum suauißimo somno priuarit, illiq; propterea malum minatur. θρέπτα, pastionis seu nutricationis præmia rependis. Homerus Iliad. ρ. οὐδὲ τοκεῦσι θρέπτα φίλοις ἀπέδωκε. Notabis itaque θρέπτα τίνειν, καὶ θρέπτα ἀποδοῦναι. In oratione soluta dicuntur θρεπτήρια. πάσης ὠοτόκου ἀγέλης, totius oua parientis gregis. ἀλλ' ἕξεις βωμὸν, habebis aram, id est mactabo te.

Αντιπάτρου.

Διοσᾶν ἐκ βροχίδων.) Eiusdem argumenti cũ superioribus de turdo & merula. δειραιοπέδας, collũ ligante. epitheton retis seu laquei. λινοστασίαις, retibus ex lino tortis.

Αδηλόν.

Ατθὶ κόρα μελίθρεπτε.) Alloquitur, sicut mea fert opinio, poëta hoc epigrãmate hirundinẽ, quæ captã cicadam infert

infert nidis loquacibus escam. Est autem epigramma mul tò elegantissimum propter uerborum reduplicationem. Attica puella Pandion, id est hirundo melle nutrita, garrula garrulam quum rapueris cicadam, uolucribus cibum fers pullis. Garrulam garrula, bene alatam alata, hospitem hospes, uernam, id est ueris tempore uenientē uel cantillantem, uerna, quæ & ipsa uerno tempore præsto es. Nónne statim abijcies? neq; enim fas est, nec iustum, perire musicos musicis oribus.

ΕΙΣ ΠΑΙΔΙΑΝ. 61.

Ἀντιφίλου σχολαστικοῦ εἰς τὰ αὐτὰ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως.

Ουτιδανοὶ μερόπων.) Argutum mehercle epigramma, cuius tamen sensus mihi parum liquet, propter istius ludi ignorantiam. De Zenone autem rege, uel Cæsare, cuius hic fit mentio, sunt pleraq; apud Suidā, non omnino ab hoc ludo abhorrentia, quæ uidere potes. Ille enim suis copijs uictis & profligatis quum profugus et exul in quoddam munitum castellum se recepisset, quod ab incolis Constantinopolis dicebatur, eiq; prædictum esset omnino fore, ut mense Iulio futurus esset Constantinopoli, grauiter ingemiscens θεοῦ παίγνιον ἄρα εἶπεν ὁ ἄνθρωπος, εἴγε καὶ ἐμὲ παίζειν φιλεῖ τὸ δαιμόνιον. Num ad hoc eius dictum poëta respexerit, uel ad totam huius Cæsaris, mihi non est promptum dicere. neque tamen grauabor ad uerbum hoc epigramma exponere, propter Græcarum literarum studiosos, in quorum gratiā hūc laborem suscepimus. O nullius precij (inquit) homines, etiamsi magnum opus fecerimus, nullius ad memoriā diu uenimus.

uenimus. Boni autem, tametsi nihil, respirant solum. Sicut Lybicus dixit uir (intelligit autem Heratosthenem, qui fuit philosophus Cyrenæus) hoc adamanti manet, id est cum constantia & firmitate aliqua. Aliquando enim Zenonem ciuitatis patronum, seu tutorem, regem lusum inexcogitatum perficientē tabulis talis artificiosa cœpit positio, quando ab albo ad posteriorem uiam ueniente, septem quidem sextus tenet, unam nonus, sed ille summus duplices gubernans æqualis erat decimo. Qui autem est post summum, tenet duo. unitatem aliam calculum nouißimum regebat albus (pars tabulæ in qua ludebatur, quam & antigonū infrà uocare uidetur.) sed niger duplices in octauo reliquit loco. et tot alias ad positionem undecimæ. Circa duodecimum autem conueniebant similes aliæ. et decimotertio calculus adiaciebat unus. Disiuncti antigonē exornabant. sed & ipsi æqualis manebat figura quintodecimo, decimooctauo similis. insuper alias habebat duplices quartus ex nouißimo. Sed rex albi sortitus signa tali, & futurum non prospiciens laqueum, triplices inconsiderate iaciens calculos numero, pyrgi lignei scala occultata, duo & sex & quinq; reduxit, statim autem octo disiunctas habebat totas antè diuisas. Tabulam fugite omnes, quoniam & rex ipse illius irrationales non euitauit, siue effugit fortunas. Tu quisquis es harū annotationū lector, cui pectus sapit, quiq; ingenij acumine & dexteritate uales, huius ludi rationem mihi explicatam trade, & eris mihi magnus Apollo: aut etiam Phillida solus habeto. nam ego ignorantiam meam ingenuè fateor.

ΕΙΣ ΓΑΝΟΥΡΓΟΥΣ. 62.

Κριναγόρȣ.

Ψευδόμενοι

Ψευδόμενοι ῥινῶν ὀξὺν σίβον.) De uanitate Ligurum, qui promptiores ſunt ad inueniendum mala, quàm bona conſilia. Narrãt apud Ligures fuiſſe conſuetudinẽ, ut ſi quis naſi alicuius acutam partem tactã paululum premeret, & aliquid quaſi ſudor exiret, is mendax haberetur, quod innuere iſtius diſtichi ſcriptor uidetur. Sequentia uerba Achillis de Vlyſſe ad inferos deſcendente, nihil habent difficultatis, eaq́; ita expoſuimus:

Vafricie cunctos re uera uincit Vlyſſes.
Viuus enim uidit nulli cernenda ſuprôrum.
Infernas latebras, & pœnas Ditis acerbas.
Quomodo deſeruit lumen peramabile? quó ue
Fato huc uenit? ô inſatiabile pectus Vlyßis
Per freta, per terras, per turbida tartara, fraudis.

ΕΙΣ ΠΑΡΑΜΥΘΙΑΝ. 63.

Παλλαδᾶ.

Ἔσθιε, πῖνε, μύσας.) Adhortatur hic ut ſedato luctu edamus & bibamus, authoritate Homeri, & exemplo Niobes. οὐ γάρ ἔοικε γαστέρι πενθῆσαι νεκρόν. Habetur apud Homerum Iliados τ, ubi Vlyſſes inter cætera ad Achillem ſic loquitur:

γαστέρι δ' ὅπως ἔστι νέκυν πενθῆσαι ἀχαιούς.

Porrò alterũ de Niobe eſt apud eundẽ Iliad. ω, ubi Achilles in caſtris Priamum ad edendum hortatur his uerbis:

καὶ γάρ τ' ἠΰκομος νιόβη ἐμνήσατο σίτου,
τῇ περ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο, etc.

Ipſum epigramma ſic ludentes tranſtulimus:

Indulge genio, luctum compeſce, peremptum
Lugere eſſe negat uentris Homerus opus.

Bis sex natorum Nioben post funera matrem
Affirmat memorem namq; fuisse cibi.

Τοῦ αὐτοῦ.

Προσδοκίη θανάτου.) *Mortem non esse malum, sed mortis expectationem odiosam & molestam dicit, & ideo uita defunctos non esse deplorandos, quòd post mortē nihil mali relinquatur. id more nostro sic:*

Est grauis anxietas miseræ expectatio mortis,
Hoc autem lucri mortuus omnis habet.
Quare homines noli è uita deflere migrantes,
Paßio post mortem nulla secunda uenit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ῥίπτε γόους, μὴ κάμνε.) *Argutū epigrāma superiori argumento non dißimile, ne uiuentes animum alioqui satis afflictū prius quàm sepeliamur, luctu cōficiamus.* μὴ δαμάσῃς ψυχὴν ζῶν ἔτι κρινομένην. *Ne domes, hoc est, ne conficias animam, uel uitam uiuens adhuc angustatam seu afflictam, id est quæ angustatur satis superq;, & quam tu reddis miseram & anxiam tuo luctu, & uana solicitudine. Translatio ab ijs, qui in iudicio constituti, miris modis solicitantur, & coangustantur. Nam* κρίνω, & *iudico significat, & alterco, & per consequens etiam angusto.*

ΕΙΣ ΠΑΤΡΙΔΑ. 64.

Παλλαδᾶ.

Ὡς οὐδὲν γλύκιον.) *De dulcedine patriæ epigrāma ex Homero formatū, apud quem Odyss. lib. 9. sic Vlysses in conuiuio Phæacum loquitur:*

ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος, οὐδὲ τοκήων
γίνεται, εἴπερ καί τις ἀπόπροθι πίονα οἶκον

γαίης ἧς ἀλλοδαπῇ ναίει, ἀπάνευθε τοκήων.
Porrò quod ſecundo loco ponit οὐ μόνον εἰ καὶ καπ-νὸν ἀποθρώσκοντ᾽ ἐνόησε. eſt ex primo Odyſ. ad quod eleganter alluſit Ouidius his uerbis:

Haud dubia eſt Ithaci prudentia, ſed tamen optat
Fumum de patrijs poſſe uidere focis.

Lucianus quoq; Encomium patriæ ab hoc ipſo Homeri lo-co exorditur. Sequentia uerba Vlyßis de Ithaca patria ſua plana ſunt. Cæterum Ithacæ deſcriptio eſt apud Homerum Odyſ. libro 9. non procul à principio.

ΕΙΣ ΠΗΓΑΣ. 65.

Στατυλλίου φλάκκου.

PRimum diſtichon Statyllij, quia dialogi more ſcri-ptum eſt, ſic legi debet.

σιγήσας ἄρυσαι. τίνος οὕνεκα; μηκέτ᾽ ἀρύου.
τοῦ χάριν; ἡσυχίοις ἡδὺ λέλογχα πότον.

In primo uerſiculo ἀρύου per υ, non per ι ſcribendũ eſt. Eſt enim imperatiuus ab ἀρύομαι, haurio. Loquitur autẽ fons ad bibentem, ut tacitus bibat, nam ſilentibus dulcem ſe potum eſſe ſortitum, & reſpondentem, qua gratia prohi-bet amplius haurire. Secundum diſtichon ut eſt incerti au-thoris, ita quoq; incertum, quo de fonte factum ſit. Vitupe-rat eius amaritudinem. Poteſt non inepte torqueri in fontẽ Goppingenſem, quem uulgò den ſauerprunnen uocant.

Ἀδήλου. 66.

EI μὴ ἀνὴρ ἥκεις.) Salmacidẽ fontem poëtæ ita infa-marunt, quaſi eius aqua pota bibentes prorſus ema-ſcularet. Qua in opinione eſt etiam Ouidius libro quarto Metamorph. & libro quinto.

Cui non audita eſt obſcenæ Salmacis unda?

Quiſquis

Quiſquis in hos fontes uir uenerit, exeat inde
Semiuir: & tacitis ſubitò molleſcat in undis.

Sed de hoc crimine ſeu probro falſo ipſius naturæ intenta-to ſe purgat, inuitans uiros ut intrepido animo bibant, ſe enim potum habere maſculum. molles autem à ſe abigit, ne propriæ molliciei iniuſtum à ſe prætextum accipiant. Suffragatur huic epigrammati de Salmacide etiam Strabo libro decimoquarto, his uerbis: Item Salmacis fons, neſcio quamobrem calumniatus, tanquam emolliens eos qui inde bibant. Hominũ enim mollicies uidetur ab aëre uel ab aqua cauſam trahere, quum ea minimè ſint cauſa molliciei, ſed diuitiæ & uictus incontinentia. Rectè ergo dicit, πρὸς τῆ φύσει μαλακόν. μή με τοίης πρόφασιν, prætextũ ſeu excuſationem, quaſi meæ naturæ ui, & non proprio uitio ſis mollis & eneruatus.

Ἀπολλωνίδου.

Η καθαρὴ, νύμφαι.) *Fons cõquerẽs cauſam reddit, cur eius ſcaturigo ſit obſtructa, nẽpe quòd funeſtus latro cruentis manibus ipſum contaminauerit. Pro ἡ καθαρὴ, legendũ eſt, ἦν καθαρὴ, erã purus fons, nã Nymphæ præ cæteris fontibus excellenti cognomine me nobilitauerant.* παρακλίντορας, *qui de uia feſſi ibi ſe reclinantes proſtrauerant.* βλύζω, *ſcaturio.*

Αντιφάνους, εἰς τὴν αὐτήν.

Η πάρος ἐνύδροισι.) *Affine eſt ſuperiori. Qui prius, inquit, aquoſis manans ſeu ſtillans fluentis, nunc aquarum egens ſum uel ad guttã uſq;.* λυθρωθεὶς, *humano cruore contaminatus meis lauit fluentis manus homicida, maculã aquis commiſcens. Ex illo mihi puellæ, id eſt Nymphæ uel aquæ fugerũt ſolem, ad unũ Bacchũ dicẽtes miſceamur, non*

ad Martem, id est cum uino miscemur, non cum Marte.

Ἀντιφίλου.

Κρηναῖαι λιβάδες.) *Hoc epigramma suprà expositum est in titulo* εἰς θάνατον. *unde petas si quid te adhuc remoratur. Notabis tamen non* τετύμμεθα, *sed* τετρίμμεθα *esse legendum.* διψὰς σποδιή. *sitibundus cinis. Aliàs est genus serpentis, cuius ictum letalis & non sedanda sitis cõsequitur. De quo Lucianus in Dipsade. Lucanus in nono.*

Σατύρου.

Ἠ καλὸν αἱ δάφναι.) *De quouis loco opaco & amœno hi uersiculi possunt intelligi, ideéq; applicari.* πιδύει *salit.* ὑποσκιάει, *obumbrat. Latè uirescens & Zephyris mitioribus obuium adiumentum uiatoribus, id est locus opportunus ubi & sitim sedas, & laßitudinem leues, & solis feruorem deuites.*

Ἀδήλου.

Εἴτις ἀπάγξασθαι.) *Plinius libro secundo, capite centesimo tertio, refert inueniri fontes qui sine dolore sunt mortiferi, de quibus hoc distichon non ineptè potest intelligi. Sunt apud Victruuium quoq; de fontibus libro octauo aliquot Græca epigrammata, mirificas aquarum naturas significantia, quæ si lubet uidere potes, nam ad hunc gregem pertinent.*

ΕΙΣ ΠΛΟΥΤΟΥΝΤΑΣ. 67.

Ἀδήλου.

HN νέος, ἀλλὰ πένης.) *Et hæc quoque una est fortunæ inuidiosa iniquitas, quæ uti potenti diuitias et opes denegat, non potenti autem frui amplius bona affatim suppeditat.*

Pauper eram iuuenis, nunc ſeris diues in annis:
Vtraq; heu tantum conditione miſer.
Nullas quum poteram res uſurpare, tenebam:
Nunc quum non poßim, ſunt bona multa mihi.

Παλλαδᾶ.

Χρυσὲ πάτερ κολάκων.) *Græcolatinè ſic:*
Chryſe pater colacum, ſate curis atq; dolore,
Teq; tenere metus, teq; carere dolor.

Λουκιανοῦ.

Πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς.) *Animi diuitias ueras eſſe, & eũ rectè dici diuitẽ, qui uerum diuitiarũ uſum norit, hoc epigrãma innuit. quod quia planũ eſt & facile cum cæteris duobus, quæ ſequuntur, ad alia tranſibimus.*

ΕΙΣ ΚΛΕΠΤΑΣ. 68.

NEq; hic titulus habet, quod te remorari poßit, niſi quòd alterũ diſtichon βάπτων πάντα βαφεῖν, parum ad hunc titulum pertineat.

ΕΙΣ ΠΟΙΗΤΑΣ. 69.

Λεωνίδου ταραντίνου.

ΑΣτρα μὲν ἠμαύρωσε.) *In laudem Homeri, ita reliquos poëtas obſcurantis ingenij ſui gloria & excellentia, ut lunam & ſtellas Phœbus. Hoc epigramma Venatorius ſic interpretatus eſt:*

Omnia ui lucis ſuperat ſol igneus aſtra,
Obfuſcatq; orbes pallida luna tuos.
Sic paßim proprio ſuperat ſplendore poëtas
Omnes, Muſarum lumen Homerus habens.

Ἀλφειοῦ μιτυληναίου.

Ἀνδρομάχης ἔτι θρῆνον.) *In eũdẽ Alphei Mitylenæi carmẽ.* ἐκ βάθρων, *ex fundamẽtis.* ὑπὸ στεφάνῃ, *ſub corona ciuita-*

na ciuitatis, id est murorũ pinnis. Et hoc Venatorius tran *ſtulit:*

Andromaches etiam num hodie lamenta ſuperſunt,
Troïa, licet bello diruta, uiuit adhuc.
Conſpicitur labor Aiacis, uiſuntur & illi
Hectora qui reuehunt, flebile funus, equi:
Carmine Mæonij, quem patria non colit una
Sed potius gemini climata bina ſoli.

Hic mihi temperare nequeo, quanquam commodiore loco facere poteram, quũ hactenus de Homeri patria tanta fuerit inter eruditos digladiatio, quin inſerã uerſiculos, quos nuper in oratione quadam Ariſtidis reperi, citantis eos ex quodã Homeri hymno, quos de ſua patria cõpoſuiſſe mihi uiſus eſt, ſunt autem hi. Loquitur ad Muſas, quærens quo poëta omnium maximè delectetur:

ὦ κοῦραι, τίς δ᾽ ὑμῖν ἀνὴρ ἥδιστος ἀοιδῶν
ἐνθάδε πωλεῖται, καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιστα;
ὑμεῖς δ᾽ εὖ μάλα πᾶσαι ἀποκρίνασθε ἀφ᾽ ἡμῶν
τυφλὸς ἀνήρ, οἰκεῖ δὲ χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Ἀντιφίλου, εἰς Ἰλιάδα
καὶ Ὀδύσσειαν.

Αἱ βίβλοι τίνος ἐστέ.) In eiuſdem Iliada & Odyſſeam Antiphili epigramma uel cæcis perſpicuum, quod Venatorius ſic Latinum fecit:

Quid nam eſtis libri? quid fertis? filiæ Homeri
Magni, Dardanidum pandimus hiſtoriam.
Prima iram Pelidæ, & denos bella per annos,
Et quæ egit bello Troïcus Hector, habet.
Altera Vlyſſeos ingenti laude labores
Continet, & caſtæ Penelopæ lachrymas.

Parcite

Parcite cum Musis qui scribitis, undecim habent nunc
Secula, Phœbæo in carmine Pieridas.

Ἐράτησις ὁμήρου.

Ἄνδρες ἀπ᾽ ἀρκαδίης.) Super hac quæstione & responsione uide Herodotum & Plutarchũ in uita Homeri.

Φιλίππου.

Οὐρανὸς ἄστρα ταχίστ.) Philippi uersiculi de perpetuitate Homericæ poéseos, & famæ ab impoßibilibus inducta, quos Venatorius sic translulit:

Destituent prius astra polum, citiusq; profundæ
Sol faciem noctis splendidus induerit.
Antè sapor salsi pelagi dulcescet amarus,
Restituet uitam mortuus antè sibi,
Gloria quàm pereat sublime aut nomen Homeri,
Cuius apud doctos Musa perennis erit.

Idem aliter:

Ipsa suos mundo radios prius astra negabunt,
Ante Panomphæus luce carere queat.
Et mare dulcescet prius, & scindetur aratris,
Mortuus ad uitæ munera surget humo,
Quàm simul intereant laudes & nomina uatis,
Cuius perpetuum fluxit ab ore melos.

Τίνας εἴπῃ λόγους ἀπόλλων περὶ ὁμήρου.

Ἤειδον μὲν ἐγών. Latinè sic ego:

Hæc modulabar ego, scripsit diuinus Homerus.

Venatorius:

Ipse quidem cecini, excepit sed carmen Homerus.

Ἀντιπάτρου θεσσαλοῦ.

Τάς δε θεογλώσσους.) Enumerat Antipater non sine

laude puellas aliquot, quæ ingenio & studio poëtico fuere celebres. Quarum prima est Praxilla, secunda Myro Rhodia, quæ etiam Philosophiæ operam dedit, tertia Anyte, de qua in libro secundo plura, quarta Sappho, quinta Erinne, quæ fuit Teïa aut Lesbia, & Sapphus amica atq; coætanea. nonnulli uolunt illam fuisse Teliam. cæterum Telos parua insula prope Cnidum. nec desunt qui dicant illã fuisse Rhodiam. fuit autem uersificatrix multum ingeniosa & acris, ita ut eius uersiculi cum Homericis certare iudicati sint, sexta Teleßilla, & ipsa musico studio clara, septima Carinna. Suidas duarum meminit hoc nomine dictarũ, quarum altera quinquies Pindarum uicit, octaua Noßis, ultima Myrtis. de quibus nihil apud Suidu reperi. Ipsum Antipatri carmẽ nõ opus habet interpretatione. Quin etiã Propert. lib. 2. Elegia 3. Corinnæ et Erinnes meminit his uerbis:

Et sua cum antiquæ committit scripta Corinnæ,
Carminaq; Erinnes non putat æqua suis.

Αντιπάτρου σιδωνίου.

Μνημοσύναμ ἕλε θάμβος.) Venatorius:

Mnemosyne admirans dulcis noua carmina Sapphus
Nunc homines Musam, dixit, habent decimam.

Αδήλου.

Πίνδαρε, μουσάων.) In laudem nouem lyricorũ poẽtarum. παίδων ἄνθος ἀμησάμενε, id est ô Ibyce qui puerorũ florẽ meßuisti, hoc est puerorũ amoribus es delectatus. Siquidẽ Cicero Tusc. Quæst. lib. 4. scribit maximè omniũ flagrasse amore Rheginũ Ibycũ. Ὦ ξίφος ἀλκαίοιο, bene dicit gladius Alcæi, nã Cicero eodẽ lib. hũc fortẽ uirũ in summa Repub. cognitum fuisse testatur. Vbi etiam Anacreontis facit mentionem, ut libidinoso amori dediti.

Quin etiam Suidas Alcæum ὡς μέγαν ὡς ἰσχυρὸν καὶ τὰ πολέμια γενναῖον uocat. Sequens idem argumentum complectitur, estq; eiusdem facilitatis.

ΕΙΣ ΣΑΠΦΩ. 70.

Ἀδηλον.

Ἔλθετε πρὸς τέμενος.) In laudem Sapphus poëta puellas Lesbius inuitat ad templum Iunonis, ut percutiente lyram Sapphone choream instituant. ἁβροπόδων, molliū pedum, uel mollibus pedibus gradus firmantes, id est molliter incedentes. ἀπάρξεσθε, primitias dabit. Diuites saltatione gaudiosa, profectò dulcem cantum uel hymnum inaudire ipsius uidebimini Calliopes.

Πλάτωνος.

Ἐννέα τὰς μούσας.) Venatorius:

Esse nouem quidam falso dixere sorores,
Nam decima est Sappho Lesbia facta soror.

Idem aliter:

Esse nouem Musas quidam affirmare uolentes
Errarunt: Sappho Lesbia nam decima est.

Ἀδηλον.

Λέσβιον ἠρίννης τόδε κηρίον.) In laudē Erinnes Lesbiæ, de qua suprà satis diximus. Reliquit pauca sed docta & accurata carmina, quod innuit his uerbis: ἀλλ' ὅτι μικρὸν, ἀλλ' ὅλον ἐκ μουσέων κιρνάμενον μέλιτι. In sequētibus uerbis οὐδὲ τριηκόσιοι subest mēda, siquidē legendū est οἵδε τριηκόσιοι. nā trecēti illi uersus quos reliquit, cū Homericis certare iudicati sunt, et eorū maiestati respōdere, ut sit probatio superioris. τῆς ὡς παρθενικῆς, uirginis decē et nouē annos natæ. nā et iuuenis et uirgo autore Suida perijt. quæ quanq̄ metu matris apud colū et telā

ſteterit(qua de re etiam poēmation reliquit, cui nomē fuit ἠλακάτη.)*Muſarū tamen cultrix fuit. Quanto præſtantior fuit Sappho cãtibus, id eſt carmine lyrico, quàm Erinna, tanto etiã Erinna hexametris ſuperior fuit Sapphone.*

Ως ἀπὸ τῆς βίβλου Λυκόφρονος.

Οὐκ ἂν ἐν ἡμετέροισι.) *De Lycophronis libro, quem Græci* σκοτεινὸν ποίημα, *obſcurum poēma uocant, aliàs Alexandra dictum, incerti authoris epigramma. Loquitur autem liber. Haud utiq;, inquiens, in noſtris multiflexibilibus labyrinthis facile acceſſeris ad lucem, ſi attigeris. Tales enim Priamis Caſſandra diuinauit ſermones nuntia, quos regi dixit* λοξοτρόχις, *oblique uertēs uerba, uel currens obliquè uerbis. Sicut & Apollo apud Lucianum dicitur* λοξίας, *eo quòd reſpondeat* λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα, *hoc eſt obliqua & tortuoſa, quæ in utramq; partem poſſunt exponi.* λοξὸς *enim obliquus eſt. Si uerò te amat Calliope, id eſt ſi Muſarū es peritus. Cætera uerba ſuprà habuiſti quoque de Thucydide, in titulo* εἰς λογογραφίαν.

Αδήλου.

Αρχιλόχου τάδε μέτρα.)*Senſus eſt:*

Hi ſunt Archilochi, reſonabile carmen, Iambi
Iræ & terrifici ſpicula conuitij.

Αδήλου.

Βίβλοι ἀριστοφάνευς.)*In laudem Ariſtophanis ueteris Comœdiæ principis epigrãma, quod ita ex tempore tranſtulit Thomas Venatorius: cuius & primam Comœdiam Plutum doctè & eleganter in Latinũ ſermonem uario carminum genere conuertit:*

Carmina

Carmina Aristophanis diuûm labor, omnia quorum
Multæ hederæ uiridem composuere comam.
Quantũ doctus habet Bacchum labor: en tibi quantum
Terribiles charitas fabula tota sonat.
Magnanime ô uates, & moribus inclyte Graiûm
Digna canis ridens, digna canis stimulans.

Ἀδήλου.

Αὐταί σοι στομάτεσιν.) *In laudem Menandri Comicorum omnium facilè principatum obtinentis, cuius hodie uix quędã fragmenta apud diuersos authores citata repe/riuntur, quũ ultrà nonaginta octo Comœdias ediderit. Itaque uidemus Ouidium falso Apolline uaticinatum hæc prædixisse:*

Dum fallax seruus, durus pater, improba lena
Viuet, dum meretrix blanda, Menandrus erit.

Siquidem Dauorum, & Syrorum ubiq; immodica est copia, sicut Demearum nusquam penuria. Ad hæc improbis lenis, & periuris lenonibus omnes ciuitatum omnium anguli sunt referti, nec uideo ubi blandæ Thaïdes & Bacchides desiderentur, Menandri tamen nusquam gentiũ uel integra superest pagina. Ipse tibi (inquit) ab ore ceciderunt àpes uarios Musarum flores decerpentes. Ipsæ quoq; Gratiæ tibi donauerunt Menandre, ut fabulas tuas apta & facunda doctrina impleres. τοὐκ σέθεν, *pro* τὸ ἐκ σέθεν, *scilicet* κλέος *gloria attingens cœlestes fines.*

Ἀντιπάτρου Θετταλοῦ.

Ἀρκεῖ τέττιγας μεθύσαι δρόσος.) *Significat poëtarum gratitudinẽ, qui quamlibet modicis affecti meritis, benefactoribus suis remetiuntur dignam gratiam carminibus: sicut cicadæ, quæ uel rore pastæ, cygnis tamen canẽdo*

ſunt uocaliores. γεγωνότεροι, audibiliores, uocaliores. Sic etiam homo poëticus, munerum gratiam retribuere benefactoribus. εὐέρκταις, pro εὐεργέταις, nouit: παθὼν ὀλίγα, paſſus modica, id eſt modicis officijs uel meritis affectus. Dicunt Græci εὖ πάσχειν bene pati, pro beneficia accipere. κείσεται, iacebit. non male legeretur κείσεαι iacebis in meis tabulis. Sæpe à me celebraris, atq; haud ſcio an non ita ſit legendum.

Καλλιμάχου.

Ηλθε θεαίτητος.) *Callimachi tetraſtichon de Theæteto philoſopho Socratis diſcipulo, qui nihil ad populare iudiciũ fecit & hederã, cuius ſimplicẽ ſapientiã poëta effert laudibus. Meminit huius in uita Socratis Diogenes. Fuit quoq; poëta hoc nomine, cuius mentio fit apud eundem in uita Crantoris. Venit (inquit Callimachus) Theætetus per mundam uiam, id eſt planè ſimpliciter inceſſit ſine omni oſtentatione. Si autem ad hederam tuam ſcilicet dicendum eſt, ipſa uia Bacche eum non ducit, id eſt poëticam non attigit. Aliorum quid em (intellige athletarum) præcones ad breue tempus nomen loquentur, illius autem Græcia ſemper ſapientiam. Hunc philoſophum Plato quoq; introducit cum Socrate diſputantem in dialogo θεαίτητος, ἢ περὶ ἐπιστήμης. & mox in ſophiſta, atq; alijs nonnullis.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Μικρή τις διόνυσε.) *Laudat arguto ſanè epigrammate Callimachus eos poëtas, qui breui carmine Olympicam uictoriã explicant. perſtringit item multiloquos, qui pluribus figmentis ad rem non pertinentibus monſtrifica, & terribilia memorant. Loquitur autem ad Bacchũ poëtarum deum, ſicut etiam in ſuperiore. μικρή τις ῥῆσις,*

parua quædam dictio, id est breue carmen est poetæ pul/ chra facienti. Alter autem νικῶ, uinco, hoc est uictoriam (ut intelligas νικῶ positum materialiter) dicit prolixißi/ mè. ὡς δ' ἐ σὺ μὴ πνεύσης, legendum est ὧδε σὺ μὴ πνεύσης, ut sit sensus: Ille poëta omnium prolixißimè di/ cit, cui tu dexter non aspiraueris, ita ut si quis interroget, πῶς ἔβαλες, quomodo deiecisti, scilicet aduersariũ? Quo modo hic aut ille uictus est, ait, dura facta, scilicet esse in certamine, id est narrat magno hiatu stupenda facta. uel ut Terentius loquitur, magno conatu magnas nugas agit. τῷ μεριμνρίζοντι, sanè, inquit, illi poetæ cogitanti. μὴνδικα, pro μὴ ἔνδικα, non iusta, non legitima. Hoc sit uerbum, id est ea prolixa & monstrifica narratio. Mi/ hi autem ô rex, id est Bacche, breuesyllabum, scilicet uer/ bum νικῶ.

Οσαι μοῦσαι καὶ τίνες.

Καλλιόπη σοφίην.) Quot Musæ sint, & quarũ rerum quæq; inuentrix fuerit. Versiculi sole clariores.

Εἰς αὐτάς.

Οὐκ ἴδε τερψιχόρην.) In easdẽ Musas carmẽ mixtũ. ψεύδεται ὀφθαλμοὺς, fallit oculos. τερψινόοιο, ani mũ delectãtis. epitheton citharæ, uini, cãtus & similium. πολυτρήτοισι, multiforaminibus fistulis. ὀχετηγὸν, deriuatũ. θυμέλησι φιλοκροτάλοισι, spectaculis uel scenis crepitacula amãtibus. δαφνοκόμοις, lauricomos Phœbi apud tripodas. θεορρήτῳ, diuino. ἀστράσιν, sidera lẽ docui uersatilẽ neceßitatẽ. σκέπτεο, considera æreã uo cẽ habentẽ sedulã musicã. σιγῶ, taceo loquentis palmæ mulcentẽ motionem nutu uocalem. Innuit autem ueterum artificiosam saltationem, qua instructi & exercitati aptis

nutibus

nutibus & gestibus corporis ita omnia repræsentarũt sal/tantes, ut facile ab omnibus intelligerentur. Qua de re ele gantißimus apud Lucianum dialogus περὶ ὀρχήσεως.

Κριναγόρου.

Καλλιμάχου τὸ τορευτόν.) *Crinagori epigrãma ad Marcellum quendam de laudibus scriptorum Callimachi, quem ait omnes Musarum rudentes commouisse, hoc est, nullum non carminis genus tentasse, & inexpertum reli/quisse. Siquidem Suidæ testimonio Callimachus in omni ge nere carminis felicißimè lusit, ad hæc soluta etiam oratio/ne pleraq; conscripsit. Callimachi, inquit,* τὸ τορευτόν, *tornatile, id est expolitum & exactè scriptum carmen. Vi dere licet hoc in eius hymnis, quorũ hodie tantũmodo per pauci extant, sed leonẽ ab unguibus facilè æstimare licet.* δὴ γάρ ἔπ' αὐτῷ, *siquidem in eo, scilicet carmine.* ὦ' /νερ, *ô uir, ô lector Musarum omnes commouit rudentes. prouerbialiter hoc dictum. uide Erasmi Chiliades. Cæterũ* κάλως *accusatiuus pluralis est quartæ inflexionis à nomi natiuo* κάλως, *rudens funis.* ἀείδει δ' Ἑκάβης. *Inter opera quæ memorat Suidas elucubrata à Callimacho, non legi eum aut Hecubes hospitalitatem, aut Thesei certami/na illustrasse carminibus, quod hic Crinagorus asserit. Por rò autem Marathon campus est in Attica, à Marathone heroẽ sic cognominatus, huius etiã meminit Herodotus lib. 6. Per labores autem Thesei, aut intellige Marathoniũ tau rum, quem Theseus confecit, ut Plutarchus in eius uita te/stis est: aut bellum Amazonium, quod Theseus in eo cam/po gessit cum Amazonibus.* τῷ, σοι καὶ νεαρῶν. *Mar/cellum Crinagorus ad huius poëtæ diligentem lectionẽ ad/hortatur, si parem uitæ laudẽ consequi cogitat. Huius in/*

clytæ

clytæ uitæ æqualem laudem tibi ſit robur nouellarum ma-
nuũ aptãdi. hoc eſt, tu Marcelle tuis teneris manibus æqua
lem uitæ laudem ex hoc poëta tibi comparato.

Αδηλον.

Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα.) Sicut huius diſtichi author incertus eſt, ita eius quoq; ſenſus. neq; enĩ mihi ſit ueriſimi le hic uituperari Callimachũ, ſed alium aliquẽ ſcribã. Cæte rũ idẽ Callimachus librũ nomine αἴτια compoſuit, in quo cauſas deorum immortalium & ſemideorũ adducit, quem in ſomnis inter Muſas raptum ſe didiciſſe confirmat, ſicut hoc ipſum ex tertio libro Epigrammatum apertè licet colligere, ubi hac de re latius diſſeremus. Huius libri mentionem facit etiam Martialis libro decimo ad Mamurram. Quamuis omnes codices, quos quidem ego uiderim, partim habeant ethia, partim ethica, utrunq; tamen mendoſe, quum legendum ſit ætia. Martialis epigramma hoc eſt:

Qui legis Oedipoden, caligantemq; Thyeſten,
Colchydas & Scyllas, quid niſi monſtra legis?
Quid tibi raptus Hylas, quid Parthenopæus et Atys?
Quid tibi dormitor proderit Endymion?
Exutus'ue puer pennis labentibus? aut qui
Odit amatrices Hermaphroditus aquas?
Quid te uana iuuant miſeræ ludibria chartæ?
Hoc lege, quod poßis dicere iure meum eſt.
Non hic Centauros, non Gorgonas, Harpyasq;
Inuenies, hominem pagina noſtra ſapit.
Sed non uis Mamurra tuos cognoſcere mores,
Nec te ſcire, legas Aetia Callimachi.

Idem Callimachus, ut hoc quoq; hic explicem, in Apollonium, qui Argonautas celebrauit, eius inimicum, tecto no-

mine scripsit carmen maledicum, quod ibin uocant, quem imitatus est contra quendam maleuolū obtrectatorem Ouidius, ut Suidas testatur. quod ideo adieci, nō ignarus quàm hic titulus apud Ouidium quondam Grammaticis multum exhibuerit negocij.

Αδέσποτον.

Ηρόδοτος μούσας.) Herodotus nouem historiarum libros reliquit, quos Musarum nominibus inscripsit, tanquā à Musis ei dictatos, id quod innuit hoc distichon.

Αδηλον.

Ησιόδου ποτὲ βίβλον.) Iocosè quidam Hesiodum improbat, quod laboriosam agriculturam, & sedulitatem omnibus rem facere cupientibus suadeat. πυῤῥὴν, flauam, scilicet Cererem. ἔργα τί μοι παρέχεις, quod aliàs Græci dicunt, τί μοι πράγματα παρέχεις. Male Latinè sic:

Hesiodi quondam manibus dum uoluo libellum,
Eminus accedens est mihi uisa Ceres.
Mox ego proiecto clamaui talia libro,
Cur opere ingrato me premis Hesiode?

Αδηλον.

Νόννος ἐγώ, Πανὸς.) Nonnus hic est Poëta Panopolitanus, qui etiam diui Ioannis Euangelium luculentißima metaphrasi illustrauit. Πανὸς ἐμὴ πόλις, Panos mea ciuitas, id est mea patria est Panopolis ciuitas Aegypti. Vide Strabonem libro decimo septimo. Pliniū lib. quinto, cap. nono. ἐν φαρίη, in Aegypto hasta cruenta femina, uel fœtus uel proles Gigantum messui. id est bellum Gigantum descripsi. ἤμησα, ab ἀμάω, meto.

Λεωνίδου.

Λεωνίδου.

Ηυ ὁππότε γραμμαῖσιν.) Leonida nominis sui famam in obscuro fuisse dicit, quamdiu studijs mathematicis uacauit, ac ne per somnium quidem Italis innotuisse. sero tandem cognosse se Musas siderali scientia esse præstantiores, quippe quarũ beneficio tandem inclaruerit. Epigramma clarũ & planũ est. Notabis tamen uerbũ προφέρειν præter cõmunia significata hic superare, & præstantiorẽ esse significare. unde est προφερέστερος & προφερέστατος, præstantior & præstantißimus. Erat, inquit, tempus quando lineis me tantum oblectabar, &c.

ΕΙΣ ΠΟΙΜΕΝΑΣ. 71.

Γλαύκου.

Νύμφαι πευθομένῳ.) Iocus pastoralis, suntq; uerba Panos ad Nymphas quærentis quò Daphnis hœdos egerit. ἐρίφως, hœdos, accusatiuus pluralis Doricus pro ἐρίφους. Ψωφίδιον, nomen montis Arcadiæ, iuxta urbem Psophidem, cuius mentionem facit Plinius in descriptione Arcadiæ. Latinè sic:

Vera mihi Nymphæ quærenti dicite, nunquid
 Daphnis agens hœdos hac requieuit humo?
Certè Pan cantator, & hac insculpsit in ulmo
 Corticis excisæ uerba legenda tibi,
Pan propera ad maleam, iuga Pan Psophedia scande:
 Iam ueniam, Nymphæ uiuite, ego propero.

Ερυκίου.

Βουκόλε πρὸς τῶ πανός.) Quærit ex bubulco, cuius fagi na sit statua, cui lac libabat dicẽs, Bubulce dic p Pana, cuius hæc fagina est statua, cui lac sacrificas? respondet τῷ λεοντοπάλᾳ, colluctatori leonis s. sacrifico Tyrinthio, id est

id est Herculi. nónne arcus ô stolide et scuticã oleastrã(tan quam Herculis arma)uides? Gaudeas ô Alcida *δαμχλη φάγε, uaccæ deuorator, & hæc custodi stabula, & ex paucis μυριόβοια, infinitis uaccis abundantia, scilicet sta bula fac.*

Μακεδόνος.

Κάπρον ἢ χέρσῳ.) *Quàm hoc epigramma huic ti/ tulo περὶ ποιμένων respondeat non uideo, quum potius ad uenatores sit referendum. Nam Codrus qui in terra ca/ prum occidit, in mari ceruum cepit. Quod si ferarum natu ra esset uolatilis aut pennata, cœlestem quoq; canem & alias feras cepisset, nec eius manum præda uacua* Diana *ui disset.* Pro οὐδ' ἀν' αἰθέρα *melius meo iudicio legitur* οὐδ' ἀνὰ αἰθρα, *ne uersiculus una syllaba claudicet, nec sit in sexto loco dactylus.*

Αντιφίλου.

Βόρχος ὁ βουποίμην.) De Borcho pastore, *qui subdu/ ctus fune supra excelsam petram fauos excepit, quem ca/ tellus comitatus suspensum funem abrosit, quo facto ille in præceps ruit, et uitæ iacturã fecit.* αἰγίλιπα, *excelsam, præcipitem, ita ut caprarum quoq; uestigia fallat ac dese/ rat. frequens apud* Homerum *dictio.* ὃς φάγε, *in quodã exemplari legi* ὡς φάγε, *& fortasse rectius, ut sit sensus, Qui tenuem laqueum tanquam cibum deuorabat. Quan/ quam & prior lectio improbari non potest.* χραινομέ/ νην, *pollutum melle scilicet funem.* τοδ' ἀτρυγὲς, *inuin/ demiabile alijs, id est cuius alij compotes fieri non pote/ rant, quod alij uindemiari nequibunt propter præcipitia.* ψυχῆς ὤνιον, *animæ uenale, id est illud habuit* Borchus *pro anima sua uenale, uel animam suam pro eo melle ue/ nalem*

nalem habuit, uel illud anima sua emit.

Θεοκρίτου.

Εὐνίκα μ' ἐγέλασσε.) *Principium est uigesimi quarti Idilliorũ Theocriti, quem elegantißimè simul & doctißimè ante quinquennium in Latinum sermonem transtulit Poëtarum omnium nostra tempestate longè præstantißimus Aelius Eobanus Hessus, amicorum meorum summus ac candidißimus. ex eo, hæc & alia quæ ad Theocritum intelligendum pertinent, petas licebit. ego ad alia propero.*

Ἀδεσπότου.

Ὦ Πὰν φερβομέναις.) *Precatur Pana, ut fistula canat, quo capellæ grandiora ubera ad domũ Clymeni reportent, cui etiam hircum immolandum pollicetur. O Pan, inquit, pascentibus gregibus sacrã uocem resona, curuum supra aureas fistulas, seu calamos, labium mittens. Vt illi quidem, scilicet greges, albi grauata dona lactis uberibus in Clymeni abundanter ferant domum. Tibi uerò pulchrè aris aßistens maritus caprarum, rubeum ex hirsuto pectore sanguinem eructet.*

ΕΙΣ ΠΟΛΕΜΟΝ

ϗ εἰρήνην. 72.

Ἀπολλωνίδου.

Σκύλλος ὅτε ξέρξου.) *Huius admirandi & præstantis urinatoris meminit etiam Herodotus libro octauo, sed quem non* σκύλλον, *sed* σκυλλίαν *uocat,* καὶ δύτην τ̃ τότε ἀνθρώπων ἄριστον, *eũq; ad Græcos trãsfugisse dicit.* ἤλαυνε, *exagitauit, exercuit, fatigauit, seu uexauit.* Βυθίην εὕρατο ναυμαχίην.) *Quanq̃ hoc Herodotus de Scyllo non dicat, quòd aliquo incõmodo Xerxianam classem affecerit, sicut hoc epigrãma loquitur,*

tur, attamen refert uulgatum fuisse fama eundem ex Aphetis mare subijsse, nec prius emersisse, quàm ad Artemisiũ, ubi Græcarum nauium statio erat, peruenisset. hoc est, octoginta maris stadia emensum. νηρῆος λαθρίοισιν, Nerei cum sub occultis lacubus, id est lutosis locis, ubi parum est aquæ, nauigasset, id est natasset, et ab anchora stationẽ nauiũ totondit, id est malo affecit præcisis anchoris. Propterea Persica claßis αὔτανδρος, cum ipsis uiris, intellige remigibus & militibus, prope terram lapsa est periẽs, & hæc fuit prima Themistoclis experientia. Huius enim & ductu & auspicio Persæ nauali prælio profligati sunt.

φιλίππου.

Οὐκ ἔτι πυργωθείς.) De elephanto rebus bellicis quondam assueto, postea Cæsaris currum trahente. Plínius libro octauo, capite secundo autor est, Elephantos iunctos Romæ primum subijsse currũ Pompeij Magni, quod prius India uicta triumphante Libero patre factum memoratur. πυργωθείς, turribus oneratus. φαλαγγομάχας, ordinantur enim elephanti cum phalange in aciẽ. ἐπὶ δειρὴν, circa collum. ἄσχετος ὁρμαίνει, irretentibilis impetum facit, uel impetuosè irruit. πυριόδους, igneos, flammeos, siue magnos dentes habens. ἀλλὰ φόβῳ, sed timore contrahens, siue componens profundam ceruicem ad iugum, currum trahit Cæsaris cœlestis. Quanquam δὲ φρουλκεῖν per se significat currum trahere. Cognouit autem pacis etiam fera gratiam abiectis Martis instrumentis, concordiæ seu æquitatis deducit patrem. Quibus uerbis blanditus est Poëta Cæsari. Non pauca eiusmodi epigrammata cernere est apud Martialem.

Ἀδήλου.

Ἀδήλου.

Ἄρτεμις ἱδρώουσα.) *In multis locis simulachra sudantia magnorum motuum & tumultuum signa fuere, id quod alicubi* Liuius, *& alij nonnulli* Historici *confirmare uidentur.*

ΕΙΣ ΠΟΛΕΙΣ. 73.

Εὐήνου εἰς τροίαν.

ΞΕῖνοι τὴν περίβωτον.) Troia *de se loquitur, quæ & si à* Græcis *sit euersa, tamen* Homeri *prædicatione turres ære perenniores se habituram prædicat.* περίβωτον, *famigerabilem, celebrem, claram.* κατεδήδοκεν, *deuorauit, tertia persona præteriti perfecti formatione* Attica *à uerbo* ἔδω. *uide* Græcum Cornucopiæ. τρωοφθόρα, Troiam *uastantes seu corrumpentes hastæ. sicut apud* Homerum Odyss. β. θυμοφθόρα φάρμακα. Hos *uersiculos sic* Latinos *fecimus:*

Hospes, turritis quodam me mœnibus urbem,
Quæ celebri Troiæ *nomine dicta fui,*
Perpetuus puluis consumpsit: uerùm in Homero
Nunc cubo, portarum ferrea claustra tenens.
Eruet haud ultrà me noxia cuspis Achiuûm,
Inclyta Graiorum *semper in ore ferar.*

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Ὦ πόλι, πῇ σοι κεῖνα τὰ τείχεα.) *Eiusdem argumenti, nisi quòd hic* Poëta *loquitur, quærens ex* Troia, *ubi pristina illa sit urbis magnificẽtia & splendor.* ἐφεστρίς, *paludamentũ. uide* Lazarum Bayfium, *qui de re uestiaria doctißimè scripsit.* πῇ δὲ τριτογενοῦς, *ubi autẽ* Tritogenis *simulachrũ indigenæ seu localis. intelligit* Palladiũ,

quod Græci ex arce abstulerant. πάντα μόθος.) Respondet hæc omnia bello esse uastata, & fato abrepta. In tantum, inquit, te grauis uicit inuidia, sed nominis tui gloriam tamen neq; occultabit, neq; abolebit unquam.

Βάσσου Λολλίου.

Ἄῤῥηκτοι μοιρῶν.) Hic poëta Bassus Lollius asserit in fatis fuisse, ut Priamus ad aram occideretur, & Troia euerteretur, ut Aeneæ in Italiã aduentu Rhoma totius mundi regina & domina conderetur. Infrangibilia (inquit) fatorum iuramenta concluserunt, uel consignarũt, id est addixerunt ultimam uictimam Priami aræ Phrygiæ. Sed tu Aeneia sacra classis, Italicum iam portũ tenes, patriæ cœlestis principium. ἐς καλόν, in bonum, id est bene & feliciter perijt turris Troiana. siquidem illa in armis, id est bellicosa, excitata est mundi totius regina ciuitas, scilicet Rhoma.

Ἀδριανοῦ καίσαρος.

Ἕκτωρ ἀρήϊον αἷμα.) Hoc epigramma Adriano adscribitur, quo gratulatur Troiæ sub Romanis iterum reædificatæ, & habitari cœptæ, iubens Hectorem Achilli dicere, de Græcis sumptam esse ultionem, & Thessaliã eius patriam seruitutis iugum accepisse à Troianis. quam rem Virgilius quoq; in sexto his perstringit uersibus:

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho,
Victor aget currum cæsis insignis Achiuis,
Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas,
Ipsumq; Aeaciden, genus armipotentis Achilli,
Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ.

Epigramma Adriani planum est, quod exercitij gratia sic uertimus:

Martia stirps Hector sub terra si quid inaudis,
Respira, patrij nomine magne soli.
Ilion ecce colunt ciues uirtute minores
Te longè, bello strennua turba tamen.
Mirmydones periere: etiam hoc narrabis Achilli,
Thessaliæ populos esse sub Aeneadis.

Rhomanorum ignauiã, uel potius Adriani uersiculos subsannauit quidam Spartiates, apposito hoc Homerico uersiculo, quem inuenies scriptũ Iliados π, *ubi ad hunc modum loquitur Achilles ad Patroclũ de Troianorũ ignauia:*

τρώων δὲ πόλις ἐπὶ πᾶσα βέβηκε
θάρσυνος. οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον
ἐγγύθι λαμπομένης.

Quo loco Lucianus quoq; utitur in Hermotymo. Homerus habet μέτωπον, *non* πρόσωπον. *Porrò quæsitus à Cæsare, secunda uice hos addidit uersiculos:* εἰμὶ μὲν εὐθώρηκος, *&c.*

Αγαθίου.

Εἰ μὲν ἀπὸ Σπάρτης.) *Hic Agathius loco Adriani Spartiatæ respondet, laudans obiter Rhomanorum potentiam epigrãmate satis claro, & nihil difficultatis habẽte.*

Τοῦ αὐτοῦ ἐς τὸ αὐτό.

Αδε ποθ' ἁ κλαδνά.) *Eiusdem epigramma Doricum, quo innuit Troiam non aperto Græcorum Marte, sed dolosis insidijs equi Duratei, cuius architectus Epeus extitit, captam esse.* ζαμενὴς, *ualde iracundus, uel infensus admodum.* αἴθε, *utinam uerò Epeus mortuus esset, ante quàm Durateum laqueum, id est dolum fabricasset. Neque in Atridarum incendentiũ* ὀροφηφάγον πῦρ *tecta consumens ignis, sic in nostros lapides, id est ædificia*

 cecidisset.

cecidisset. hoc est, nisi dolo nos fuissent adorti, urbē nostrā Atridæ nunquam incendissent. Rectius autem, ut mea fert opinio, legitur ἠρίπετο, in 3. persona, quàm in 1. neque enim Troia loquitur, sed poëta.

Εἰς τὸ αὐτό. Αντιφίλου.

Δέρκεο τὴν Τροίας.) Hic quoq; dicit Troianos Græcorū insidijs perijsse, quod non fuisset factū, si aperto Marte rē egissent, arte Pelasga posthabita. δεκέτη λόχον, decēnales insidias. εἴσιδε, inspice equū bene armata quiete uel silentio Græcorum, id est silentibus Græcis probè armatis plenū. ἦ ῥα μάτην, certe nequicquā perijsset tantus exercitus, si ad Martē, id est respectu Martis, dolus Atridis fuisset bello potior.

Πομπηίου.

Εἰ καὶ ἐρημαίη κέχυμαι κόνις.) Mycene de se suaq; pristina potentia loquitur, quā certioribus argumentis negat posse colligi, quàm ex euersione Troiæ ciuitatis opulētissimæ, cuius ipsa muros calcauerit. Iā uero destructa & senectute deformata, dicit se testimonio Mæonidæ contentā esse. Etiāsi, inquit, ego Mycene desolata effusa sum puluis, etiāsi obscurior seu deformior sum omni scopulo ad uidendū, Ilij quis intuens clarā ciuitatē, cuius calcaui muros, et Priami totā euacuaui domū, cognoscet inde quātū prius ualuerim. Si uero senectus me iniuria affecit, cōtenta sum teste Mæonide. Hanc ciuitatē demoliti sunt Achiui, ut testatur Pausanias, & Strabo libro 8.

Αντιπάτρου Θεσσαλοῦ.

Ηρώων ὀλίγαι μὲν ἐν ὄμμασιν.) Sequentia epigrāmata nonnullarū ciuitatū uastitatē et euersionē significāt, sicut hoc Mycenarū. οὐ πολλῶν αἰπύτεραι πεδίων, id est nō multis cāpis altiores, hoc est fermè solo æquatæ. Qualē

&

& te ô misera Mycene prӕteriens cognoui tugurio pastorali desolatiorē. Senex quispiā dixit, Cyclopū multiaurea ciuitas hic iacet, αἰπολικὸν μήνυμα, pastorale indiciū, id est locus planè desertus, ubi iā pecora pascuntur. Myccnā initio cyclopū sedē fuisse, & ab eisdē conditā, autor est Pausanias. In 4. libro quidā propterea hāc κυκλωπείην μυκήνην uocat. Porrò hӕc ciuitas ab Homero fermè ubiq; hoc epitheto πολύχρυσος nobilitatur, ut Odyss. γ. ἐπ' ἴα/ ετις δ' ἤνασσε πολυχρύσοιο μυκήνης.

Αντωνίου ἀργίου.

Η πολύχρυσος ἐγώ.) Et hoc Mycenarū destructionē, uastitatē et desolationē indicat. τροίην θεόκτιτον, Troiā diuinitus fabricatā, nēpe à Neptuno et Apolline. ἢ βασίλειον ἀσφαλὲς, quӕ regiū tutamē extiti semideorū, μηλόβοτος κεῖμαι, ἢ βουνόμος, i. deserta et uasta iaceo. siquidē μηλόβοτος χώρα (ut scribit Suidas) ὑπὸ πολεμίων ἐξερημωθεῖσα, ἣν κατανέμεται τὰ στρατόπεδα, regio est ab hostibus deuastata et desolata, quā depascūt exercitus. Et hac dictiōe utūtur etiā Logographi, ut Herodianus lib. 8. ἵν' ἐπελθὼν ὁ στρατὸς, πάντα τε διαρπάσῃ, καὶ κατασκάψας τὴν πόλιν, μηλόβοτον καὶ ἔρημον τὴν χώραν καταλείπῃ. Vt ingressus exercitus urbē diriperet, totāq; eā uastā desertāq; relinqueret. Idem significat hic quoq; βουνόμος, locū desertū, ubi iā boues pasci queāt. Talibus figuris et Latini poëtӕ sӕpe usi sunt, urbiū uastitatē indicantes. ut Virg. de Troia: Et cāpos ubi Troia fuit. Et Ouid. Iam seges est ubi Troia fuit, &c.

Αλφειοῦ μιτυληναίου.

Αργος ὁμηρικὲ.) Quàm multiplex Argos sit apud Homerum, cōsule Strab. lib. 8. Hic antiquū illud Argos ciuitatē

Peloponnesi quondam insignē quoq; dicit εὐμύκων βουκολίων αὔλιον factam esse, mugientium armentorū stabulum. θεοδόμον στέφανον uocat Troiam, &c.

Αντιπάτρου.

Ποῦ τὸ περίβλεπτον.) Corinthum Achaiæ ciuitatem quondam florentißimam & opulentißimam à L. Mummio ob uiolatos Rhomanorū legatos, uel ignominia tantum affectos, subuersam esse, nemo uel leuiter historiarum peritus ignorat. Ex hac quærunt Halcyones, ubi'nam eius pristina sit facies: tum qua calamitate splendida illa magnificentia ita defluxerit, ut ne uestigium quidem prioris fortunæ & felicitatis amplius appareat. Hoc epigramma sic libuit in Latinam linguam conuertere:

Dorica dic ubi sit præstans tua forma Corinthe?
Dic ubi sunt ueteres diuitis urbis opes?
Dic ubi templa deūm? turres, & tecta superba?
Matres? & populi maxima turba tui?
Nulla tui infelix uestigia stare uidemus,
Hostica comminuit talia cuncta manus.
Solæ non passæ damnum Nereïdes ullum,
Angimur usq; tuis luctibus Halcyones.

Ονέστου κορινθίου.

Εστην ἐν φόρμιγγι.) Amphion Ioue & Antiope natus, musicæ adeò peritus fuisse fertur à Poëtis, ut sequentibus dulcedinē lyræ saxis Thebas condiderit. Cuius rei meminit etiam Horatius his uerbis in Arte:

Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quò uellet, &c.

Quod factū hoc epigrammate Thebæ deplorant, se scilicet

cithara esse ædificatas, & tuba, id est bellica oppugnatiõe destructas. Alexander enim Thebas ob defectionem diruit. *Steti (inquit) per citharam, diruta sum autem per tibiam (nam tibijs, fistulis, & fidibus ueteres quoq; in bellis usos esse et* Herodotus *et* Gellius *uterq; libro primo author est) heu contrariam* Musæ *harmoniam.* Reliquiæ *turrium lyri/mulceæ, id est quas lyra demulsit, iacent mihi surdæ petris* μουσοδόμοις, *id est à Musis constructis, & muris qui sua sponte coiuerunt.* Tuæ *manus ô* Amphion, *gratia labo/ris expers: hoc est, gratiam quam patriæ condendæ exhi/buisti, sine labore perfecisti. Siquidem patriam, id est urbẽ septem portis insignẽ,* ἑπταμίτῳ, *septifilo, septem chor/das habente cithara construxisti.* Argutum & elegans *epigramma, sicut & duo sequentia. Cæterum huius figmen/ti causam* Solinus *his uerbis indicat:* Thebas *condidit* Am/phion, *non quòd lyra saxa duxerit, neque enim par est ita gestum uideri: sed quòd affatus suauitate homines rupium incolas, & incultis moribus rudes, ad obsequij ciuilis pel/lexerit disciplinam.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἁρμονίης ἱερὸν φήσεις γάμον.) Felicitatem & infor/*tunium* Thebarum *indicat idem poëta ex diuersis per/sonis & casibus.* Harmonies *sacras dices nuptias, quæ fuit uxor* Cadmi: *sed nefandas* Oedippi. *quippe qui occiso pa/tre* Laio, Iocastam *matrem in uxorem duxit.* Dices Anti/*gonem piam, nam fratrem* Polynicem *contra* Creontis *edi/ctum sepeliuit. sed fratres scelestissimi, quoniam singulari certamine alter alterum occidit.* De *quibus omnibus uide* Euripidem *in* Phœnissis. Immortalis Ino, *nam cum* Meli/*certa filio dea maris facta est. uide* Ouid. *lib.* 4. Metamor.

Sed Athamas miser, atq; etiam impius, ut infrà. siquidē fu/ rore correptus filium Learchum leonis loco occidit, quum esset rex Thebarum, de cuius parricidio plura apud Oui/ diū lib. 4. Metamorph. τειχομελὴς, *muricanēs cithara, id est cuius cantu muri sunt cōditi ab Amphione.* αὐλὸς δυσμουσος, *tibia infelicis Musæ, ad cuius sonum muri iterum sunt destructi. Vide quomodo miscuerit, &c. nam satis plana sunt.*

Φιλίππου.

Εν θήβαις λκάδμου.) *Eiusdem argumenti & uenusta tis est cum superiore.* μυσαχθὴς, *odiosæ, scilicet nuptiæ.* τελετὰς, *sacra Bacchi Euius amplexus est, quæ Pentheus derisit, & propterea à matre & cæteris mulieribus in Ci therōe discerptus. uide Ouid. lib. 3. Metam. Antiopes pius, scilicet partus, quo editi sunt Amphion & Zetus: difficilis autem partus Iocastæ, quippe quæ ex filio Oedipo conce/ perat. Erat Ino amans filij: nam cum Melicerta, ut furorē mariti effugeret, in mare se præcipitē dedit. sed impius A/ thamas. Miserabile semper oppidum, ecce ut bonorum & odiosorum sermonum de Thebis sufficit historia.*

Βιάνορος.

Σάρδιες αἱ τὸ πάλαι.) *Alloquitur Poëta Sardis ciui/ tatē Lydiæ, olim opibus & diuitijs abundantißimā, nūc au tē plus quàm miserā & calamitosam. Cuius reges recēsen tur ab Herod. lib. 1. Veteres Sardis ciuitas Gygis, ille enim secūdus fuit à Candaule, cui succeßit Ardys, Ardyi Sady attes, Sadyatti Halyattes, huic deinceps Crœsus.* ἐπλινθώσασθε, *ædificastis. sicut* πλινθεύειν *nō tantū cōpo/ nere lateres, sed & ædificare & coagmentare significat. Nunc autem totæ miseræ in unum malū raptæ, in profundū*

ex uasto

ex uasto hiatu cecidistis. Βοῦρα pro βόρα, uorago (inquit) estis, & reuoluta in Helicen, id est terræmotu sublata, ut Helice urbs Peloponnesi.

Δούριδος ἐλεάτου εἰς τὸν κατακλυσμὸν ἐφέσου.

Ἠέριαι νεφέλαι.) Quærit ex nubibus, unde tantũ aquæ biberint, quæ Ephesum urbem Asiæ longè clarissimam noctu submerserint. Pro ἄμμα in quinto uersu melius legitur ὄμμα, quod sensui longè est accommodatius. Si placet, & huius uersionem Latinam accipe:

Aëriæ nubes, ubi amaro flumine potæ,
Omnia nocturnis diripuistis aquis?
Innumeras Ephesi tectis sublimibus ædes,
Atq; tot annorum non numeranda bona.
Quò superi tali flexerunt tempore uultum?
Eheu nunc Asiæ maxima scena iacet.
Omnia respondent facie uoluentibus undis,
Et rapidis fluuijs in mare tracta ruunt.

Ἰωάννου Βαρβουκάλλου ἐπὶ τῇ κατακαύσει Βηρυτοῦ.

Ἁδ' ἐγὼ ἁ τλάμων.) Berytus urbs Phœniciæ, à fœcunditate aquarum sic dicta (βὴρ enim Phœnicibus, ut author est Stephanus, aqua: & Syris fons dicitur) inundatione & incendio totam se haustam lamentatur, postulans à prætereuntibus, uel defleri suam calamitatem: Epigrammate minimè obscuro, cum cæteris eiusdem poëtæ, miseriam & uastitatẽ huius urbis explicantibus. ἁλιπλανέες, maris errones, id est nautæ. ὁδοιπλανέες, uiatores.

Ἀντωνίου ἀργείου.

Ἤπειρον ἐγὼ πέζουσα.) Loquitur Argos, se nũc stabulũ

esse

esse armentorũ, id est desertum, quæ prius mater Agamem nonis, quem Iliadibus amaram stellam fuisse testatur, fuerit: ac serò tandem Priamo pœnas illati belli dedisse. Concordat per omnia cum superioribus.

Αδηλον.

Ιλήκοις πολιοῦχε.) Stomachatur & expostulat Ilios cum Minerua, quòd quum sumptuoso templo à se sit honestata, tam malam gratiã ciuitati benemeritæ retulerit : sed pro unico pomo, tã præclaræ urbis maiestatẽ aboleri permiserit. quum satis fuisset pastorem, id est Paridem, si quid deliquerat, pœnas pependisse, patria extra noxiã existente. ἰλήκοις.) propitia sis, inquit, ô patrona ciuitatis, &c. Precatur prius ueniam, ne expostulatione animum Mineruæ magis exasperet.

ΕΙΣ ΠΟΝΗΡΟΥΣ. 74.

Φασὶ παροιμιακῶς.) Huius epigrammatis sensum ex Chiliadibus Erasmicis pete, in explicatione prouerbij, Virum improbum uel mus mordeat.

Παλλαδᾶ.

Εἰ τοὺς ἀνδροφόνους.) Imputat Ioui parricidarum felicitatem & impunitatem. Hoc epigramma quia facile est, ad uerbum penè sic transtulimus:

Si parricidas fœlices esse uidemus,
  Haud mirum: hic illis à Ioue habetur honos.
Quandoquidem exosum occidisset & ille parentem
  Saturnum, humano si genere ortus erat.
Nunc uinctum punit dira cum pube gigantum,
  Latronem ut, stygias pro nece subter aquas.

Αρχίου.

Ο σαφυλοκλοπί*ας.) Vuarum furem pœna tandem

affectum

affectum esse dicit, & palmitibus furtiuis uerberatum.

Αδήλου.

Μισῶ τὸν ἄνδρα.) *Senarij duo ex tragœdia quapiã Euripidis, in uirum lubrica & insincera fide, qui aliud lin gua promptum, aliud corde clausum habet. uide Erasmũ in prouerbio, Duplices uiros.*

ΕΙΣ ΠΟΡΝΑΣ. 75.

Παλλαδᾶ.

Τὴν κίρκην οὔ φημι.) *Negat Pallada commen/ tum Homericum de Circe (quod est Odyss. κ̄) uerũ esse: quo dicitur, quod ad se accedentes in feras & bestias transformauerit. sed quod potius eos blanditijs inescatos, et apud se ut insidiosa meretrix detentos, ad summas rei fa/ miliaris angustias redegerit. Huius tamẽ aculeata blandi/ loquentia Vlysses nullo Mercurij, sed propriæ rationis sub sidio euitauit.* πανοῦργος, *uafra, uersipellis, maliciosa:* δελεασθέντας, *inescatos.* δίκην ζώων, *in morem, seu instar animantium irrationabilium.* τῆς νεότητα, τῆς φιλότητα γοητείας, *ueneficio remedium repugnans.*

Σιμωνίδου.

Εὔφρω, καὶ θαΐς, καὶ βοίδιον.) *Cauendas esse mere trices naucleris, docet Simonides, propterea quod Sireni/ bus sint longè perniciosiores: indicans, quos nauicularios euerterint.* εἰκόσοροι, εἰκοσάκωποι, *exponente Hesy/ chio, uiginti remis instructæ. epitheton est nauis onerariæ.*

Νικάρχου.

Τῆς μὴ γαστρὶ λαβοῦσα.) *Heliodoro Philœnium mere trix prolem fœmineam, partu intellige suppositițio, quod* ἀπὸ ταὐτομάτου *significare uidetur. Cuius gratia quũ ille doleret, uirilem prolem malens, sex interiectis diebus,*

eidem

eidem masculum enixa est. Qua re meretriciæ fraudes & imposturæ notari uidentur. Dicit itaque, si ad hunc modum singulæ mulieres parerent, quis sermo futurus esset de dea Diana, scilicet quam Βούβαστιν uocat.

Ἐπιγόνου.

Ἡ τὸ πάλαι λαΐς.) Laïs Græciæ meretrix notißima de se loquitur, Laïdi Laïdem, id est se sibi non amplius esse cognitam, cuius tamē telo, hoc est amore & desiderio, quondam omnes sint uulnerati.

Ἀδήλου.

Ἡ τὸ πρὶν αὐχήσασα.) In meretricem quondam arrogantem, & tenues fastidientem, demum quoslibet admittentem.

Στράτωνος.

Ἐστι Δράκων τὶς ἔφηβος.) Obscœnum est distichon in adolescentem pathicum nomine Draconem, quod alius pro me exponat. neq; enim lubet in his esse ingeniosum.

ΕΙΣ ΠΟΤΑΜΟΥΣ. 76.

Ἀντιφίλου.

ΑΒροπόδη χείμαῤῥε.) Ad torrentem Poëta loquitur, unde nam repente auctus uiatoribus iter interclujerit. quem tamē solis feruor tandem coarguit, ipsum nec fœcundum fluuium esse, & tantum alienis aquis intumuisse. κορύσσῃ, concitus ruis, seu fluis. ἠράνισ', mutuo accepisti, collegisti scilicet aquas ex turbidis nubibus.

Ἀδήλου.

Λάρνακα πατρώων.) De filio quodam, qui è torrente capsulam paternorum oßium reliquias continentem seruauit quidem, ipse tamen pro hoc pietatis officio in undis perijt. Epigramma planum, quod sic transtuli:

Vrna

Vrna non magna uidit torrentibus undis
Fortè paterna pius filius oſſa uehi.
Quem dolor audaci repleuit pectore, fluctus
Nam ruit in rapidos, ferret ut acer opem.
Et miſer oſſa quidem ſeruauit, at ipſe ſub imis
Fluctibus abſorptus pro oßibus oppetijt.

Ἀδήλου.

Ἰμερόεις ἀλφειέ.) *Carmen eſt incerti autoris, de Alphei fluuij Elidis et Arethuſæ fontis Siciliæ amore, de quibus eſt apud Ouidiũ lib.5. Metamorph. Itẽ Solinus de his aliquid memorat. Strabo lib.6. cauſam quoq; indicat, quæ huic fabulæ occaſionẽ dederit. In uerſibus nihil eſt obſcuritatis. Infrà tamẽ pro εἰδόλις, corrige et lege εὐειδέσιν ἀρύουσα.*

Διοσκουρίδου.

Αὖλιν ἀρισταγόρεω.) *Nilum Poëta alloquitur, qui ſua inundatione Ariſtagoræ caſam, & rẽ familiarẽ unà cũ hoſpite abſtulit, cæteris quidem ruſticis dulcem & gratam aquam, ſoli Ariſtagoræ amaram effundens.*

ΕΙΣ ΠΤΩΧΟΥΣ. 77.

Φιλίππου.

ΛΙμὸν ὀϊζυρὴν.) *Nico anicula famem propulſare uolens, cœpit cum puellis ſpicas legere: quæ quũ ex feruore ſolis perijſſet συνέριθοι, id eſt puellæ coadiutrices & mercenariæ ex calamis ſeu ſtipulis ignẽ congeſſerunt, quẽ ἄξυλον, id eſt ſine lignis ignẽ uocat. Precatur itaque poëta Cererẽ, ne hoc ægrè ferat, quod puellæ aniculã è terra factã, terræ ſeminibus induerint, id eſt combuſſerint & ſepeliuerint.*

Παλλαδᾶ.

Μηδέποτε ζήσας ὁ πένης βροτός.) *Indicat hoc tetraſticho Palladas, miſerè & egenè uiuere, non eſſe uiuere: Ipſos*

Ipsos autem diuites, & egregiè nummatos, morte plerunque; præueniri, ut partis opibus frui nequeāt. Viuere tamen non simpliciter hic uiuere significat, sed uoluptuosè, molliter, ac genialiter uitam agere. sicut apud Catullum, Viuamus mea Lesbia, &c. Et Terent. Vixit, dum uixit bene. & Viuite lurcones, comedones, &c.

Nunquam uixit egens, nec fato aufertur iniquo:
  Viuere quem ratus es, mortuus ille fuit.
Quos fortuna fauens opibus cumulauit opimis
  His equidem sæuæ est falx metuenda necis.

Αδήλου.

Εἰ χείσισ' ἐσὶ κάτω.) Paupertatem, qua affliguntur hic homines, nō dubitat etiam apud inferos afflictionem et supplicium fore hominibus, si iudicio homines impij infra condemnantur.

Αδήλου.

Οὗτος ὁ μηδὲν ὁ λιτός.) In paupertatem seruilem, cui qui seruus est obnoxius, iam non suæ, sed alienæ animæ est dominus.

Αδεσπότου.

Χρήματα καὶ πόρναις.) Contemnit pecuniam, qua etiam meretrices, & lenones, & fœneratores, & Midæ, & id genus homines uilißimi & deterrimi omnium maximè abundant.

ΕΙΣ ΣΙΩΠΗΝ. 78.

Παλλαδᾶ.

Η Μεγάλη παίδευσις.) Silentium ἀνυπεύθυνον καὶ ἀκίνδυνον γέρας esse, uel Pythagoræ testimonio docet Palladas, epigrammate multum eleganti, & omnibus memoriæ mandando. In quam sententiam plura

plura extant paſsim ſcripta quum apud Græcos authores, tum apud Latinos.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πᾶς τις ἀπαίδευτος.) Tantum authoritatis & ornamenti obtinet ſilentium, ut homini etiam imperito & indocto, prudentiæ opinionem conciliet, ſi garrulitatis uitiũ nouerit comprimere.

ΕΙΣ ΣΟΦΙΑΝ. 79.

Κριναγόρου.

Ἄχρι τεῦ ὦ δειλαιε.) Reuocat animum ab inanẽ ſpe, & ineptis aſtrorum ſpeculationibus, & obſeruationibus atq; prædictionibus, ad manſuetiora Muſarum ſtudia, quod ea uana ſint plerunq; quæ ex aſtris promittũtur, quodq; hominibus nihil accidat caſu fortuito, hoc eſt citra laborem. Quo uſq;, inquit, ô miſer anime uanis cum ſpebus uolans frigidas prope nubes, alijs alia ſomnia deſcribes ἐπ' ἀφένοιο, ad diuitias ſcilicet parandas. κτητὸν γὰρ θνητοῖς οὐδ' ἓν αὐτόματον. Memorabilis et notabilis ſententia. Mortalibus nihil ultrò, id eſt per ſe contingit. Eſt adhibenda opera, & diligenter annitendum, aliquid acquirere uolentibus. Quin ad Muſarum munera te confers, hæc autem friuola & obſcura ſimulachra animæ, ἠλεμάτοισι, ſtultis relinquas.

Ἀπολλωνίδου.

Αἴτιος αὐσονίων.) De Aetio quodam Romanorũ conſule, quem ego Adrianum Cæſarem fuiſſe opinor, qui totã Græciam peragrauit, id quod perſpicuum fit legenti Spartianum & Dionem.

Νέστορος.

Τίπτέ με θρυλλήσαντες.) Increpat Neſtor poëta

m equites

equites homines barbaros, se canentē interturbantes, dicens ipsorum non esse canere, sed equitare.

παύλου σιλεντιαρίου.

Οὐ τὸ ζῆν χαρίεσσαν.) Festiuū epigrāma & elegans, quo innuit parum gratiæ & uoluptatis esse in uita, si quis curas ex animo non eiecerit. Optat præterea sibi quod satis est, abominans superuacuā & insanā congerendi auri meditationem. Hac enim nō raro fieri, ut paupertas diuitijs sit potior, & mors quàm uita optabilior. Hæc itaq; scientibus suadet, ut ad unicū sapientiæ studiū, tanquā solā & solidā spem respiciamus. πολιοκροτάφους, facientes cana tempora. aliàs apud Homerum est epitheton senum, habentiū cana tempora. χρυσομανής, auri amore insaniēs. ἠΐθεος, iuuenies.

Εἰς τὴν φιλόσοφον ὑπατίαν.

Οταν βλέπω σε.) Hæc Hypatia, cuius sapientia hoc carmine celebratur, fuit, ut author est Suidas, Theonis philosophi Alexandrini filia, & ipsa philosophiæ studijs excellenter imbuta, nec paucis cognita. uxor autem Isidori philosophi. Vixit hæc tempore Arcadij: nec pauca monumenta transmisit ad posteros, quæ à Suida nominatim recensentur. Fuit autem ab Alexandrinis discerpta demum miserabiliter ob inuidiam, & supra modum excellentem sapientiam, neq; non Astronomiæ mirificam cognitionem, corpore per totum oppidum disiecto, & contumeliosè affecto.

ΕΙΣ ΕΥΚΡΙΣΙΝ. 80.

EI κύκνῳ δύναται.) De inæqualibus inter se cōparatis, aut de rebus factu impoßibilibus rectè usurpabimus hos uersiculos. κόρυδος, uilißimū auiculæ genus, minimeq;

minimeq; canorũ, strepit tamen utcunq; inter aues mutas, apud lusciniã canens ferri nequaquã posset. uide Erasm. in prouerb. Inter indoctos etiã corydus sonat. item, Corydi iuuenta. Lucianus in Electro negat cygnos canere, sed de his uiderint poëtæ. Plato certè in Phædone eos imminente morte perhibet suauißimè canere. Quis autem is fuerit Palladius, incertum est. Suidas cuiusdam sophistæ meminit hoc nomine, sed Methonæi, qui floruit Constantini Cæsaris temporibus.

ΕΙΣ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΝ. 81.

Ἀντιγένης ὁ γελῶος.) Venimus nũc εἰς ταμεῖον ἀρετῆς τῆς σωφροσύνης, de qua primũ est epigrãma Antipatri Thessali, de quodã Antigone Siculo, qui moriturus filiã suã cohortatus est ad modestiã et temperantiã, quod hæc dos esset longè firmißima. γελῶος, Gelous, id est Siculus, nomẽ gentile, à ciuitate Gela Siciliæ, à fluuio eiusdẽ nominis eã præterfluẽte sic dicta. Quanquã Stephanus scribat γελαῖος, et nõ γελῶος dicendũ esse. Cætera satis clara sunt. Hoc epigramma, quia mihi uisum est cæteris elegantius, Latinum sic fecimus:

Antigenes Siculus Stygias iturus ad umbras,
Edidit hæc natæ iussa suprema suæ.
Heus mea nata, colum exerce, tenuemq; Mineruam,
Quæ tibi uictum inopi largum operosa dabit.
Desponsanda uiro mores retineto pudicos:
Haud meliore potes dote placere uiro.

Porrò pro ἐς in penultimo uersu, lege εἰς.

Ἄδηλον.

Σωφροσύνη καὶ ἔρως.) Et continentiã et amorẽ hominibus iuxtà nocuisse, probat exẽplo Phædræ et Hippolyti.

Παλλαδᾶ.

Νηδὺν ἀναίσχυντον.) Hic ratione & temperantia uentrem se domuisse dicit, quem menti subiectum facilè do/mabilem & uincibilem esse affirmat. ᾔσχυνα, dedecore seu turpitudine affeci.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐδὲν σωφροσύνης.) Nullum certum esse argumen/tum aut signum muliebris castitatis & temperantiæ scri/bit Pallada, propterea quod & deformes animi in libidi/nem prompti suspicione non careant: nec formosæ semper intemperanter & libidinosè uiuant. Fieri enim posse ait, ut formosa & prece & precio multum sollicitata, non con/sentiat petentibus, & deformes non difficulter uirorum uo luntati gratificentur & obsequantur. Negat enim hunc fi/de dignum castitatis morem esse, si qua contractis superci lijs non ridens uirorum aspectum auersatur, quum reperi/antur mulierculæ clàm libidinosißimæ et salacißimæ, pro/palàm uerò pudicæ & uenerandæ: contrà palàm hilares, & cum omnibus amanter & humanè colloquentes, castæ tamen & pudicæ, si tamen omnino ulla mulier casta per/hibenda est. Pro ἐχέγκυος, emenda ἐχέγγυος.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γαστέρα μισήσει.) Ventrem intemperãtiæ causam esse testatur hoc disticho.

Αγαθίου.

Καλὸν μὲν συνγόδεμνον.) Cœlibatum hoc carmine laudat Agathius, sic tamen, ut uehementer masculam illam & detestandam Venerem improbet, in quã παιδεράσται φυγόδεμνοι καὶ μισόγυνοι turpißimè prolabũtur. Car men explicationẽ nõ eget, quod tamen omnibus Papistis et sacerdo/

ſacerdotibus & monachis optarim eſſe notiſſimū, qui ha/ ctenus matrimonium, ut rem impuriſſimam, extremè abo/ minati damnauerunt.

ΕΙΣ ΤΙΜΗΝ. 82.

Παλλαδᾶ.

Ἐκλήθην παρὰ σοῦ.) *Candorem animi ſui indicat, quòd quum inuitatus neglectus eſſet, honore conten/ tum ſe eſſe dicat, quo animus paſcitur: nec ei propterea mi nus eſſe amicum, quàm ſi cum eo cœnaſſet.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Πολλάκις ἐξέστησα τεὴν φιλότητα.) *Sæpe, inquit, demiratus ſum tuam amicitiam, & contumeliam ſeu in/ iuriam: quumq́; longè leuiorem tuam amicitiam didiciſ/ ſem, & planè urgentem ad conuicium, diſiunctus ſum ab amicitia tua, non ultrà ferens iniuriam ignominioſiſſimā. Non ualde reſpondet huic titulo hoc tetraſtichon. Poteſt ta men non ineptè torqueri in amicum iniurioſum & contu/ melioſum. In ſecundo carmine emenda* σύν, *in* σήν.

ΕΙΣ ΤΥΧΗΝ. 83.

Ἐλπὶς καὶ σὺ τύχη.) *Iubet longū ualere & ſpem & fortunam, & alijs illudere, ſe in portu iam naui/ gare affirmans.*

Λουκιανοῦ.

Ἀγρὸς ἀχαιμενίδου.) *Nulli certam eſſe ullius rei poſ/ ſeßionē, ſed omnia eſſe fortunæ, probat agello quodā Achæ menidis, cuius ſubinde alius atq; alius erat poſſeſſor. Hi uerſiculi à multis in Latinum uerſi ſunt, quorū translatio/ nes mihi non uacabat adſcribere.*

Ἀδήλου.

Αἴθε πατήρ μ' ἐδίδαξε.) *Hoc exercitij gratia ſic*

transtulimus, propemodum uerbum uerbo:

Pascere oues utinam didicissem patre magistro,
Sub petra ut recubans, umbrosis siue sub ulmis,
Tristia compactis solarer corda cicutis.
Vrbis periuræ fugiamus mœnia Musæ:
Quæremus patriam: populis annuncio cunctis,
Florilegas quod apes fuci læsere maligni.

Παλλαδᾶ.

Τύχη καπηλεύουσα.) *Cauponi fortunam aßimilat, quod pro suo arbitratu totã uitã cauponis instar cõfundat, tẽperet, ac misceat. iambi sunt per se satis plani cũ duobus sequentibus, quibus dicit se uidere res conuersas, & iam ipsam fortunam infortunatè & infeliciter agere.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Καὶ σὺ τύχη δέσποινα.) *Quærit ex Fortuna, qui factum sit, ut & ipsa cum infortunio confliċtetur: admonens eam, ut discat suos fluxus, id est aduersitates et casus ferre, quos alijs obijcere consueuit. Neq; dissentit sequens admodum ab huius sensu. itaque ad alia declaranda nos conferamus.*

Απολλωνίδου.

Αγγελίης ἤκουσεν ἀνωΐστου.) *De Melitina, quæ falso nuncio persuasa, credidit filium ipsius in mari submersum perijsse, & alterius suffocati corpus loco proprij filij sepeliuit. Cui tandem ex improuiso filius saluus superuenit.* ἀγγελίης ἀνωΐστου, *nuncium improuisum, seu insperatum.* ἁλίκλυσον *scribendum est per υ in penultima, id est fluctibus marinis aspersum.* υἱέα δ' ὡς ἔστειλε, *id est, tanquã filiũ ornauit, scilicet procurato funere.* νηὸς ἀθραύστου, *naue illæsa, infracta, non uulnerata.* ἄελπτον, *inspe-*

insperatū. κείνῃ, illa, scilicet cuius erat sepultus à Meli/
Ἀγαθίᴕ. (tina filius,
Γειπεύς τις μογέοντι.) De piscatore quodam pau/
pere, quem opulenta puella miserata, maritum sibi fecit. il
le autem præter spem subitò locupletatus, quum insolentius
se gereret, Fortuna Venerem compellauit, hunc non esse lu
dum aut certamen Veneris, sed Fortunæ. εὐκτέανος, be/
ne diues. σύνευνον, thalami consortem. ὄγκον, tumo/
rem, fastum. ἀγὼν, ludus, certamen.
Εἰς ἄρχοντα ἀνάξιον τῆς τοιαύ/
της προαγωγῆς.
Οὐκ ἐθέλουσα τύχη.) In imperatorem, seu principem
indignum tali obseruatione, seu antecessione & stipatione.
Sanè hoc distichon in multos hoc seculo τοὺς ἄρχοντας
torqueri poßit.
Λουκιανοῦ.
Μὴ πταίων, φίλος εἶ.) Felicibus amicos esse innuit &
deos & homines: contrà infelicibus, & impingentibus in
aliquod infortuniū seu damnū, nullos. hoc enim est πταίειν,
labi & impingere in damnū aliquod. Ab hoc epigramma/
te non admodum discrepat, quod scripsit Ouidius:
Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.
Παλλαδᾶ.
Εὖγε λέγων τὸν καιρόν.) Rectè à Menandro occa
sionem seu tempus deum dictum esse ait, quod non raro
aliquid longè melius ultrò accidat, quàm nimia cura pa/
rari aut excogitari potuerit.
Τοῦ αὐτοῦ.
Οὐ λόγον οὐ νόμον οἶδε, &c.) Pulcherrima epigram

mata hæc omnia, & digna in quibus trãsferendis studiosi iuuenes se exerceant: sicut et hoc est, quo fortunã dicit nec ratione, nec lege ulla moueri, sed tyrannidem quandam in homines exercere, & multò propensiorem esse ad iniustos & conscelleratos homines, quàm bonos & iustos. quare maximè temerariã & stultam potentiã suam demonstrat.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Ἡ ῥάγη ποῦ τὸ φρύαγμα.) *Insultat cuidam præfecto aut præsidi, quòd uiolentius & contumeliosius prouinciales aut subditi sint habiti, quod tandem imperio propter tyrannidẽ exciderit. agitq; Fortunæ gratias, quòd ex æquo omnibus illudat.* φρύαγμα, *fremitus, iactantia, gloriatio.* ἀρχίποροι κόλακες, *qui semper latus claudunt principum, proximi existentes.* τοῖς προτερέν δὲ οἰκτροῖς, *prioribus miseris, id est qui prius à te miserè afflicti sunt, dedit fortuna iam contra te calculum, ut te indignũ imperio, profligatum exterminarent & eijcerent.* κλυτόεργε, *ô inclytis operibus spectata Fortuna. Est enim perinclytum opus Fortunæ, quoties fit, ut qui abutitur potentia, dominatu excidat, &c.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Εὖ τέ τις ἐκ πενίης.) *Qui pauper quondam repente diues factus, aut dignitatem aliquam consequutus, prioris conditionis obliuiscitur, & ueteres amicos repudiat, ille quanta sit lubricæ fortunæ instabilitas planè non didicit. Talem itaq;, ne Fortunæ indulgẽtia corruptus intumescat, Agathius admonet, ne iterũ factus mendicus, Fortunæ inconstantiam suo malo persentiscat.* τὴν ποτὲ φιλίην, *ueterem amicitiam.* ἀπαναίνεται *scribendũ est, non* ἀπαινείνεται, *id est recusat, repudiat.* ἀκόλους, *frusta panis,*

nis, qualia mendici colligunt. φίλος, ô amice (uocatiuus est Atticus) omnia prætereunt, omnia sunt uana, omnia falsa, fragilia, & caduca. Quod si uerbis meis fidem non habes, rursum αἰτίζων, mendicum agens, te ipse testem habebis.

Παλλαδᾶ.

Παίγνιόν ἐστι τύχης.) Humanam uitam Fortunæ ludum esse dicit, quod misera & uagabunda inter paupertatem & diuitias circūuertatur: ipsaq́; Fortuna iam hos extollat, illos deprimat.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αν μὴ γελῶμεν.) Iambici Senarij sunt, quorum sensus est: ridendam esse potius Fortunam, quàm de ea conquerendum, si nō ipsi nobis dolorem concinnare uoluerimus, uidentes indignos homines feliciores esse, quàm bonos & integros. Cōparat autem Fortunā meretrici, quæ suo fauore & beneuolentia perinde incerta est et mobilis, quemadmodum amore meretrix. προξενοῦμεν, conciliamus.

Αδηλον.

Ολβιον ἀνθρώποισιν ἔχεις φάος.) Hic Fortunam laudat. O generosa, inquiens, Fortuna, immortale æuū, feliceq́; lucem hominibus, scilicet σῇσιν ὑπ᾽ ἐννεσίαις, tuis iussis uel consilijs. Omnia enim tuo nutu ferunt gloriā. siquidem cui tu dextra manu sustines immensum collum, id est, cui tu fautrix es & beneuola, huic etiam reges applicantur, & oratores, quos παραφραστικῶς λογίων ἀγέλης ἡγεμόνας uocat, quasi dicas, & duces eruditi gregis.

Αδηλον.

Οταν λογισμοῖς.) Et hic propter instabilitatem Fortunam fallaci meretrici comparat. Sunt autem iambici se-

narij, ut uenusti, sic satis clari & aperti cum sequentibus.

Αδηλου.

Πολλὰ τὸ δαιμόνιου.) Epigramma perquàm uenustũ, quo minatur superbis & arrogantibus, ne fortunæ indulgentia abutantur, ne, quod plerunq; usuuenire solet, in altum sublati, ab eadem grauiore casu delapsi præcipitentur. Multa, inquit, Fortuna potest, tametsi sint inusitata & inaudita. Paruos sursum ducit, magnos autem deorsum trahit. Etiam tuum supercilium & fastum sedabit, id est compescet, & si fluuius auri fluenta tibi exhibeat. non iuncum, non maluam uentus unquam: maximas autem aut quercus, aut platanos nouit in terram prosternere.

ΕΙΣ ΥΠΕΡΟΨΙΑΝ, In despicientiam, siue superbiam. 84.

Ηλλακτ' ἐξαπίνης κορνήλιος.) Indignatur hic Cornelij adolescentis amasij sui animum esse mutatũ, nec amplius tenui & poëtica uita delectari, sed ab opulento aliquo pecunia corruptũ. ἤλλακτ', inquit, mutatus est repente Cornelius, neq; ἐπὶ λιτῷ, in frugali, tenui, uili, humili nostra & Musis gaudente uita delectatur. Leui autẽ spe attollitur. nõ amplius nos, scilicet ei sumus, qui prius, scilicet eramus: sed alia spe suspenditur, id est pendet ex alia spe. Cedamus ô anima. πεπαλαίσμεθα, deuicti sumus. ne obnitere, siue caue nę ipse obnitendo uioleris. iacemus in terra sub arte argentea, id est uicti sumus pecunia. & hoc est, quod despicatui habemur.

Παλλαδᾶ.

Αμ μνήμης ἄνθρωπε.) Contra eos, qui generis claritate et nobilitate cristas erigunt, sibiq; ob famosas maiorũ imagines supra modum placent, hoc epigramma scriptũ

est.

est. Quod enim ad generationem & natiuitatem attinet, nullus est alio melior, quum omnes eadem ratione & concipiamur & gignamur, nempe libidinoso actu intẽperantis & prurientis Veneris, & una atq; altera guttula seminis prolifici. Versiculi satis clari sunt, & sunt alioqui à multis doctis iampridem Latini facti.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἠέρα λεπταλέου μυκτηρόθεν.) Et hoc epigrammate retundit poëta nostram arrogantiam, quum tota uita nostra non nisi tenui & leuicula aura sustentetur, qua uel modicè compressa, ilico nobis moriendum est. Hos uersus sic in Latinam linguam inter annotandum conuertimus:

Spirantes tenuem uiui de naribus auram,
    Cernimus astriferi lucida templa poli.
Hac quotquot uita fruimur, sumus organa: flatum
    Auræ uitalis corpore suscipimus.
Quam si quis modica palma compresserit, ille
    Mox anima elisa pallida regna petet.
Quum nihil ergo sumus, cur sic iuuat esse superbos?
    Quos modici pascit aëris aura leuis.

In ultimo carmine pro Βοσκόμενοι, lege & emenda Βοσκόμενοι.

ΕΙΣ ΦΗΜΗΝ. 85.

EI θεὸς ἡ φήμη.) Omnes poëtæ tam Græci quàm Latini Famam deam esse fingunt, quos & hic Palladas sequutus est. de qua sic Hesiodus omnium pulcherrimè in secundo libro:

δεινὴν δὲ βροτῶν ὑπαλεύεο φήμην,
φήμη γάρ τε κακὴ πέλεται, κούφη μὲν ἀεῖραι

ῥεῖα

ῥεῖα μάλα, ἀργαλέη δὲ φέρειν, χαλεπὴ δ' ἀκριβέσθαι.
φήμη δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥντινα πολλοὶ
λαοὶ φημίζουσι, θεός νύ τίς ἐστι καὶ αὐτή.

ΕΙΣ ΦΘΟΝΟΝ. 86.

Ο φθόνος οἰκτιρμοῦ.) Hoc epigrammate huius prouerbialis sententiæ, Præstat inuidiosum esse quàm miserabilem, sensus explicatur. De quo uide Erasmũ Chililiade quarta, centuria quarta, prouerbio octuagesimo septimo. Eiusdem Palladæ iambi, qui sequuntur, quia satis clari sunt, non requirunt nostram interpretationem.

Ἀρίστωνος, ἢ Ἑρμοδώρου.

Πριομένα καλλεῖ.) Argumentum fabulosum, de Iunone ob raptum Ganymedem stomachante. quod sic Latinis uerbis sumus interpretati:

Puncta Phrygis rapti nimia Saturnia forma,
Inuidiæ stimulis sic agitata refert:
Troia Ioui peperit flammas enixa uiriles,
Huic mittam flammas maxima damna Parin.
Non aquilam, sed aues iubeo expectare rapaces
Troiam, ubi iam Danaï Pergama uasta dabunt.

Ἄδηλον.

Ο φθόνος ἐστὶ κάκιστον.) Latinè sic:
Grande malum liuor, tamen est bonitatis in ipso
Nonnihil: osorum lumina corq; uorat.

ΕΙΣ ΦΙΛΑΡΓΥΡΟΥΣ. 87.

Πλάτωνος.

Χρυσὸν ἀνήρ.) Hoc distichõ in uita Platonis apud Laërtium, tum apud Ausonium uersum inuenies, cui respondet & sequens Statyllij Flacci.

Ἄδηλον.

Ἄδηλον.

Τέρπε δανειζόμενος.) *Oblecta,inquit,tuum animum mutuum accipiendo,fœneratoribus autem relinque calculum digito dolenter inflexo: quod fit,quando pecunia mutuo accepta est renumeranda,tum ægrè & cum dolore incuruatis digitis resoluimus.* καμψοδύνῳ, *componitur à* κάμπτω,*flecto,&* ὀδύνη,*dolor.*

ΕΙΣ ΦΙΛΙΑΝ. 88.

Κισσῷ μὲν διόνυσος.) *Hedera Bacchus gaudet, ægide autem Iuppiter,incolæ hospitibus,ciuitas uerò incolis.*

Ἄδηλον.

Θησαυρὸς μέγας ἐστι.) *Latinè sic:*

Heliodore,bonus thesauri est instar amicus
Permagni,si quis scit retinere diu.

Ἄδηλον.

Μή ποτε τὸν παρίοντα.)*Latinè sic:*

Ne quæras alium præsentem exosus amicum,
Credens quæ retulit turba maligna tibi.

Vel sic:

Ne quæras alium ueteris pertæsus amici,
Vera putans retulit quæ mala lingua tibi.

Cæterum in ultimo uersu pro δηλῶν, *legendum & scribendum est* δειλῶν,*improborum, qui inter amicos frigidam,quod aiunt,suffundunt, cuiusmodi quadruplatoribus & sycophantis iam totus orbis plenus est. Significat autē authore Hesichio,* δειλὸν, *etiam* πονηρὸν,*&c.*

Τίνας ἂν εἴποι λόγους φιλήμων
δι᾽ εὐριπίδην.

Εἰ ταῖς ἀληθείαις.) *Hic Philemon,cuius in titulo fit mentio,*

mentio, fuit Syracusius, poëta comicus, Damone patre pro gnatus. uixit autē tēpore Alexandri magni, Euripidis stu, diosissimus. suntq; hæc uerba ex una aliqua eius comœdia asscripta, quibus animi sui studiū & amorem in Euripidē testatur. De hoc ipso plura habes apud Suidam.

Ἄδηλον.

Γνήσιος εἰμὶ φίλος.) Constantem & syncerum ami/cum his uersiculis se esse significat, quos sic Latinos pro/pemodum κατὰ πόδας fecimus:

Sum syncerus amicus, amicum nosco ut amicum,
Auersans omnes quos liquet esse malos.
Nullum mente colo simulata: quos sed amare
Cœpi, hos perpetuò fidus amicus amo.

Ἄδηλον.

Πρᾶγμα μὲν ἔσθ' ὁ φίλος.) In fucatos amicos, quiq; al tem μέχρι λόγων amici sunt: & sicut hic loquitur, μέχρι προσηγορίας, salute tenus.

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΣ. 89.

Εἰς ἐμπεδοκλῆν.

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγώ.) Hoc distichon cum sequenti/bus uersiculis, quibus Empedocles ab Agrigentinis diuinos honores sibi petiuit, translatū inuenies apud Laër/tium in eius uita libro octauo.

Εἰς τὸ ἐγχειρίδιον.

Μῆτιν ἐπικτήτοιο.) Hunc libellū breues quasdam de philosophia sententiolas complectentem, & ad omnem ui/tā utiles, in Latinū transtulit Politianus: quem tandē Geor gius Haloāder, felicis memoriæ, apud Noricos dū ageret, Græcè edidit. Versiculi, quibus cōmendatur, cum sequen/tibus, per se satis plani sunt.

Εἰς μαρῖνον.

Καὶ τόδε σῆς ζαθέης.) Hic Marinus fuit Neapolitanus, rhetor & philosophus, Procli discipulus & successor, qui uitam Procli praeceptoris sui & prosa & uersu in literas retulit, & alias quasdam quaestiones philosophicas. De eodem require plura apud Suidam. Gratulatur itaq; poëta Proclo, quod Marinum suarum laudum encomiasten post se reliquerit.

Εἰς πλάτωνα.

Ἀτθίδος εὐγλώσσου.) Atticae beneloquentis, facundae os praestantißimum, non tua maiorem uocem Graecorum uniuersa ciuitas occultauit. Primus autem in Deum & in coelum oculos tendens diuine Plato, mores & uitam inspexisti. Socratico crateri Samiam, id est Pythagoricam prudentiam admiscuisti, pulcherrimum uenerandae dissensionis signum.

Ἀποφθέγματα τῶν ἑπτὰ σοφῶν.

Ἑπτὰ σοφῶν ἐρέω.) Neminem arbitror ita infelices in lingua Graeca progressus fecisse, ut in his & similibus carminibus meam operam admodum requirat. itaq; ad alia pergamus. Hoc epigramma translatum inuenies apud Ausonium.

Εἰς τὸ ὄργανον.

Ἀλλοίην ὁρόω δονάκων φύσιν.) Argutum epigramma, de organo Iuliani Caesaris, quo illius instrumenti & uocem & compositionem, ad haec in eo psallentis dexteritatem & celeritatem demiratur. Videndus Pollianus.

Ἄδηλον.

Ἀδήλου.

Τῆ τ̃ λόγων τοῦ.) De Porphyrio, eiusdemq; monumentis, quæ reliquerit, uide Suidam.

Ἀδήλου.

Η φύσις ἐξεῦρεν.) Elegans epigramma, editũ de officio epistolari, eiusq; instrumentis, quibus absentes de rebus nostris certiores facere possumus. Natura, inquit, inuenit amicitiæ leges, amans peregrinantium seu absentiũ instrumenta colloquij, id est, per quæ cum absentibus poßimus colloqui: nempe calamum, chartam, atramentum, characteres manus, id est literas, signa animæ à longè tristantis seu dolentis.

Εἰς ἡράκλειτον.

Μὴ ταχὺς ἡρακλείτου.) Heraclitus physicus, ut autor est Laërtius in eius uita, librum de Natura reliquit, quem de industria obscurius scripsit, ut soli eruditi illum legerēt, ne si à uulgo paßim legeretur, contemptibilis haberetur. Hunc quũ Euripides, ut idem Laërtius in uita Socratis testatur, Socrati legendum exhibuisset, rogassetq; quid sibi de eo uideretur, Socratem ita respondisse ait, ἃ μὲν συνῆκα γενναῖα, οἶμαι δὲ καὶ ἃ μὴ συνῆκα. πλὴν δηλίου δεῖται κολυμβητοῦ, εἰς τὸ μὴ ἀποπνιγῆναι ἐν αὐτῷ. id est, Quæ quidem intellexi, præclara: arbitror autem & ea quæ non intellexi, quanquã natatore Delio opus, ut ne quis in eo præfocetur. Hortatur itaq; hic Poëta lectores, ne cursim et obiter hunc Heracliti librum euoluãt, quod caligine & tenebris plenus sit: sed ducem & mystam sibi parent, cuius opere introducantur. Emendabis & scribes pro ἠρακλείτους, ἡρακλείτου. & in fine pro ἐελίου, ἠελίου. & pro ἀτρεπαντός, ἀτραπιτός, quæ

uitia

ultia typographorum incuria commissa sunt. Versionem apud Laërtium inuenies.

Εἰς πυθαγόραν.

Ἡνίκα πυθαγόρης.) Scribit Laërtius, Pythagoram hecatombem immolasse, quum inuenisset trianguli, quod ὀρθογώνιον appellant, subiectum latus tantundem ualere, quantum quæ illud continerent. Ea de re hoc epigramma loquitur. τὸ περικλεὲς γράμμα, celebrem illam lineã, scilicet trianguli.

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑΝ. 90.

Χειμερίαις νιφάδεσσιν.) Omnibus animantibus amorem & curam quandã eorũ quæ procrearunt esse innatã, quã philosophi στοργὴν φυσικὴν appellant, Alphæus docet exemplo gallinæ, quæ hyberno tempore niue prorsus obruta, tamdiu pullos suos alis texit & souit, donec frigore est exanimata. παλυνομένα, dealbata. τιθὰς ὄρνις, mansueta auis, id est gallina. εὐναίας, soporiferas. μέσφα, donec ipsam cœleste frigus peremit: siquidem permansit aëris reluctatrix cœlestium nubium, id est, è cœlestibus nubibus prouenientis. πρόκνη legendum est. Increpat Procnen & Medeam, quæ omni naturali affectu & beneuolentia exutæ, suos filios crudeliter occiderunt.

Ἀδηλον.

Ἐκ πυρὸς ἰλιακοῦ.) Hoc epigramma Marullus doctissimè sic transtulit:

Quum ferret medios proles Cytherea per hostes,
  Impositi collo languida membra patris:
Parcite (ait) Danai, leuis est sene gloria rapto,
  At non erepto gloria patre leuis.

Ἀρχίου.

Οὐ τόσσον ἀθάμας.) De Athamante, qui furore correptus, Learchū filium peremerit, suprà de urbibus abunde satis diximus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αἶαν ὅλην νήσους τὲ.) Et hoc epigramma perdoctè, ut omnia, Marullus transtulit ad hunc modum:

Quid uaga tot terras urbesq; emensa uolucris,
  Colchidos in sæuo nidificas gremio?
Pignoribusq; tuis credis malè sana fidelem,
  Ipsa suos partus quæ laniauit atrox?
Ni fœtus exosa tuos Pandione nata,
  Phasiaca quæris perdere sæuitia.

Ad hoc nōn ineptè allusit quidam ex Latinis poëtis, & neotericis:

Medeæ statua est, misella hirundo,
In qua nidificas, tuos ne credas
Huic natos, rogo, quæ suos necauit.

Μενεκράτους σμυρναίου.

Παισὶν ἐπὶ προτέροις.) De matre, quæ tribus liberis orbata, quartum non expectata infantis morte, ultrò occidit. ἀπλήστῳ δαίμονι, insatiabilem deum, id est mortem, seu orcum.

Ἀντιπάτρου θετταλοῦ.

Παιδὸς ἀφ᾽ ὑψηλῶν.) Huic epigrammati non dissimile infrà περὶ βρέφων habuimus, quod requirere potes, et cum hoc conferre.

ΕΙΣ ΦΡΟΝΗΣΙΝ. 91.

Η βραδύπους βουλή.) Meditatū et lentū cōsiliū, celeri et præcipitata incogitantia esse præstabilius.

Ἀδήλου.

Αδήλου.

Εἴς σε τὸ ἀψευδής.) Locus Homericus, ad quem alludit, haud dubiè is est qui habetur Iliados γ. Vide etiam alios.

αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται

ΕΙΣ ΦΡΟΝΤΙΔΑΣ. 92.

Μιμνέρμου.

Τὴν σαυτοῦ φρένα τέρπε.) Latinè sic:

Oblectans animum ciues contemne malignos:
Ille bene de te dicet, at ille male.

Παλλαδᾶ.

Εἰ τὸ μέλειν δύναταί τι.) Epigramma uenustum & elegans, quod cũ Euangelica doctrina planè consentit, Nolite soliciti esse, &c. Hoc nos sic transtulimus:

Si quid cura potest, sit sollicito tibi cura:
At si dijs curæ es, quid tua cura potest?
Sollicitus nec eris sine dæmone, nec sine cura,
Vt sit cura tibi, cura sit illa dei.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τίπτε μάτην ἄνθρωπε πονεῖς.) Admonet, ut omißis genealogijs, fortunam nostram boni consulamus, & uitæ tranquillitatem sectemur.

ΕΙΣ ΧΡΟΝΟΝ. 94.

Πλάτωνος.

Αἰὼν πάντα φέρει.) Aetate omnia auferri et mutari, tũ nomẽ, tũ etiã formã, cũ natura et fortunam.

Αδήλου.

Αργαλέως φέρεται πολιὸς χρόνος.) Duo epigrammata hoc loco confusa et simul scripta, quorũ primũ est de tempore: μηκέτι κληρονόμους ὀνομάζετε, de mortuis & hæredibus, non admodum concordans cum hoc titulo.

neutrum tamen prolixiorē interpretationem requirit, quū sit utrumq; satis perspicuum. Tu tamen distinguendum cu rabis, superposito etiam posteriori hoc titulo, Αδηλου. *In primo est iucunda paronomasia in* φαινομένους, *&* ἀφανίζειν. *In ultimo uersu prioris, pro* ἐρχομένων, *lege* ἐρχόμενον. τῶν πόλιν ἐκφέρομεν, *id est ciues, per syn ecdochen.*

Παλλαδᾶ.

Νυκτὸς ἀπερχομένης.) *Præteriti temporis nihil nostrum esse, & perinde in uita hac nobiscū agi, atq; si quotidie uiuere inciperemus. nec ullum senem de annorū multitudine gloriari posse, hoc epigramma demonstrat.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ω τῆς βραχείας.) *Vitæ ac temporis fugacitatem deplo rat, quod nobis dormientibus, & nihil sentiētibus elabitur. Iambi sunt senarij, ut ueri, ita mirè elegantes.*

Αδήλου.

Τὴν πρότερον θυμέλην.) *Notat sacrificium in Bacchanalibus, ubi pauperibus dabantur intestina, sicut testatur Aristophanes* ἐν νεφέλαις. *Hortatur itaq; pauperē, ut nō uertat se ad præterita, neq; respiciat, sed ad præsens, & emat quando uili sint foro. Ergo ad tempus respice.* εἰς χολοκογδόκαλα, *ad intestina, scilicet emenda.* χίλια, *mille, scilicet poteris emere, si temporis occasionem rectè obseruaueris.* τοῖς πτωχοῖς γὰρ ὁ χρόνος ἐστὶ θεός.

Αδήλου.

Τῆς ὥρας ἀπόλαυε.) *Latinè sic:*

Vtere temporibus, flaccescunt cuncta repente:
Hircus erit subitò, qui prius hœdus erat.

Αδήλου

Ἄδηλον.

Τὸ ῥόδον ἀκμάζει.) Distichon nemini non notum & obuium.

ΕΙΣ ΩΡΑΣ ΚΑΙ ΜΗΝΑΣ. 94.

Ἄδηλον.

Ἓξ ὧραι μόχθοις.) Huius distichi sensus uel leuissimè Græcis literis imbutis patet, quando eius etiam expositio appositis scholijs est explicata. Latinè sic nos reddidimus:

Sex horas iusto constat satis esse labori
Viuere, sed reliquæ grammate ζῆθι docent.

Μῆνες αἰγυπτίων.

Πρῶτος θὼθ ἔδαη.) Mensium Aegyptiorum nomina his uersibus recenset, exordium faciēs à Septembri. λήϊα δ' ἀνανθέντα, segetes arefactas, id est, maturas. Cætera plana sunt.

Μῆνες ῥωμαίων.

Ἐξ ἐμέθεν λυκάβαντος.) Percenset etiam menses Rhomanos, initio sumpto à Ianuario. ἴση δ' εἰκόσῳ, Mense Martio die uigesimo indicat esse æquinoctium. φυτοσκάφος, plantator, seu fossor. αὖθις δ' ἰσοπαλής.) Ait in Septembri noctem denuo parem fieri diei. In fine ultimi carminis emenda, et lege pro ἀντιάσι, ἀντιάσει, obstabit, à uerbo ἀντιάζω. Lætificanti enim semini (inquit) obstabit odiosa bruma, seu glacies.

Εἰς τοὺς αὐτούς.

Μὴν ὑπάτων πρῶτος, Ianuarius. αὔλακα τέμνει Februarius. Hoc intelligendum est de calidioribus, quàm Germania est, regionibus. apud nos enim eo mense omnia adhuc niue obruta, gelu rigent. ἐπὶ μῶλον, ad pugnam,

ad bellum. Εἰμὶ ῥόδων γενέτης, Iunius eſt. Lege & ſcribe in ſequenti carmine, ἀμαλλοδέτης, duplici λ, ligans & colligens manipulos. τὰ δ' ἐμὰ πτερὰ νείλου ἐγείρει, Auguſtũ intelligunt, quo menſe ſpirant etiam eteſiæ, quæ Nili incrementorum cauſa eſſe produntur.

Εἰς τὸ ἔαρ.

Χείματος ἠνεμόεντος.) De ueris amœnitate, carmen multo amœniſsimum, cuius difficiliores dictiones breuiter percurremus. Hyeme, inquit, uentoſa ab æthere diſcedente: ſimplex pro compoſito ἀποιχομένοιο, poſitum eſt. φερανθέος, florifera hora. θηλήσαντα, germinantia, παρὰ τὸ θηλεῖν, quod eſt uerbum Homericum. ἀεξιφύτου, epitheton auroræ aptum, quod ſuo rore plantas alat, & augeat. Pro κολπώσαντες, lege & ſcribe κολπώσαντος. referendum eſt enim ad ζέφυρον, Zephyro uela ſinuantes. εὐάζουσι, debacchantur uuifero. Βουγενέεσσι, epitheton apum è bobus genitarum, quod & ſupra habuimus. ἐφήμεναι, aptãtes, uel alueario inſidentes. νεόρρυτα, recenter fluentia. In proximo carmine, pro γύφωνος, ſcribe λιγύφωνος, dulciſonum, quod apud Homerum præconum ferè ſolet eſſe epitheton. Hoc elegantiſsimum carmen, non quo debuimus, ſed quo potuimus Marte, in Latium ſermonem ſic conuertimus, ſed alio genere carminis, nempe elegiaco:

Nubila uentoſæ tandem poſt tempora brumæ,
Purpurei facies florida ueris adeſt.
Terra patens uiridi ueſtitur gramine paßim,
Luxuriat folijs quælibet herba nouis.
Fœcundæ tenerum potantia prata liquorem
Auroræ, patulis cernite cuncta roſis,

Montis

Montis in excelsi iam uertice carmina pastor
Concinit, atq; sui gaudet amore gregis.
Currunt & timidi iam uasta per æquora nautæ,
Felici Zephyro uela regente ratis.
Nunc etiam celebrant euantes orgia Bacchi,
Implicitis hedera præuiridante comis.
Dædala quin etiam fingentes tecta, per agros
Florigeræ modò apes dulcia mella legunt.
Et modò dulcicanum resonat genus omne uolucrum,
Halcyones circum flumina curua uagæ.
Garrula fumosis sub tectis cantat hirundo,
In ripis cygnus, seu philomela rubis.
Quòd si planta comis, si tellus germine gaudet,
Carmina iam pastor si canit inter oues,
Per mare si currit iam nauita, si orgia Bacchi
Culta sonant, recinunt si modò carmen aues,
Si modò apes properant foetus educere: quare
Ipse poëta modò carmina nulla canam?

FINIS LIBRI PRIMI.

IN EPIGRAMMATVM GRAECORVM LIBRVM SECVNDVM ANNOTATIONES.



OTVS hic secundus liber est Satyricus, ledorijs, sannis, & subsannationibus plenus, quibus uitia partim carpuntur, partim diuersi generis homines salse subsannantur & irridentur, cuius primus titulus est εἰς ἀγωνιστάς. 1.

Λουκιλλίου.

Οὗτος ὁ νῦν ὀλυμπικός.) Ridet Olympionicen, qui cum pugillatu amisisset nasum, supercilia, aures, etiam paternis bonis à fratre orbatus est, quum nulla ex parte responderet priori imagini, quam frater in iudicio protulerat. Cæterum primus huius epigrammatis uersiculus est mancus & mutilus, nō secus atq; ipse pugil de quo loquitur. Est autem sic complendus,

Οὗτος ὁ νῦν μὲν πυξ ὁς ὀλυμπικὸς εἶχε τὸ πρόσθεν.

& sic stabit integer ursiculus. ἀπογραψάμενος πύκτης, relatus in tabulas pugilū. προενήνοχεν, produxit, protulit eius imaginem, & iudicatus est alienus. &c.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰκοσέτους σωθέντος.) Aliud in Stratophontem pugilem, & hunc multis plagis deformatum, quod ita Morus interpretatus est,

Dux Ithacus patria bis denos abfuit annos:
Quum rediit, celeri cognitus usq; cani est.
Te pugilem ô Stratophon certantem quattuor horas,
Et ca/

Et canis & populus dedidiecre simul.
Quin etiam speculum de te si consulis ipse,
Iuratus Stratophon te Stratophonta neges.

Porrò autem de cane Argo, & Vlysse post uiginti annos ab eodem cognito, habes Odyß. ρ.

Τοῦ αὐτοῦ.

Κόσκινον ἡ κεφαλή σου.) In Apollophanem, sensu non dissimili. Ἢ τῶν σιτεκόπτων βυβλαρίων τὰ κάτω.) Id est, aut secundum inferiores partes purgatorium papyraceum. γράμματα τῶν λυρικῶν λύδια καὶ φρύγια, lineæ sunt Lyricorũ Lydiæ & Phrygiæ. λύδιον & φρύγιον harmoniarum sunt, quorũ hoc σκολιὸν, illud ὄρθιον dictum est. Vult itaq; poëta significare, Apollophanis caput multis uulneribus esse saucium, illisq; obliquis & rectis, ut harum harmoniarũ lineæ seu literæ uideri poßint. Hortatur itaq; eum, ut intrepido animo pugilem agat. neque enim periculum esse, ut plura queat accipere uulnera, etiamsi uulneratus fuerit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πύκτης ὢν κατέλυσε.) In pugilẽ Cleombrotũ, quondam fortem & strennuum, sed tandem contracto matrimonio multa certamina ab uxore rixosa & plagosa perpessum. κατέλυσε, desijt, cessauit, scilicet subire pugilũ certamina. Nam καταλύειν inter cætera etiã desinere significat. ἔνδον, intus: id est, domi habet plagas. Pugnare aniculam uerberantẽ olympia, id est olympicis plagis afficientem, magis horret uidere, quàm olim stadium. Et si quando respirauerit, uerberatur toto certamine, ut reddat, scilicet debitum coniugale: & si reddiderit, uerberatur.

Νικάρχου.

Πέντε μετ' ἄλλων.) Cum quinq; alijs Cadmus in Arcadia δολιχεύων, cursum iniens, cursu certans, miraculum est, sed re uera septimus excidit. Sex existentibus, fortasse dices quomodo septimus? unus amicus eius, bono animo esse Cadme dicens (est enim legendùm θάρσει, & nō χαῖρε) uenit in ueste, scilicet ipsius. Septimus igitur, sicut factus est. Si adhuc quinq; habuisset amicos, uenisset ô zoile duodecimus: quibus uerbis eius notatur pigritia.

Λουκιλλίου.

Τὸν σταδίων τρέχων.) Cursorem stadij Erasistratum magna terra, cum omnia cõmouerentur, scilicet terræmotu, solum non concußit. & per hoc ostendit eius immobilitatem, & firmitatem corporis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὔτε ταχίονα ἐμοῦ.) Segnis & ignauus de seipso loquitur, propriam inertiã cõfitendo. Neq; citius me quisquam ex aduersarijs lucta cecidit, nec tardius omnino cucurrit stadium. Etenim discum omnino non appropinquaui, pedes autem meos tollere saltando ualui minime. Debilis uel mutilus, scilicet quispiam me melius iaculatus est. πένταθλον δ' ἀπ' ἄλλων, in quinquercijs, id est, quinq; certaminibus, (nẽpe lucta, pugillatu, cursu, saltu, et pancratio. Vnde πένταθλοι, quinquertiones dicti sunt) prius proclamatus sum. πεντετριαζόμενος, quinquies uictus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Νύκτα μέσην ἐποίησε.) Et hoc epigrammate cuiusdam uerbosi et gloriosi σταδιοδρόμου ignauia ridetur. Media nocte, inquit, currens Marcus armatus, fecit ut stadiũ paßim aperiretur, (Multi enim et armati cursum inierunt) At populares omnes existimauerunt quendam armatum esse,

tum esse, qui statuæ erigendæ gratia hoc certaminis esset initurus. καὶ τί γαρ, quid uero dicam. ἐις ὥρας, in horas, in sequentem annum aperiebatur stadium, scilicet tunc Marcus uenit deficiens in stadio per duo iugera.

Αδήλου.

Τὸ στάδιον περικλῆς.) In tardũ. δαιμόνιος βραδυτὴς, ô dæmonia tarditas, id est humanum ingenium superans. Strepitus erat ὑσπληγγος, carcerum, id est, metæ in auribus, & coronatur alius, & Pericles nondum latum digitum processerat, siue promouerat.

Λουκιλλίου.

Τῷ πίσης μεδέοντι.) In Aulum pugilem, qui ab aduersarijs paßim contusus, capitis ossa diligenter collecta Ioui Olympio dedicauit. τῷ πισῆς μεδέοντι, Pisæ regnanti, id est Ioui. Est autem Pisa locus in Olympo, ubi Iouis templum est constructum. τὸ κράνιον ἓν καθ' ἓν, caluariã particulatim colligens. Hoc enim sonat ἓν καθ' ἓν, & ponitur prouerbialiter. Vide Erasmum in prouerbio, Vnum ad unũ. Os dedicauit. At si ô Iupiter domine incolumis ex Nemeis euaserit, tibi haud dubiè etiam talos adhuc relictos consecrabit. Vltimum uersiculum ita legendum censeo, καὶ τοὺς ἀστραγάλους τοὺς ἔτι λειπομένους. alioqui enim non stabit.

Τοῦ αὐτοῦ

Εἰς ἱερὸν ποτ' ἀγῶνα.) De Milone, quem ultrò lapsum populus indignũ corona iudicauit. ἀθλοθέτης, curator, & cõstitutor, ac iudex certaminũ, qui et ludos exhibet, & certãtibus præmia decernit. ἐπ' ἰσχίον, ad coxã. οὐχὶ τρί' ἐστὶν, nõne tria sunt, scilicet à quibus deiectus sum: duæ manus, & unus pes: deinceps uerò quis me prosternet?

Λουκιανοῦ.

Εἰ ταχὺς εἰς φαγεῖν.) Cito comedentem, & tardè currentem hortatur, ut deinceps pedibus edat, & ore currat.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οἱ συναγωνισαί.) De Apide Pygmacho, qui neminem aduersariorum unquam uulnerauit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πᾶσαν ὅσην ἕλληνες.) Androleus de se loquitur. Emendabis autem initio ἄσαν, scribens πᾶσαν. Omne certamen, inquit, quodcunque Graeci constituunt pugillatus, ego Androleos decertaui. Retinui in Pisa unam auriculam. In Plataeis autem (quae est ciuitas Boeotiae, ubi sunt sepulchra & trophaea uirorum fortium, qui Graeciam liberauerunt) unum supercilium. A Pythico autem, scilicet certamine, ἄπνοος, exanimis efferebar. Damoteles itaq; pater cum ciuibus armauit, id est instruxit se, ut me tollat è stadio, aut mortuum, aut mutilum.

ΕΙΣ ΑΔΥΝΑΤΟΝ. 2.

Εἰς τί μάτην νίπτεις.) In frustra laborantem, & impoßibilia aggredientem. Vide Erasmũ in prouerbio, Aethiopem dealbare. Caeterũ καθηλιάσαι, propriè significat sole illustrare.

ΕΙΣ ΑΝΟΗΤΟΥΣ. 3.

Αντιόχου, εἰς ἀπαίδευτον ἐπιδειξάμενον.

Βήσας εἰ φρένας.) In gloriosum ostentatorem, indoctum tamen & ineptum, sed fortunatum, & opulentum: καὶ μετὰ τὴν πάροδον, etiam post ingressum, scilicet in publicam coronã, in qua habuit orationem ineptißimam,

mam, & plenam Thrasonicæ ostentationis.

Ἀδηλα.

Ἐι πᾶσιν μεθύουσιν.) *Legendum & corrigendum est, ἐν πᾶσιν. Præpostera est eius sapientia & sobrietas, qui cæteris compotationi indulgentibus, solus sobrietatem colit, nec ei in mentem uenit ueteris prouerbij, Aut biben/dum aut abeundum esse. Itaq; meritò tales hic damnantur stultitiæ. Quod ipsum Theognes quoq; stultum & ineptũ factu iudicauit, ita scribens:*

αἰσχρόν τοι μεθύοντα παρ' ἀνδράσι νήφοσιν εἶν,
αἰσχρὸν δ' εἰ νήφων παρ' μεθύουσι μένει.

Ἀδηλον.

Ἐσβεσε τὸν λύχνον.) *De stulto, qui quum mordere/tur à pulicibus, extinxit lucernam, putans ab eis non am/plius posse uideri.*

Παλλαδᾶ.

Πάντες καὶ δειλοὶ.) *Omnes homines ignauos esse, & gloriosos: & neminem, nisi cui pectus sapit, suos affe/ctus & perturbationes celare posse, affirmat Pallada, siue abiectè quis agat, siue confidenter. Verba satis clara sunt.*

Ἀββιανοῦ.

Κύλλος καὶ λεῦρος.) *In duos fratres iuxtà ineptos, quorum primus κύλλος mutilum significat, alter λεῦρος tenuis: quos ἐγχεσιμώρους κατ' ἀντίφρασιν non bel/licosos, sed stultos ad utendam hastam uocat. Siquidem μῶ ρος fatuum significat. κύλλος autem quia mutilus est, fratre longè est usu hastæ ineptior.*

Ἀδηλον.

Ἡν ἐσίδης κεφαλὴν.) *Vult omnes caluos esse stul/tos, & cæteris hebetiores: quod tamẽ Synæsius in encomio*

caluitij

caluitij doctè & scitè refellit.

ΕΙΣ ΑΡΠΑΓΑΣ. 4.

Αὐτομεδίοντος.

ΔΕξαι φοῖβε τὸ δεῖπνον.) Dialogismus est in hoc epigrammate. loquitur enim poëta cum Phœbo, ut benignè accipiat hãc cœnam. Cui Phœbus se libenter accepturum respondet, si per sacerdotis rapacitatem liceret. Talem sacerdotem describit etiam Aristophanes in Pluto, quem uideas uelim. Accipe (inquit) Phœbe cœnam, quã tibi affero. Respondet: Si quis permiserit, suscipiã. Poëta: Proinde times & tu λητοΐδη, Latones fili, siue latonigena? Respondet: Neminem aliorũ, præter Arriũ. ille enim habet rapacis milui manum tenaciorem, nidore carentis aræ edituus. Vbi pompa, id est sacrificium, uel sacrificij cerimoniam perfecerit, omnibus sublatis abit. melius agitur in deorum conuiuio. Et hæc possunt sacerdotis se excusantis uerba esse. constat Deum ex nostro esse numero unum, si ipse quoq; fame afficitur.

ΕΙΣ ΑΣΕΛΓΕΙΣ. In lasciuos & obscœnos. 5.

λουκιλλίου.

ΤΟν φιλόπαιδα κράτιππον.) In pædiconẽ Cratippum, cuius detestandum flagitium omnibus uult annunciare, & ostendere. πλὴν, ueruntamen magna Nemeses, scilicet sint testes. ἀνεύρομεν, inuenimus aliud genus, scilicet insectantẽ Cratippũ. τ̃ ἑτεροζήλων, alteram partẽ imitantiũ. ἤλπισα τοῦτ' ἂν ἐγὼ, interrogatiue pronunciandum: Sperassem aut timuissem hoc ego de te unquam? Sperassem'ne hoc ego Cratippe? insaniam, insanissem citius, quàm hoc de te sperassem, qui dũ ab omnibus

nibus lupus es dictus, ita subito hœdus apparueris: id est, tam perditus simulator continentiæ & castitatis.

Αδηλον.

Ανέρας ἠρνήσαντο.) Non est opus apertos per se uersiculos planius explicare? In secundo tamen carmine pro γεγάσιν, scribe γεγάασιν.

Αντιπατρου.

Dolet Priapus magnitudine penis se uinci à Cymone. Arrectam Cymonis cum uidisset mentulam, dixit Priapus: Hei mihi, ego immortalis à mortali relinquor, id est superor.

Στρατωνος.

Η κλίνη πάσχοντας.) Hoc epigramma sic Ausonius transtulit:

Tres uno in lecto. duo stuprum perpetiuntur,
Et duo committunt, quatuor esse reor.
Falleris, extremis da singula crimina, & illum
Bis numera medium, qui facit & patitur.

Αδηλον.

Εἰρήνη πάντεσσι.) Cuidam nomine Episcopo ancilla fuit, cuius nomen erat εἰρήνη. Is ergo cum obuios quosque salutans precem precaretur, dicit eum poëta hoc nō posse omnibus imprecari, quod solus domi poßideret.

Αδηλα.

Hoc loco quinque epigrammata simul sunt confusa & coniuncta, quæ nos segregata declarabimus. Est ergo primum in pædiconem, qui etiam cum duxisset uxorem, non caruit suspicione nefandæ libidinis. quod quia per se planū est, ad proximum nos conuertimus.

Αλφειου

Ἀλφειοῦ στόμα φεῦγε.) Distichon in Alpheum cunnilingum. Alphei, inquit, os fuge. φιλεῖ, osculatur sinus Arethuses, pronus incidens (ἐμπίπτων scribendum) salsuginosum in mare. Alludit autem ad Alphæum fluuium, qui subter mare labēs, ad Arethusam fontem Siciliæ commeat, de quo suprà plura dicta sunt.

Οὐχ ὅτι τὸν κάλαμον.) Hæc uidentur esse uerba ludimagistri cuiuspiam ad puerum. Scribe autem in hoc distichο pro χείχεις, λείχεις, lingis.

Χείλων, καὶ λείχων.) In Chilonem linctorem. χείλων quamuis hic sit proprium nomē, tamen labiorum interpretatur. λείχων autem, lingens. fit autem facile ex λείχων, χείλων, transpositis saltem λ & χ. Lingere itaque Chilonem dicit ora æqualia & inæqualia, id est, inferiora & superiora.

Υἱὸς πατρικίου.) Quartum distichon, in uellatorem.

Ἄν μετ' ἀλεξάνδρειαν.) Hoc ultimum epigrāma est in meretriculam errabundā & uagam, & nullo loco consistentem.

ΕΙΣ ΑΣΤΡΟΛΟΓΟΥΣ. 6.

Λουκιλλίου.

Τῷ πατρί μου τὸν ἀδελφόν.) Frater loquitur de astrologis, qui prædixerant suo fratri longæuam uitam. πρόμοιρον, id est præmatura morte functurum. ἐκοπτόμεθα, deplorabamus. Astrologicarum prædictionum uanitas irridetur.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πάντες ὅσοι τὸν ἄρη.) Astrologis signa tauri aut leonis nos timere facientibus suppliciū optat. Omnes, inquit, quicunq; Martem & Saturnum ὡροθετοῦσι, in horosco-

pum ponunt, digni sunt consequi omnes unum supplicium. Videbo non longè post ipsos fortuitò scientes reuera (est enim scribendum ὄντως, & non ὄντος) & quid taurus, & quid leo poßit, scilicet ubi eos bestijs dilaniandos proiecerimus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἴπερ ἐληλυθέναι.) In Aulum astrologum, qui quum prædixisset se ultra quatuor horas non superuicturum, & iam quinta adueniret, semet ipse suspendit, ne mendax haberetur. Vtinam huius exemplum etiam nostri nonnulli gastrologi imitarentur. αὐτὸς ἑαυτοῦ τὴν γένεσιν δὲ αθεὶς, quũ statuisset ipse de sua natiuitate. αἰσχυνθεὶς πετόσιριν, uerecundia affectus propter Petosirin Aegyptium philosophum, & astrologum peritißimũ, ἀπήγξατο, strangulauit, scilicet se. Meminit etiam Iuuenalis Petosiris.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πρὸς τὸν μάντιν ὄλυμπον.) De Olympico, uatem num longæuus futurus sit interrogante. καταλύσης, id est si desieris. ὡροθετεῖ σε κρόνος, horoscopum ponit tibi Saturnus, id est non diu uiues.

Νικάρχου.

Εἰς ῥόδον εἰ πλεύσοι τις.) De alio quodam quærente ex uate Olympico, num feliciter sit in Rhodum nauigaturus: cui respondit, omnino fore, si & uacua naue, & nulla tempestate sæuiente, & uerno tempore nauigationẽ instituerit, & ad hæc pyratas quoq; effugerit. O bellam prædictionem, & nimium ueram.

Λουκιλλίου.

Πρὸς τὸν μάντιν ὄλυμπον.) Hoc epigramma transtulit

stulit Ausonius pereleganter, sed retulit ad Hāmonis Iouis oraculum, mutato etiam nomine Onesimi, in hunc modum:

Doctus Hylas cestu, Phægeus catus arte palestræ,
Clarus Olympiacis & Lycus in stadijs:
An possent omnes uenturo uincere agone,
Hammonem Lybiæ consuluere deum.
Sed deus, ut sapiens, Dabitur uictoria uobis
Indubitata quidem, si caueatis, ait:
Ne quis Hylam cestu, ne quis certamine luctæ
Phægea, ne cursu te Lyce prætereat.

πένταθλος, quinq; certaminum uictor. τοῖς ἱεροῖς ἐνι/δλὼν, literas sacras Chaldæorū scrutatus. καταστρέψῃ, supplantet, subuertat.

παλλαδᾶ.

Εἶπε πόθεν σὺ μετρεῖς.) Fastum & præsumptionē astrologorū reprehendit, iubens, ut se ipsos prius metiātur, & noscere discāt, ac tunc immēsam terrā numerare. Neq; enim fieri posse, ut is qui è luto modico sit formatus, res in/numeras rectè cognoscat. Et hoc epigramma à multis eru/ditis non male uersum est.

Αδηλον.

Αντικράτης ἤδη.) Ridet stultitiam Anticratis astrolo/gi, ignorantis quo signo natus sit: eidemq; ipsius natiuita/tem explicat, inquiens, Anticrates nouit τὰ σφαίρικα, id est oppositiones & coniunctiones, melius Arato (qui φαι/νόμενα scripsit) propriā autem natiuitatem non intelligit. Ambigere enim dixit, scilicet se, utrū in ariete natus sit, an geminis, an piscibus utrisq;. Inuentus est autē aperte in his tribus. Etenim & fututor (ut in ariete natus) & stultus & mollis (ut in geminis) & belluo (ut in piscibus.) Poëta ma/

gis respexit

gis respexit ad naturam animantium, quàm ad rem ipsam. Nam quod ad ueritatem attinet, qui nascuntur sub ariete, habentur uenerei: qui sub geminis, uirtutum amatores: qui sub piscibus, gloriæ sunt appetentes.

Αδηλου.

Καλλιγένης ἀγροῖκος.) Hanc prædictionem Latinis uersibus nos sic expreßimus:

Calligenes quum iam mandasset semina terræ,
Vatis Aristophanis limina docta petit.
Num sibi fœcundam auderet promittere messem,
Et num spicarum copia, quærit, erit?
Ille manu sumptos uersans hinc inde lapillos,
Et flectens digitos, talia uoce refert:
Si, quantum satis est, tibi ab imbre rigantur agelli,
Vlla nec agrestis strangulat herba sata,
Nec glacies sulcos rumpet, nec grandine tristi
Decussa à summo pinguis arista cadet:
Si nec tonsa seges ceruis, uitauerit omnem
Aëris & terræ deniq; perniciem:
Faustam uaticinor messem tibi: demete spicas
Bellè: ne noceat sola locusta, caue.

ΕΙΣ ΒΡΑΧΕΙΣ. 7.

Τίμωνος.

Τίς δ' οὗτος κτίλος.) Ironia est in Molyten, hominem pusillũ, loquacem, & garrulitate gaudentẽ, & semper in hominũ frequentia uersantem. Primus autem uersiculus est Homeri, sumptus ex tertio Iliad. ubi de Vlysse quærit Priamus Helenam his uerbis:

εἴπ' ἄγε καὶ τόνδε φίλον τέκος, ὅστις ὅδ' ἐστὶ
μείων μὲν κεφαλῇ ἀγαμέμνονος ἀτρείδαο,

θυρύτρῳ δ' ὅμοισιν ἴδε στέρνοισιν ἰδέσθ,
τεύχεα μὲν οἱ κεῖται ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.
αὐτὸς δὲ κτίλος ὣς ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν,
ἀρνειῷ μιν ἔγωγε ἐίσκω πηγεσιμάλλῳ,
ὅς τ' οἰῶν μέγα πῶυ διέρχεται ἀργεννάων.

Dicitur auem κτίλος propriè, aries mansuetus. ἑταίρων φίλος.) Hoc satis indicat hominem uerbosum & linguacem. ἄσιος, Aßius, ex Aßia ciuitate Lydiæ. ὅλμος ἄτολμος, mortarium timidum: fortasse propter odiosum tinnitum, & garrulitatem.

Ιουλιανοῦ.

Ασφαλέως οἴκησον.) Suadet cuidam pygmæo, ut in urbe habitet, ne quam iniuriam extrà deprehensus à gruibus accipiat.

Λουκιλλίου.

Αγρὸν μηνοφανὴς ὠνήσατο.) Iocus est in Menophanis adeò exiguum agellum, ut nec suspendendi in eo se, nec sepeliendi locum habere potuerit. Hunc agrũ si Epicurus unquam cognouisset, non dixisset omnia atomis, sed agellis esse plena. ἐκ δρυὸς ἀλλοτρίας, ex aliena quercu, quia ipsius ager adeò paruus erat, ut nullam haberet arborem, unde se suspenderet. nec tantũ terræ habuit, quæ mortuo iniiceretur: sed sepultus est πρός τινα τ ὁμόρων, ad quendam finitimorũ, id est in uicino quodam agro. πάντα γέμειν, omnia plena esse, omnia constare ex agris, nõ atomis.

Αδηλον.

Ο βραχὺς ἑρμογένης.) Ostendit paruitatem hominis, qui quum exspueret in terrã, sursum uersus spuebat, sicut falx quæ metẽdo ascendit. δορυδρεπάνῳ, id est falce.

ΕΙΣ ΒΑΛΑΝΕΙΟΝ ΨΥΧΡΟΝ. 8.

Νικάρχου.

Λούσασθαι πεπόρευται.) Lotum iri abiuit Onesimus in balneum duodecima die(intelligitur enim ἡμέρα, estq; defectus linguæ Atticæ. sic Ilid. α.
τῇ δεκάτῃ δ' ἀγορήνδε καλέσσατο λαὸν ἀχιλλεύς.
Et iterum eodem libro,
δωδεκάτῃ δέ τοι αὖθις ἐλεύσεται οὔλυμπόνδε.)
δύστρου μηνὸς, mensis Martij. sic enim Macedonibus Martius mensis uocatur. ἐπ' ἀντιφίλου, regnante Antiphilo. ἐπὶ enim præpositio iuncta genitiuo, χρόνον designat. ἐπιτίτθιον, lactentem. εἰς ὥρας, in annum, scilicet proximum. πυρίαν, ahenum detrahere. Est etiam aliás balnei genus. Ridet hominis tarditatem in lauando.

ΕΙΣ ΓΡΑΙΑΣ. 9.

Μυρίνου.

Υ Τετρακόσι ἐστίν.) In anum Hecubam, quæ more quodam solito semper consueuerat dicere ῡ. quæ litera c c c c designat. Sicut apud Aristophanem in Pluto parasitus, ὖ ὖ ὖ ὖ, suillas carnes subodoratus exclamat. Poëta autem hanc aniculam in quadruplo annosiorem esse ostendit, derisæ modũ repuerescendi demonstrãs, nempe ut tingat comas, et dicat deinceps more infantium, τατᾶ. Est enim hæc uox infantium & puerorum. υ(inquit) trecentos significat, quod tu identidẽ sonare soles. habes tu autẽ annos bis totidẽ, ô delicata Hecuba, πεντακόρων, id est quæ in quintuplo senior es cornice. ex πέντε uox composita, & κορώνη, cornix uel coruus. ô Sisyphi auia, & Deucalionis soror, tinge albos crines, & dic omnibus τατᾶ: id est, tinctis crinibus mox eris iuuencula.

Λουκιλλίου.

Τὰς τρίχας.) *Et hic ridet aniculam, crines emptitios tingentem.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὰς πολιὰς βάψασα.) *Non dißidet à superiori.* τριϰόρωνος, *triplo annosior cornice.* ῥέα, *mater deorum antiquißima apud poëtas.*

Λεωνίδου.

Γρηῦν ἐγημε φιλῖνος.) *In Philinum, qui iuuenis uetulam, senex autẽ duxit iuuenculam, utranq; parum tempestiuè.* δωδεκέτηρ, *duodecennem, scilicet puellam.* ἄπαις, *orbus.* ἄκαρπα, *in sterilia, scilicet loca.* νῦν δ' ἑτέροις γῆμας, *alijs, non sibi: quippe qui iam in Venerea segnis, & nocturna bella lasciuienti puellæ satisfacere non poterat.*

Νικάρχου.

Η πολιὴ κροτάφοισι.) *Garrulæ anus Cotyttaris longæuitatem demiratur, sic inquiens: Cana temporibus Cotyttaris multiloqua anus, per quam, id est præ qua, Nestor haud amplius senectutis palmam obtinet. Quæ lucem intuita cerui longiorem, quæ sinistra manu senectutem numerat, secũdo incipiens, id est quæ uixit ultra centum annos. Nam digitis annos computantes, à dextra incipiunt: quæ si non suffecerit numero, ad læuam pergunt. Cotyttari autem canos supputanti, utraq; non suffecit: itaq; secundo uenit ad sinistram. Quibus uerbis significat, Cotyttarin centum & quinquaginta annos esse egressam. Viuit, inquit, et uidens & integris pedibus tanquam puella. Itaq; ambigo, ne quid passus sit Pluto, id est ne mortuus sit Pluto: scilicet, quod eam tanto tempore neglexerit.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὴν δύσκωφον γραῖαν.) Vt anum ſurdam Oneſimus domo eijciat, hortatur, quæ petenti ſemper contraria afferat. Cæterum hoc epigrāma propter iucundam uocum græcarum agnominationem commodè uerſibus latinis reddi non poteſt. δύσκωφον, ſurdam. τὴν κεφαλὴν ἐπόνουν, τὴν κεφαλὴν ἤλγουν, caput dolebam. πήγανον, rutam: quam capitis doloribus ſubuenire, teſtatur etiam Dioſcorides libro tertio, capite 47. his uerbis, σὺν ῥοδίνῳ δὲ καὶ ὄξει κεφαλαλγοῦσι βοηθεῖ, cum roſaceo & aceto capita dolētibus prodeſt. τήγανον, ſartaginem oſtreaceam. ὀπὸν, ſuccum, coagulum, liquorem. λάσανον, teſtam, uel matellam. Turpe eſt aniculæ gratia me præconem fieri, et nocte experrectum meditari, ſcilicet quid facto opus ſit. Nimirum πήγανον & τήγανον. ὀπόν. δοκόν. λάχανον. λάσανον. ὄξος. ξόον, &c.

Λουκιλλίου.

Λούεσθαί σε λέγουσι.) In Heliodoram, diu ſe lauantē, in hoc, ut crebra lotiōe iuueneſcat. μὴ καταλυομένην, id eſt non deſinentem. νεάσαι, iuueneſcere. Cæterum de Pelia, require Ouidium lib. Metamorph. 7.

Μακεδονίου.

Τῷ ψιμυθίῳ μὲν αἰεὶ.) Suadet uetulæ fuco ſe obungenti, ne diſtentis labijs os aperiat, ne ei exarmata gingiua ſit dedecori. Siquidem oris edentuli uitium non perinde ceruſa occultari poſſe, atque rugoſæ frontis dehoneſtamentū. τῷ ψιμυθίῳ, id eſt, fuco, uel ceruſa. λιπόσαρκε, macilentā, macrā extende genā (idem eſt quod λιπόκρεως.) ὤδικα τινυμένη, pœnā pendēs. εὐρύνῃς, patefacias. τίς γὰρ ὀδόντων, &c. Quis enim dentium

ſeriem infiget, id eſt ſupplebit medicinali dolo, id eſt fuco. τὴν χάριν, gratiam, id eſt auxilium fingendæ formæ, & celandæ turpitudini inueniſti, quantam habes non à terra. Siquidem ſplendor, id eſt elegantia membrorum, trahitur à liquido, id eſt ab unguento, à ceruſa. (eſtq; periphraſis ceruſæ, quæ eſt materia liquida) ſicut roſa pullulabas in uere (ſcribe autem pro εἰν, ἐν) nunc autem defloreſces, καρφομένη deſiccata, ſqualida æſtate ſenectutis.

Λουκιλλίου.

Τὴν κεφαλὴν βάπτεις.) In anum ſe fucantem, quòd larua magis ſit quàm homo. Caput tingis, ſenectutē nunquam tinges. neq; genarum rugas extendes, id eſt complanabis. Ne igitur faciem uniuerſam ceruſa refinge, ut laruā, & non faciem habeas. neq; enim quicquam efficies. quid insanis? nunquam φῦκος, id eſt fucus & ceruſa facient Hecubam Helenam, id eſt ex anu formoſam puellam.

Γαιτουλίου.

Τετράκις ἀμφορέως.) In anum bibacem, & uino mero gaudentem. Videtur autem mihi legendum eſſe ἀμφορέας, pro ἀμφορέως. εὐχαῖτα, apoſtrophe ad Bacchū, ô comate, ſeu crinite Dionyſe, te quidem aquis non contaminauit, id eſt corrupit ſeu miſcuit, ſed talē te hauſit, qualis (& ſcribe οἷος) ueniſti à prima uinea. non parce iugiter in uaſe lato & capaci habens, uſq; dum uenit ad mortuorum συμμορίην, multitudinē. Quanquam apud Demoſthenem συμμορία aliud ſignificet, cuius extat oratio περὶ συμμοριῶν. Sed de his alibi copioſius.

Ἄδηλα.

Τὴν γραῦν ἐκκομίσας.) Et hoc loco quatuor incertorum

torum authorum epigrammata simul & coniunctim scripta sunt: quorum primum est de Moscho, qui magna fortuna affectus, sepeliuit uetulam, quam uirginem duxerat. κινεῖν, agitare, mouere: haud dubiè obscœnè intelligendũ. scribe autem in fine κληρονομεῖν.

Aliud.

Ηὔμασε Νικονόη.) *Ridet uetulam, nubere marito uolentem.* Floruit Niconoë, *quod & ego dico, floruit illã, quando* Deucalion *uidit immensam aquam. quibus uerbis eius senium indicat. Hæc quidem nos ignoramus, scilicet diluuium* Deucalionis *tempore factũ: sed id scimus, quod non deceat eam uirum, sed sepulchrum quærere.*

Aliud.

Αλλην δρῦν βαλάνιζε.) *Puella senem uetulum & rugosum, nuptias eius ambientem, prouerbiali dicterio non tam salse & lepide, quàm arroganter & fastidiose more puellarum repellit.* O Menestion, *inquit, aliã quercum excute (sic petaces & semper mutuum postulantes repelli, testis est* Erasmus, *quem uide) neq; enim ego aridorum pomorum suscipio rugam. Sed semper desideraui mecum pariter florescentem fructum.* Quid *ergo tentas album coruũ uidere? id est, quid affectas rem impoßibilem? & hoc prouerbialiter usurpari potest.*

Aliud.

Γινώσκειν σε θέλω.) *Opulentam anum esse diuitem cumulum cadauerum innuit.* Porrò pro ἔγχαλκος, *rectius meo iudicio legitur* εὔχαλκος.

Νικίου.

Τὴν κεφαλὴν βάπτων.) *De quodam, qui quum diu multumq; comam tinxisset, omnes postea crines amisit, ita*

ut tonsor ei nec albos nec nigros detondere potuerit.

ΕΙΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥΣ. 10.

Λουκιλλίου.

AN τοῦ γραμματικοῦ.) Lucillius Heliodori grãmatici uel mentione facta, dicit se mox σολοικίζειν.

Ἀδήλου.

Οὐδεὶς γραμματικῶν.) Hoc distichon uidetur esse Palladæ, optimi epigrammatarij, in grãmaticum synonymis abundantẽ, uel propter lectionem Homericã, uel quod aliàs genus est iracundum & plagosum.

Φιλίππου.

Γραμματικοὶ, μώμου στύγιου τέκνα.) Grammaticorum mordacitatem, stoliditatem & curiositatem ridet, nihil non reprehendentium, cauillantium & insectantiũ, & consectantiũ quoq; quæ cognitu minimè sint necessaria. μώμου τέκνα, Momi filij, propter genuinã ipsorũ mordacitatẽ. σῆτες, erugines, uel tineæ omniũ librorũ, id est autorũ, quos non secus atq; tineæ conterunt & consumũt. τελχῖνες quoq;, id est furiosi: & catuli Ζηνοδότου, nobilis illius Alexandrini grãmatici. propter imitationem Zenodoti catulos eos uocat, aut quod omnes allatrare soleant, & carpere. Callimachi milites, id est asseclæ. Diximus in superioribus, Callimachũ non tantum fuisse celebrẽ in grãmatica, sed præstantẽ etiã in omni genere carminis poëtã. Quẽ prætendentes ὡς ὅπλον, ut arma, id est propugnaculũ uestrũ, neq; tamẽ ab eo ipso linguã continetis. quo maior est uestra improbitas, & maledicẽtia, quod etiã magistrũ uestrũ petulanter & probrosè impetitis. Coniunctionũ uenatores. sunt enim perq̃ anxij in earũ natura disquirẽda. Quibus ἅνδανε, placet, τὸ μὶν ἢ σφὶν, utrũ sint syl/

labæ

Liba longa an breues, & quota declinationis, & cuius numeri, ita misere se torquent in eiusmodi monosyllabis discutiendis, & rixantur sæpenumero inter se de lana caprina, & frequẽter οὐκ ἀναιμωτί. Et quibus placuit quærere, nũ canes habuerit Cyclops. Hæc et his multo uaniora, inani quadã iactantia et ostẽtatione, uel potius uecordi curiositate adducti inuestigare nituntur: ignorantes planè, inter uirtutes grãmatici haberi solere, sicut scribit Quintilianus, aliqua nescire. Imprecatur illis ultimo, ut ita pergant omne æuum conterere, insultando alijs, dũmodo contra ipsum uenenata spicula extinguant.

Ἀντιφάνους.

Γραμματικῶν περίεργα γένη.) *Non dissidet à superiori. Grammaticorũ curiosa genera:* ῥιζώρυχα, *absorbitores seu eradicatores Musæ alienæ, (de industria mutaui genus) infelices tineæ spiniferæ, seu pungentes.* τῶν μεγάλων, *magnorum, scilicet authorum maculæ, seu probra, id est à quibus magni authores commaculantur, & probro afficiuntur. propter Erinnam enutrientes comam. De Erinna muliere poëtica, in superioribus dictum est. Mihi tamen hoc loco uidetur esse menda: neque tamen ita consentientibus codicibus quicquam pronunciare audeo. Auari & sicci Callimachi antelatratores. Poëtarum contumeliæ seu probra, pueris incipientibus tenebræ, ualeatis in malam rem.* λαθροδάκναι, *clanculum mordentes cimices.*

Παλλαδᾶ.

Οὐ δύναμαι γαμετῆς.) *Suprà lib. 1. de grãmaticis nõ ualde dissimile habetur epigrãma, de uxore Palladæ nomĩe Andromacha. licet hic dicat, se nõ posse perferre & inopẽ grammati*

grammaticã, & uxorem rixosam ac pugnacem: & grammaticam quidem effugisse, uxorem uetante lege nullo modo posse effugere. per chartam haud dubie intelligit literas, quibus sponsalia & matrimonium confirmata sunt.

Ἀπολιναρίου.

Γραμματικός ποτ᾽ ὄνῳ.) De quodam grammatico, qui uectus asino, & ab eodem delapsus, totius grammaticalis scientiæ iacturam fecit. Et rursum de quodam asinorum actore, qui simili casu repente factus est grãmaticus. ἐξεκυλίσθη, deuolutus est. Excidere grãmatica, est obliuisci grammaticã. οὐχ ὅτι, nedũ, nõ solum. λιβυκοὺς κάνθωνας, libycos asinos. Cæterum ab asino delabi, etiam aliàs oratio est prouerbialis: de qua Erasmum consule.

Λουκιλλίου.

Ἔξω παιδεύεις παλάμας.) In grammaticum, multa de Paride adultero quotidie disputantem, et domi uxoris suæ adulteros non animaduertentem.

Λουκιανοῦ.

Ἵλαθι γραμματικὴ φυσίζωε.) Hic precatur grammaticam, ut ei sit propitia, dignamq; putat cui templum condatur & ara, &c. καὶ γάρ σου μεσταὶ.) Allusit his uerbis ad illud, quod est in principio Arati de Ioue, μεσταὶ δὲ διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, πᾶσαι δ᾽ ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα καὶ λιμένες. Quod imitatus Vergilius dixit, Iouis omnia plena. Porro in ultimo carmine, pro λέκτρια dicax, melius legitur δέκτρια susceptrix. Sic enim in uetustis legitur exemplaribus.

Ἀδήλου.

Τούτοις τοῖς παρὰ δεῖπνον.) Grãmaticis in conuiuio nec dulce esse aut gratũ, salibus ac facetijs ludere, nec bibere,

bibere, sed pueriliter et infantiliter (ut ita dicam) de Nestore ac Priamo garrire & altercari. quā disputationem sic deprecatur, tanquam abhorrentem ab hilaritate conuiuali. His (inquit) in cœna ἀοιδολεμάχοις, contra poëtas pugnantibus. λογολέσχαις, nugatoribus: τοῖς γραμματολικιφίσιν, obliquæ grammaticis, ab Aristarcho genus ducentibus. quibus neq; dicterium dicere, neq; πίν pro πινεῖν, κατ' ἀποκοπὴν, bibere amicum est, sed discumbunt νηπιτιευόμενοι, pueriliter nugantes de Nestore & Priamo. Ne me petas in uerbo ô Dea (scribendum est autem λέξιν) id est, ne adducas illa horrenda in conuiuio, ἕλωρ καὶ κύρμα, quæ identidem grammatici sonare consueuerunt, quia hodie non cœno, &c.

Αδηλον.

Γραμματικὸς ζήνων.) In grammaticū pædiconem est hoc epigramma, nec attinet pluribus exponere. μένανδρον tamen hoc loco adiectiue ponitur, fortem, aut uirilem significans, & refertur ad barbam. pro φυσι, scribe φησί. συνεσακέναι, commendatum esse.

Αδιόποτον.

Χαίροιθ' οἱ περὶ κόσμον.) Et hic iubet longum uale re grammaticos, cum suis ineptis curis et meditationibus. Valeant, inquit, qui semper de mundo errantes sunt oculo, id est oculis. nēpe ortæ ab Aristarcho tineæ spinilogæ. Quorsum enim mihi quærere, scilicet utile est, quos cucurrit pol meatus, seu uias? Et quo pater Proteus erat prognatus? aut quis Pygmalion? Cognoscam ego quæcunq; albū, id est, fœlicem, iocundum habent uersum, id est, me iuuat lepidum uersum cognoscere. nigra autē historia, id est obscura maceret, seu tabe consumat παρακαλλιμάχους, id est,

id est, ipsos grammaticos, qui à Callimacho descenderũt.

Αδηλον.

Ω τάλᾶμ κυνέγειρε.) Deplorat Cynægiri fortißimi militis Atheniẽsium infortuniũ, qui in pugna Marathonia à Persis ambabus manibus cũ priuatus esset, ne mortuus quidem effugere potuit, quin à grammaticis quoque muti/ laretur. Nam pro κυναίγειρος, ab eis κυνέγειρος dici/ tur, syllaba longa in breuem mutata. O miser Cynegire & in uiuis, id est inter uiuos, & hinc profectus, id est mor tuus. ut semper incideris, id est mutilaris, & uerbis, & se curibus, &c. nam plana sunt cætera. Pro ἐστέρησεν, scri be ἐστέρισεν.

Αδηλον.

Ην ἄρα καὶ κάνθωσι.) Dolet uicem asini, infœlici fa/ to siderum nati, & grammatico perparco ad seruiendum mancipati. Iocus autem huius epigrammatis est in sordes, quòd grammatici non κριθὴ, integro nomine, sed κρῖ mo re poëtico uocant, κατ' ἀποκοπήν. ὡρονομεῖ, in hor/ roscopo posuit, sicut suprà ὡροθετεῖν, pulchra duo uer/ ba. ἐξ ἀλαβαρχείης, ab arte figulina, seu figulatoria. τλῆθι φέρειν.) Asinum alloquitur, adhortans eum ad onera patienter ferenda, &c.

ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ. 11.

Παλλαδᾶ.

ΠΑσα γυνὴ χόλος ἐστίν.) Hoc ex tẽpore sic expo/ suimus. Fons iræ est mulier: sed habet duo tẽpora Cum iacet in thalamo, cum iacet in tumulo. (læta: Huic sententiæ subscribit Hipponax apud Stobæum, hoc scazonte:

Δυ' ἡμέραι γυναικὸς εἰσὶν ἥδισαι,

Οταν γαμῆ τις, κἀκφέρει τεθνηκυῖαν.

ΕΙΣ ΔΕΙΛΟΥΣ. 12.

Λουκιλλίου.

ΑΝδρακα καὶ δάφνην.) De meticuloso quodam milite, qui uel audita fama aduentantium hostium, timore exanimatur. Scribendum est ἄνθρακα, pro ἄνδρακα, carbones & laurum, scilicet crepitantes, praeterit obturatis auribus, stringens pomatia uestimenta: quod est signum timoris. Laurus autem arefacta igni imposita, multum crepitat. Si aliquando dixeris, ueniunt, scilicet inimici, repente supinus extenditur, id est metu exanimatur. Neq; accedit ullum Polemonē, aut Stratoclem (quibus à bello nomina sunt imposita) Sed utitur amico ubiq; Lysimacho, qui interpretatur solutor pugnae. Hoc est, non uult habere commercium cum his qui uocantur Streitperger, sed cum Fridrichis: sicut Germani loquuntur.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γράπτην ἐν τοίχῳ.) De Calpurnio milite, qui cum uidisset depictam in pariete Troianorum pugnam, Graecos ad naues urgentium & trucidantium, tanquam uiuis ne occideretur redemptionis premia persoluit. ἄσφυκτος, quasi diceres inuigorosus, omni uigore carens, immotus. Est enim ἀσφυκτεῖν, omni uenarum pulsu carere. ζωγρεῖτε, uiuum capite. Nota ὁμολογεῖν λύτρα, promittere, pacisci, &c.

ΕΙΣ ΔΥΣΕΙΔΕΙΣ. 13.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ρύγχος ἔχων τοιοῦτον.) Hortatur deformem, ne ad fontē accedens in aquam uideat, ne uultus deformitate obstupefactus moriatur. ῥύγχος, rictū oris talē habens,

bens, etc. Corrige in ſecundo carmine pro ἐν ὄρει, et ſcribe ἐνόρει,, inſpice.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ρύγχος ἔχουσα Βιτώ.) Bito uetula habens rictū τριπιθήκινον, id eſt ter ſimiacam, id eſt, ſicut tres ſimiæ, qualem uidentem Hecaten ipſam arbitror ſtrangulare: id eſt, ſi Proſerpina uideret ſe talem, ſtrangularet ipſam. Sum, inquit Bito, caſta (σώφρων ſcribe) ô Lucilie, & μονοκοιτῶ, id eſt, ſola cubo, et cætera, quæ ſatis per ſe patēt.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἤθελε δριμὺς ἄγαν.) Alludit ad nomen δριμὺς, quod acer ſignificat. Voluit Hieronymus antehac nimis acer eſſe, nūc autem δρῖ habet. λος autē ex μῦς factum eſt. Iam δρῖ & λος ſi compoſueris, fit δρῖλος, cæcus.

Ἀδήλου.

Ἡ ῥὶς κάστορός ἐστιν.) De quodam, qui habuit ualde grandem naſum, quem ad multos uſus idoneum inſtrumentum eſſe dicit. Extat dialogus in puerilibus colloquijs ab Eraſmo ex hoc epigrammate lepidè & iocoſè formatus, ex quo facile hæc uerba intelliges.

Θεοδώρου.

Ἑρμοκράτης τῆς ῥινός.) Vt oſtendat Hermocratis naſi magnitudinem, contendit dicendum eſſe, Hermocrates naſi, & non naſus Hermocratis. nam hoc eſſet, paruis magna largiri.

Λεωνίδου.

Ἰχθῦν ὁ γρυπός.) De naſo Soſiptolis percuruo, quo inſtar hami ad capiendos piſces uti poſſit. γρυπὸς, habēs naſum adnucum.

Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ.

Ζηνογένους οἶκος κατακαίετο.)De quodam,qui auxi/lio nasi euasit incendium.

Αμμονίδου.

Αντιπάτρου γυμνήν.)Planum est,sicut & proximũ quod sequitur,ψευδὲς ἔσοπτρον,&c.

Αδήλου.

Κερκίδος οὐ χρῄζεις.) Mathematicum alloquitur,cui nihil dicit opus esse radio, quo orbem describat, quum ei sit nasus tricubitalis,quo idẽ poßit efficere. λογιστικὸν, uocat mathematicum.

Αμμιανοῦ.

Οὐ δύναται τῇ χειρὶ.)Hoc sic transtulimus,

Non dextra Proclus potis est emungere nasum,
Multo etenim est nasus grandior,atq; manus.
Sed neq;, prosit,ait sternutans:quippe nec audit,
Distat utraq; adeò nasus ab aure procul.

Ζεῦ σῶσον.) Ex his uerbis colligimus,tam apud Græcos,quàm gentes barbaras diu fuisse usu receptum,sternu/tantibus bene precari.

Παλλαδᾶ.

Ο τὰς γυναῖκας.) Et hi iambi nostra interpretationẽ non egent.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ηγόρασας πλοκάμους.) Minoris emi laruam quàm fucum,& cætera pigmenta,quibus facies illinitur.

Ιουλιανοῦ.

Ὄψιν ἔχεις στρουθῶ.)In deformem uultum habentem. Cæterum κυκεῶνα potionem esse ex uarijs compositã,ex Homero patet,quam describit Odyss. κ. his uerbis,

ἐν δὲ σοὶ τυρόεντι καὶ ἄλφιτα καὶ μέλι χλωρὸν
οἴνῳ πραμνείῳ ἐκύκα, ἀνέμισγε δὲ σίτῳ
φάρμακα λυγρά, &c.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αμητὸς πολύς.) In habentem profundam barbam, & hirsutam faciem, quem falcibus & non forpicibus tondendum censet.

Μακεδονίου ὑπάτου.

Οὐ λαλέει τὸ κάτοπτρον.) In uetulam se fucantem. τὴν νοθοκαλλοσύνην, adulterinã pulchritudinem. ἄριστον ὕδωρ.) Hoc primi hymni in Hieronem principiũ, in Olympicis. Vult ergo dicere: Quod si optima est aqua, iuxta Pindarũ, sed fuco inimica, debebas aqua, et nõ fuco uti.

Τραιανοῦ βασιλέως.

Αντίον ἠελίου στήσας.) Iocus Traiani satis patet.

Αδηλον.

Ρήτορα μαῦρον ἰδών.) Rhetorem Maurum conspicatus obstupui, ξυγχελέφαντα, rictum elephantis habentem. Labijs triplicibus sonum emittentem cædem. Notabis, si τριττάιοις duplici τ scribitur, significat triplicibus: sin simplici τ, tertianis.

Αδηλον.

Τὴν φωνὴν ἐνοπήν σε λέγειν.) Hoc distichon ad hanc classem non pertinet, quum habeat sensum obscœnũ. Totus autem iocus seu argutia est in dictione ἐνοπή, quæ apud Homerum uocem seu clamorem, nonnunquam etiam bellum significat. Quærit ergo ex cunnilingo, quũ Homerus ἐνοπὴν ἀντὶ τῆς φωνὴν usurpet, id est pro uoce, quis eũ docuerit linguã ἐν ὀπῇ, id est in foramine habere. Diuisa enim hac dictione ἐνοπή, fit ἐν & ὀπή.

Αδηλον.

Ἀδήλου.

Ὤμοσα μυριάκις.) Hoc inter enarrandum citra accu ratiorem meditationem sic obiter transtulimus:

Sæpe ego iuraui, ulterius me epigrammata nolle
Scribere, multum odij quæ peperere mihi.
Verùm Paphlagonis quoties conspexero uultum
Pantagati, morbum non queo ferre meum.

Ἀδεσπότου.

Κήλην ἐκκλήτου.) *In herniosum. Loquitur autē uetula.*

Ἀδήλου.

Ἑρμολύκου θυγάτηρ.) De Hermolyci filia, *quæ cum deformi (quem simiā uocat) concubuit, deformia quoque monstra peperit.* ἑρμοπιθηκιάδας, *id est* Hermo *simiacas, seu simias* Hermolyci *nepotes.* κόραξ, *coruus, id est niger quispiam & turpis.* φρικτῶν, *horrendorum dæmoniorum,* ἑρμαγέλην, *multitudinem.*

Ἀδεσπότου.

Οὐδέποτ' εἰς πορθμεῖον.] *Et hoc epigramma est de hernioso, quod per se satis clarum est.* Pro διαπλεῖσιν *tamen, emendabis* διαπλεῖ. ἐπαράμενος, *pertransiēs, seu transfretans: ab* ἐπαίρω.

Ἀδήλου.

Ὁ γρυπὸς νίκων.] *De nasuto quodam, qui quidem uinū cito subodorabatur: interrogatus tamen cuiusmodi fuisset, cito & promptè propter nasi longitudinem respondere non poterat. quod uini odor uix in tribus horis, idq; æstiuis, ad nares se quibat diffundere. Vltimum uersum hic restituere non potuimus.*

Ἀδήλου.

Τοῦ γρυποῦ ῥήτορος.] *Elegans iocus in nasutū rhetorē,*

cuius nasus per quinq; stadia potuit conspici, cuiusq; aduentus nasi indicio à longè notabatur. ἀλλ᾽ αὐτὴ, *sed ipse, scilicet nasus, præcedit. quod si hunc altum collem conscenderimus, & ipsum inspiciemus, quem præ magnitudine nasi in humili loco uidere non possimus.*

ΕΙΣ ΔΥΣΩΔΕΙΣ. 14.

Ἀντιπάτρου.

ΟΥ προσέχω.) Precatur Pamphilum, ne, si eum amat, ipsum osculetur. *Lusus & iocus est in ancipiti uerbo* φιλεῖν, *quod & amare & osculari significat.* οὐ προσέχω, *id est non adhibeo, scilicet tibi os.* καί τοι, *& si fidi quidam, scilicet tibi sint, qui non dubitent tibi os osculandum porrigere, &c.*

Νικάρχου.

Εἰ με φιλεῖς.) *Iocus non dissimilis, in graueolentem, et fœtidum os habentem.*

Λουκιανοῦ.

Δαίμονα πολλὰ λαλῶν.) *De quodam exorcista, os fœtidum habente, qui dæmonem eiecit, non coniurationibus, sed oris fœtidi purulentia, quum sine fine multa garriret.* ἐζόσομος, *os fœtidum habens.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὔτε χίμαιρα.) *Nec chimæram* Homericam, *nec tauros igniuomos (de quibus* Apollon. *in* 3. Argonaut.*) nec totam* Lemnum, *nec harpyias, nec putridũ pedem* Philoctetæ *ita male olere dicit, ac* Telesillam. παμψηφεί, *id est omnium calculis, uel iudicio.* De chimæra *uide* Homerum Iliados η̄.

Ἀδήλου.

Οὐ μόνον αὐτὴ.) De puella, quæ non solum ipsa grauiter

uiter & male olebat, sed omnes quoq; cæteros quotquot at tigerat, hircum spirare fecit.

Ἀδήλου.

Τὸ σῶμα χώπρωκτος.) De Theodoro, *cuius os & culus idem olebant, cuius uitij causam suadet ut ex physicis expiscetur, aut ipse describat, quod os, aut qui culus sit. Quartum uersiculum sic complere potes,*

Νῦν δὲ λαλοῦντος σου πρωκτὸς ὄδωδε στόμα.

Nunc autem te loquente culum os oluit. Nequeo cognoscere *utrum ore hiauerit* Theodorus, *an pepederit. habet enim, &c.*

Ἀδήλου.

Τίς σου μεντορίδη.) Et *hic demiratur, quomodo* Mentoridæ *culus sit eò traductus, ubi antè os fuerat, & contrà.* ἐκ τῶν καταγείων *loqueris, ex partibus inferioribus.*

ΕΙΣ ΔΟΛΙΟΥΣ. 15.

Λουκιλλίου.

Εἰ με φιλεῖς, ἔργῳ με φιλεῖ.) *Lucillius syncere et re ipsa amari cupit, non sub amicitiæ prætextu lædi. Sunt enim iam permulti, qui mentientes amicitiam, plus quàm hostilia moliuntur: perfidiosum, imò deterrimum genus hominum. Sunt* ὕφαλοι, *saxa sub mare latentia.*

Ἀπολιναρίου.

Ἄν με ἀπόντα.) Hic *significat adulatorem in os aliquem laudantem, plus detrimenti afferre, quàm detractorem.* Notabis *autem loquutionem græcam,* ἴσθι κακῶς με λέγων.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μέχρι τίνος πολύκαρπε.) Mendacem *parasitum &*

debitorem increpat. Quò usque, inquit, Polycarpe uacuæ mensæ parasite, falles, seu decipies pecuniolis mendax alienis? Neque enim in foro te uideo frequentem, sed deflectis iam (scilicet à foro) & quæris (scilicet parasitari) ubicunq; pedes te duxerint. Omnibus annuncias, id est omnibus polliceris, feres tuum (scilicet debitum) in crastinum. Et notabis, non ἀργύριον, sed αὔριον esse legendum: nam ἀργύριον hoc loco stare nõ potest. Veni & accipe, scilicet dicis ad omnes, & neq; iuras, neq; quicquam tibi creditur. Κυζικόθεν, à Cisso insula te uentus ferens Samothracibus admouit. hic te reliquæ uitæ terminus manet: id est, postquàm in exilium transportatus es, in eo tibi semper manendum erit. Notabis autem, poëtam allusisse ad hunc Homeri locum, qui est Odyss. ι.

ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος κικόνεσσι πέλασσεν.

ΕΙΣ ΔΟΥΛΟΥΣ. 16.

Αδηλον.

Τοῦτο τὸ βουλεύειν.) In seruum ludit, qui factus est consiliarius. Est autẽ iocus in βουλεύειν & δουλεύειν, id quod & proximum indicat.

ΕΙΣ ΔΩΡΑ. 17.

Ει τιν' ἔχεις διόνυσον.) Conqueritur Pallada, uinũ acetosum sibi missum esse: sicut in castigatione græca habetur. θριδάκων, lactucarũ folijs corona. fit eni acetũ.

Τοῦ αὐτοῦ.

Βρώματα μοι χοίρων.) Idem conqueritur, cibos aridos & siccos sibi appositos esse ab amico, quibus comestis siti discruciatur. Porrò σκιζομένων, et σκωθέντα, per υ & non per κ scribenda esse indicat etiam castigatio. Cibos porcorũ ficubus pastorũ (quod in Cypro fieri solet, ubi porci

porci ficubus paſcuntur) aridorũ & ſitibundorũ è Cypro uenientiũ mihi appoſuiſti:ſed tu diſces,id eſt diſcere debes, ficubus paſtum: uel macta ſtatim,aut extingue ſitim latice

Τȣ͂ αὐτȣ͂. (Cyprio.

Αντίσπασον ἐμοί τις ὄνον.) Dolet de tarditate aſini ſibi donati. ἀντίσπασον,contrà nitentem. τῶν ἀνακαμπτόντων,de numero reflectentium, redeuntium. Translatio ab aurigis,qui prope metam reflectunt & incuruant equos.

Τοῦ αὐτοῦ,εἰς τὸ αὐτό.

Τὴν πῆραν τ̃ αὐτός.) Macrum pullum ſibi miſſum peræ comparat.

Τȣ͂ αὐτȣ͂.

Αὔκον ἢ ἀνέμων.)Eiuſdem argumenti in quendam,à quo cibum miſſum acceperat. ἦτρον,abdomen.

ΕΙΣ ΕΡΩΝΤΑ. 18.

Αργενταρίȣ.

Αντιγόνην ἔστεργε φιλόστρατος.) In Philoſtratum luctatorem,qui Antigonem iuuenem non conſequutus,tandem ea uetula potitus eſt. Eſt autem ſcribendũ παλαιςής,aut παλαισάς,more Dorico,luctator,& nõ παλαισαῖς.Erat aũt,inquit,miſer,ipſo Iro quinquies miſerior.Reperit autẽ ſub frigore,id eſt tẽpore ſenectutis,dulce remedium. oppoſita enim ſeu contraria cum poſuiſſet, tenuiſſet genua,dormiuit cum Antigone.

ΕΙΣ ΖΩΓΡΑΦΟΥΣ. 19.

Εικόνα μηνοδότου.)In imperitum pictorẽ,qui Mi nodotæ imaginẽ adũbrans,quibuslibet potius ſimilẽ,

Τȣ͂ αὐτȣ͂. (q̃ ei fecerat.

Γράψας δευκαλίωνα.)Latinè nos ſic:

Deucalion per te, Phaëthonq́; Menestrate pictus,
Quo'nam sit precio dignus uterq; rogas?
Rebus utrumq; suis dignabimur: ille sub undas
Mergendus, Phaëthon igne cremandus erit.

Λουκιλλίου.

Εἴκοσι γεννήσας.) *De pictore, qui nec filios sibi simi les genuit, quum uiginti ex uxore sustulisset.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ζωγράφε τὰς μορφάς.) *Forma pingi, uox pingi non potest.*

ΕΙΣ ΗΓΕΜΟΝΑΣ. 20.

Πολλοὶ πολλὰ λέγουσιν.) *In Dæmonicum ducem, seu præfectum, qui quum esset fur & latro, tamen quoties furtum aut latrocinium committebat, furtim compilatis lachrymans quasi condolebat: aut latronibus et furibus à se iugulandis & plectendis compatiebatur. Sicut etiam M. Antonium, qui cum Augusto & Lepido triumuiratum agebat, fecisse constat. qui deprehensum Decij Bruti corpus deplorauit quidem, id tamen decollatum amoueri iussit. Et hæ sunt crocodylorum lachrymæ, & beneuolorum trucidatorum humanitates.* καλχίδος ἐκ γαίης ἀπεχάλκισε.) *Iocus est in agnominatione, ex Calcide terra nostram ciuitatem omni ære priuasti. nam hoc est ἀποχαλκίζειν.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἐκ γῆς λωτοφάγων.) *In obscurum quendam præfectũ, sed rapacem & pathicũ, nomine λυκάονα, quod lupũ sonat.* ἀντιοχευόμενος, *id est cõtrario more futuens.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Θηλυφανὲς παράδοξον.) *Eiusdem in eundem. Potest autem*

autem θηλυφανὴς, & adiectiuum & substantiuum esse. θηλυφανὴς πάθος, effœminatam paßionem. κλεπτό μενος, paßiue, quibus furtum fiebat. ἥγνευε, sanctum simulabat & castum. μηδὲ τὸ σῶμα ῥύπου, nec corpus purum à sordibus, quia pathicus erat.

Ἄδηλον.

Ἀνθρακίων δέκα μέτρα φέρων.) In rusticos uel mercatores, qui data pecunia antiquam & nobilem familiam sibi uendicant. αὐτὸς ὁ Τριπτόλεμος. Quod si suem adduxeris, inquit, esto uel Triptolemus, ciuium omnium nobilißimus. ὑφηγητῆρι, id est subprætori. οὐδεὶς οὐδὲν ἐπιστρέφεται, nullus nihil uertit, id est nemo quicquam curat, siue te Erechthea, siue Cecropem, seu Codrum feceris, dummodo prædicta poßideas.

ΕΙΣ ΘΥΓΑΤΕΡΑ. 21.

Λουκιλλίου.

Οὐκ ἐστὶ θυγατρός.) Non est filia maius onus. Si uero tibi uidetur Euctemon esse leue, audi me. Est tibi hernia, & mihi filia: accipe hanc, & da mihi centum hernias pro una, scilicet filia. Quid sibi uelit hoc epigramma, quid attinet pluribus exponere?

ΕΙΣ ΙΑΤΡΟΥΣ. 22.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πρίν σ' ἐναλείψασθαι.) Suadet Demostrato, ut si Dioni se inungendum dare in animo habeat, planè de uisu desperet, & dicat, χαῖρε ἱερὸν φῶς. quæ sunt uerba desperantium. Vide Erasmum in prouerbio, Vale charum lumen. Non solum enim excæcauit Olympicum, sed propter imaginem quam habebat, etiam palpebras eius eiecit.

Τȣ̃ αὐτοῦ.

Τȣ̃ λιθίνȣ Διός.) Marcus clinicus (quod sonat lectalis) tetigit heri lapideã statuã Iouis. & lapis, id est stupidus, imperitus existens, & Iuppiter hodie effertur, id est ipse (Marcus.

Τȣ̃ αὐτοῦ.

Ερμογένη τὸν ἰατρὸν.) De astrologo Diophanto, qui cum prædixisset Hermogeni medico, eum ultra nouẽ menses non uicturum, ipse sub medico mortuus est. ἀπεσκαρισεν, id est mortuus est. Notabis tamen, ἀποσκαρίζειν proprie dici de piscibus, qui subsilientes moriuntur.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ην τιν' ἔχῃς ἐχθρὸν.) Si tibi inimicus est Dionysie, ne illi imprecer is aut Isin, neq; Amphicratẽ deum, neq; deũ si quis cæcos facit: sed Simonẽ, & cognosces, etc. Vix deum nocẽtiorẽ imprecaberis ei, cui res est cũ imperito medico.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰς ἀΐδος κατέπεμψε.) Quidam infirmus ad Cæsarem sic loquitur, & Eurysthea esse medicum, si ad inferos mittere est esse medicum.

Στράτωνος.

Ιητρὸς καπίτων.) De medico ungente oculos, & subinde obscuriores reddente. Carmen satis est planũ. In secundo carmine, pro μακρὸν, est in nõnullis exemplaribus μικρὸν, paruam turrim. In nonnullis cõtrà μακρῶν, & tunc referendum est ad σαδίων. φάρον, turrim in portubus, nautis prælucentem ardente igne.

Νικάρχου.

Οὔτ' ἔκλυσεν φείδων.) Quidam ait, se sola medici recordatione, cum nec dum clystere purgatus, nec tactus fuerit, esse mortuum.

Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἰητρὸς τὴν γραῦν.) Incertum & ambiguum esse ait, num anus à medico sit purgata, num præfocata. Strepitum quidem clysteris auditum esse, et mox capulum adornari cœptum, quo elata est.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ορθῶσαι τὸν κυρτόν.) Socles medicus uolens gibbosum rectũ facere, magnis spinæ superimpositis lapidibus, miserum oppreßit. τετραπέδους, quadrupedales.

Τοῦ αὐτοῦ.

Χειρουργῶν ἔσφαξεν.) De chirurgo, qui medicum quod claudicaturus erat, occidit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πέντ' ἰητρὸς ἀλέξις.) De medico imperito, habente quindecim infirmos, quos una nocte sua curatione omnes peremit. σοροπηγός, loculorum, quo mortui efferuntur, faber. κοπετός, luctus, fletus.

Αδήλου.

Αγις ἀρισταγόρην.) De Arißtagora, qui Age medico saltem conspecto, protinus exanimatus est. ἔθιγε, tetigit. ὦ σοροπηγοί.) Hortatur pollinctores, ut Agin medicum coronatum reuerenter colant, certi lucri gratia, quo illos perimendis infirmis afficit.

Νικάρχου.

Ξεῖνε, τί μὰν πένθει.) De Zopyro medico, qui non secus atq; Mercurius caduceo & talaribus instructus, eos quos curandos suscepit, ad inferos deducit, quorũ nonnulli nominatim perstringũtur. οἵτ' ὀπίσω, qui in posterũ, qui in futurũ. Cæterũ pro ἐχθονὶ, emenda ἐν χθονὶ, & pro ἐστερησε, ἐστεισε. qualia multa errata cõmiserunt typographi.

Αδ'ὢ

Ἀδέσποτον.

Ἰητρὸς κρατέας.) Crateas medicus, & Damon ἐνταφιαστής, uespillo, seu pollinctor (nam ἐνταφιάζειν est parentare, uel sepelire) facta communi coniuratione, quas fascias à sepulchris Damon furabatur, mittebat ad ligãdum medico. Huic autem Crateas retalians, suos patiẽtes (quos uocant) ei sepeliendos uicißim mittebat.

Ἀδήλου.

Οὐ μήλῃ, τριόδοντι δ'.) Non spicilio (est autẽ μήλη medicum instrumentum, quo immisso latentia & interna ulcera explorant) sed tridente Neptuni me Charinus inunxit, spongiam habens uacuam tabulis fullonicis. Spiciliũ autem trahens euulsit mihi palpebrã radicitus, spicilium uero intus mansit totum. Quòd si bis me inunxerit, dolens ex oculis denuò, non conturbabo eum. Quomodo enim conturbarem, aut molestarem, scilicet eum, non amplius habens, scilicet oculos?

Λουκιλλίου.

Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν.) Diophantus Hermogene tantum in somnis conspecto, haud ultrà experrectus est.

Παλλαδᾶ.

Βέλτερον ἡγεμόνος.) Satius esse dicit iudiciũ fori subire, quàm Gennadium chirurgum experiri. Porrò iudicem Pallada ἡγεμόνα, ducem, principẽ uocat. Sicut Plato in Eutyphrone iudicem βασιλέα nominat, his uerbis: τί νεώτερον ὦ σώκρατες γέγονεν, ὅτι σὺ τὰς ἐν λυκείῳ καταλιπὼν διατριβὰς, ἐνθάδε νῦν διατρίβεις, περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοάν; οὐ γάρ που καὶ σοὶ δίκη τις οὖσα τυγχάνει πρὸς τὸν βασιλέα, ὥσπερ ἐμοί. Sic Hesiodus quoque iudices subinde reges

appellat,

appellat, ſicut hic Pallada ἡγεμόνας. λῃστοκτόνου, latrones occidentis, de latronibus ſupplicium ſumentis. Ille enim, inquit, craſſatores, ſeu homicidas, ſanctè odio habẽs reſecat: hic accepto precio.

Καλλικήρου.

Φαρμακίνοισι ῥόδων.) In Rhodonem medicum furacem, qui lepram et ſtrophulas medicinis tollit, cætera omnia ſine pharmacis, id eſt, furto.

Αγαθίου.

Κεῖτο μὲν ἀλκιμένης.) De Alicmene febricitanté, & raucedine ac pleuritide ac difficultate ſpirãdi laborãte, et Callignoto imperito et ridiculo medico. epigrãma feſtiuũ, cuius dictiones aliquot explicauimus. βραγχὰ λαρυγγιόων, idẽ eſt quod λαρυγγίζων, recluſa gula rauca loquẽs. νυσσόμενος, qui etiã percutiebatur, ſtimulabatur latus, pro in latere, tanquã gladijs laceratũ. poteſt nõ incõmode etiam legi ἀμυχθεὶς, laniatus, ab ἀμύσσω lanio. Et crebro male ſonãtibus anhelitibus ſuſpirãs. πλατυλέσχης, nugator. τῆς παιῶνίδος, pæonia ſapientia, id eſt arte medica plenus. φράζετο, conſiderabat, contemplabatur. καὶ περὶ τῶν κρισίμων φαέων, & de criticis diebus. quos à κρίσει uocant, quæ eſt ſubita in morbo uel ad ſanitatem, uel ad mortem mutatio. οὐχ ἑκὰς ἱπποκράτους, nõ procul ab Hippocrate, id eſt propemodum ſicut Hippocrates. ἀνεφώνει, exclamabat. Vide num rectius legatur ἀναφαίνοι, quanquam & prior lectio locum habere queat. σεμνοπροσωπήσας, compoſito ad grauitatem uultu: καὶ σοβαρευσάμενος, & arroganti uel faſtuoſo animo. δασυνόμενον, condenſatus, artatus. τῆς ἀπημοσύνης, incolumitatis, uel ſalutis.

τὸν νομικὸν, notarium, uel ſcribam. Ἐς χρήματα σαυτοῦ εὖ διαθείς, & rebus tuis recte diſpoſitis. μεριμνοτόκον, ærumnoſam, uel parientem curas & ſollicitudines. Hos uerſiculos exercitij gratia etiam latinos facere in hunc modum libuit:

Alcymenes miſera correptus febre iacebat,
Murmura concluſo gutture rauca ſonans.
Ictibus & duris lateris percuſſus, ut enſe,
Spirabat grauiter totus anhelus agens.
Hunc Callignotus Cous nugator adiuit,
Quo non Pæoniæ plenior artis erat.
Nouerat exactè morbis quæcunq; futura
Dicere, poſthabitis ille ſuperuacuis.
Accubitum Alcymenis ſpectans, faciemq; iacentis,
Explorat pulſum uimq; ſciente manu.
Ac demum Alcymeni memorat præcognita uultu
Auſtero, & nimium mente placente ſibi.
Si raucedo gulam dimiſerit, & latera ictus,
Deſieritq; febris igneus ille calor,
Pleuritide haud unquam morieris: ſigna futuræ
Namq; tuæ Alcymenis cerno ſalutis ego.
Eſto animo intrepido, ſcriba diſpone uocato
Res properè, & uitam deſere ſollicitam.
Et bona me medicum propter reſponſa, bonorum
Hæredem quarta parte relinque tuum.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἰητὴρ τίς ἐμοί.) Hoc epigrãma eſt de medico mittente filiũ ad ſcholas, et grammatico in diſciplinã tradente. Qui cum puerum doceret primum Iliados, quod eſt de cæde hominum miſſorum ad inferos, gratijs actis grammatico, puerum

rum reuocauit, dicens ad hanc eruditionem sibi nihil opus esse præceptore, quum hæc multo compendiosius filius apud ipsum poßit discere. epigramma satis clarum est.

ΕΙΣ ΙΠΠΟΥΣ. 23.

Λουκιλλίου.

Θεσσαλὸν ἵππον ἔχεις.) Ridet Lucillius alicuius equũ *pigrum et immobilem, conferens cum equo Durateo, quod non secus trahendus sit, si loco moueri debeat, atque ille. suadetq; ut alicui deo consecret, & hordeo quo equum pasturus erat, pro alendis pueris utatur.* Thessalia *quondam et equis laudatißimis abundauit, et ueneficijs infamis fuit.* Σαλεῦσαι, *mouere.* δούριον, *ligneum.* Hunc Homer. *Odyß.* θ. δουράτεον *uocat.* πτισάνην, *id est pultem, ex hordeacea farina confectam.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἵππον ὑποσχόμενός μοι.) De Olympio, *qui ei equũ magna & insigni cauda pollicitus addixit, quem caudæ adhæsisse ait, nõ caudam equo. ut intelligas, caudam maiorem fuisse equo.* ὀλιγοδρανίαν, *languens, & modice spirans.* Homerus *hoc uerbo ferè semper de animam agentibus utitur, nempe* Ἰλιάδ. ο. *de* Hectore, τὸν δ' ὀλιγοδρανέων προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ. *& iterum* Ἰλιάδ. π. *de* Patroclo, τὸν δ' ὀλιγοδρανέων προσέφης Πατρόκλεις ἱππεῦ. *& iterum infrà* Ἰλιάδ. χ. *de* Hectore *expirante.*

ΕΙΣ ΚΙΘΑΡΩΔΟΥΣ ΚΑΙ τραγῳδούς. 24.

Λεωνίδου.

Νυκτικόραξ ᾄδει.) Demophilum *citharœdum bubone, quem* νυκτικόρακα *uocat, inauspicatiora canere testatur.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Σιμύλος ὁ ψάλτης.) De Simylo psalte, qui una nocte psallendo omnes uicinos perdidit, præter Horigenem, qui surdus fuit.

Αμμιανοῦ.

Νικήτης ᾄδων.) Argutū est hoc distichon, sed in omnibus exemplaribus deprauatum. nam pro ᾠδῶν, quod sequitur, legendum & emendandum est ὤτων, aurium. ut sit hic uerborū sensus: Nicetes canens aurium est Apollo, id est perditor, uel crux, uel molestator. (Alludit enim ad nomen Apollinis, qui Pythium serpentem perdidit.) Sin autem medetur, scilicet alijs, tunc est eorum quos curat Apollo, id est perditor. Quanquam non negarim & ᾠδῶν rectè legi posse, cantuū perditor: ut ille pastor Virgilianus, stridenti miserum stipula carmen disperdidit.

Λουκιλλίου.

Πέντ᾽ ὀβολῶν πέπρακεν.) Præsens epigramma de Apollophane tragœdo, qui omnia deorū instrumenta quinque obolis uendidit, satis patet.

Διοσκορίδου.

Γάλλον ἀρισταγόρης ὠρχήσατο.) Huius epigrammatis historiam scripsit Pausanias in Corinthiacis. Timias pater quatuor habuit filios, & unam filiam, cui Hyrintho nomen fuit, quæ nupsit Deiphanti. Quumq; discordia inter eos esset suborta, in Epidaurum concessit. quam fratres sequuti monuerunt, ne uiro se comitem adiungeret. quod illa suadentibus quū recusaret, ab eis uerberata est, & ut quidam dicunt interfecta. Hanc historiam quidam histrio saltando repræsentauit, sed nihil propterea premij aut honoris retulit, Aristagoras autem Gallum sacerdotem Cybeles

saltauit,

saltauit, & honore ac donis ob id affectus est. Et hoc poë/ta conqueritur. τιμενίδας, filios Timiæ patris. τὰς δὲ τάλαιναν ὕρνηθῶ scribendum est, & non ὕρνηθῶ, sicut Florentina exēplaria habent. ἐξέβαλεν, eiecit, explosit. ἐν γὰρ ἀμούσοις καὶ κόρυδος.) De hoc prouerbio, quod etiam suprà habuimus, uide Eras. Chiliadas.

ΕΙΣ ΚΛΕΠΤΑΣ. 25.

Λουκιλλίου.

THν ἀναδυομένην.) Hoc epigramma etiam cæcis est perspicuum, sicut & sequens eiusdem Lucillij di stichon. itaq; ad alia propero.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὸν πτηνὸν ἑρμῆν.) Ordinem huius iambici carminis quære in penultimo carmine, Aulus fur nocturnus, & ha/bebis sensum planum. Cæterum hac sententia prouerbiali, πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων, etiam Cicero Epistolarum familiarium libro nono, ad Varronem est usus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὸν τῶν κλεπτόντων.) Lepidus iocus Eutychidæ furis & sacrilegi, qui cum Phœbum aureum esset suffuratus, pri mum ei interdicit, ne id palàm faciat, sed potius artem arti comparet, & manibus oracula, &c. Deinde eidē ubi eum igne conflauerit, liberam potestatem quidlibet de se dicendi facit, tanquam fandi amplius non potenti. μηνύ/τορα, indicem. σύγκρινον, compara. καὶ χείρεσι, manibus, scilicet meis, oracula tua, quæ non minus dolosa & fraudulenta sunt, quàm manus meæ. πρηχθεὶς, confla tus, combustus, more Dorico, à uerbo πρήθω. Vbi (inquit) gratiam, id est uenustatem & pulchritudinem infreni oris

tui conflauero, tum ſanè ementibus omne quod libet dicito.

Τοῦ αὐτοῦ.

Βουκόλε τὴν ἀγέλην.) Monet paſtorem, ut cautius cuſtodiat armentum ſuum, & furem Periclem obſeruet.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ πόδας εἶχε Δίων.) Si Dion perinde furaces habuiſſet pedes, ut manus, &c. nam iocus ſatis liquet.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὴν γένεσιν λυποῦντα.) Quum Heliodorus, inquit, cognouiſſet, quod Saturnus natiuitatem ſuo horoſcopo infœlicem redderet, noctu è templo aureum Saturnum abſtulit. τίς πρῶτος.) Verba ſunt Heliodori furis, Saturno inſultantis, & quærentis ex eo: Dic, inquit, ô domine, quis prior maleficus uenerit, & cognoſces quis ille, ſcilicet ſit, & cuius ſit Saturnus. ὅς δ' ἄλλῳ κακὰ τεύχει.) Verba ſunt Heſiodi. Tu Saturne alteri mala ſtruens, ipſe tibi ſtruxiſti mala. εὑρὼν μοι τιμὴν, poſteaquàm mihi lucrum inueneris, id eſt præſtiteris, quæcunq; uoles oriri facias.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἐκ τῶν ἑσπερίδων.) De Meniſco fure, qui quum tria aurea poma Heſperidum è templo abſtuliſſet, exemplum Herculis imitatus, tandem quoq; ut Hercules in Oeta monte, publicè uiuus combuſtus eſt, ſicut ſacrilegus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἴσιδεν ἀντίοχους.) Τύλη, lectum, ſeu ſtratum, ſeu fulcram ſignificat. Vltimum uerſum ſic lege, κοὐκ ἔτι τὴν τύλην, ſi nolis eum claudicare.

Ἄδηλον.

Χοῖρε μὲν οὐκ ἴδιον.) Porcellus furtim abactus à furibus,

bus,ad ipsos loquitur:& alludit ad nomen χοῖρος & χοιρίδιον, porcellus. quod si diuiseris, significat propriũ porcum. Mactatis quidem porcellum, & uocatis porcellũ, aperte scientes me non esse ἴδιον, id est proprium & uestrum. Neque hunc iocum & allusionem Latina lingua assequitur.

Αδηλον.

Ηδρ(ζ)μεν πολέμων.) Scribendum est ἤδ(ζ)μεν. Nouerамus te omnes, ô Polemon, Antoniũ, quomodo tam repente tres literæ te reliquerunt. & factus es ὤνιος, id est uenalis, scilicet ob furtum quod commisisti.

ΕΙΣ ΚΟΥΡΕΑΣ. 26.

Λουκιλλίου.

Τὸν δασὺν ἑρμογένην.) In Hermogenem toto corpore hirsutum, ita ut ignoraret tonsor ubi tondere inciperet.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αρες ἄρες βροτολοιγέ.) Vlcerosus precatur tonsorem, ne se incidat, quod nullus sit in toto corpore locus, quem ultrà queat incidere, quiq; non ulceribus scateat. Compellat autem tonsorem iisdem uerbis, quibus Apollo Martem apud Homerum Iliados ε.

Αδηλον.

Κουρεὺς καὶ ῥαφιδεὺς.) Ridiculum huius distichi in hoc est, quod acus uicerint nouaculam, quod contrà fieri debuit, id est tonsor à sutore uictus est.

ΕΙΣ ΚΥΒΕΥΤΗΝ. 27.

Παλλαδᾶ.

Παντων μισοπόλων.) In aleatorẽ. estq; elegãs paronomasia in καλλιόπη et ταβλιόπη, cuius etiã obuia.

ΕΙΣ ΚΥΝΗΓΟΝ. 28.

λουκιλλίου.

Πανὶ φιλοσπήλυγγι.) In Marcū uenatorem, qui nulla præda capta, ipsos canes Pani et Nymphis suspēsos dedicauit. φιλοσπήλυγγι, amatori cauernarū. οὐρεοφοιτάσι, frequentantibus montes. Tertium uersiculum plenè sic lege,

σὺν κυσὶ καὶ λόγχαις ταῖς πρὶν συοφόντισι μάρκος.
Et in ultimo pro αὐτὸς, emēda αὐτοὺς, ut ad κύνας referatur. συοφόντισι, quibus cum apri interfecti sunt.

ΕΙΣ ΚΩΜΩΔΟΝ. 29.

παλλαδᾶ.

Παύλῳ κωμῳδῷ.) Paulo comœdo in somnis aßistens dixit Menander: Nihil ego contra te, scilicet dixi, aut feci, & tu mihi maledicis?

ΕΙΣ ΚΩΦΟΥΣ. 30.

Νικάρχου.

Δύσκωφος δύσκωφος.) De hoc epigrammate consule Erasmi Chiliades. Et quanquā non sim nescius idem ab alijs quoq; latinum factum esse, ipsum tamen meo quoq; more sic inter commentandum uertere libuit:

Accusans surdus surdo sub iudice surdum,
Debita pro domibus postulat æra dari.
Quæ sibi debebat dudum numerasse: sed illi
Respondit, noctem se moluisse reus.
Aspicit hos iudex: quid sic pugnatis? utriq; est
Mater? ait. iußis ambo nutrite meis.

Porrò ἀληλεκέναι, infinitiuus est præteriti Attici, à uerbo ἀλήθω, molo.

ΕΙΣ

ΕΙΣ ΛΑΙΜΑΡΓΟΥΣ. 31.

Λουκιλλίου.

Οὐδὲν ἀφῆκεν ὅλως.) In ingratum epulonem Eutychidem, qui de reliquijs quas ſuſtulerat, Aulo nihil impartit. ἦγε δὲ πάντ᾽ ὀπίσω, tulit omnia retrò, id eſt ſtanti à tergo puero omnia ſuſtollenda dedit. ξηροφαγεῖ, arida epulatur, & ſicca, cuiuſmodi eſt ater & ſiccus panis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὕτω σοι πέψαι.) Helluonē Dionyſium precatur, ut & ſibi partem epularum apponat, quum & ipſe ſit uocatus: nec putet ſe eſſe debilem, quia gracilem et tenuem eſſe conſpicatur. Epigramma planum eſt.

Τοῦ αὐτοῦ.

Καὶ τρώγεις ὅσα.) Non abhorret à ſuperiori. Et uoras, inquit, quantum quinque lupi, & ſuperflua, non tua. Τῶν δὲ πέριξ, eorum autem qui circà ſedent: omnia das retrò, ſcilicet aſportanda. Verumtamen cum tuo caniſtro, qui ad pedes tuos ſtat, cras ueni. πρίσματα, ſegmenta, id eſt micas, ſpongiā & ſcobam ſtatim habens.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ην βραδὺς εὐτυχίδης.) Latinè ſic:

Eutychides tardus curſu, ſed currere nouit
Ad menſam, ut dicas, iam uolat Eutychides.

Αγαθίου σχολαστικοῦ.

Οὔτις ἀλοιητῆρας.) In helluonem, cuius menſam negat ſe acceſſurum eſſe, ne & ipſe deuoretur. Nemo, inquit, ſuſtinuit uidere dentes ἀλοιητῆρας, contrucidantes ueſtros, ut tuis in ædibus appropinquet, ſcilicet tibi. Si enim ſemper βούβρωσιν, magnam famam habes ἐρυσί-

χθονος, cerberi ipsius, equidem cito deuorabis & amicũ quem uocas. Sed tua domus me nõ suscipiet, neq; enim ego intrabo, à uestro uentre deuorandus. Sed non intrabo domum tuam. Nec rem magnam fecit Laërtiades, quod Scyllæ hiatibus occurrerit. Sed ego ærumnosius quispiam magis sim futurus, si te accedam, horrendo Cyclope nihilo leuiorem, id est mitiorem.

Τοῦ αὐτοῦ.

Υἱὸς καὶ γενετὴρ.) De patre & filio comedonibus, qui simul in certamen descenderunt, uter plus de substantia deuorare posit: ac demum omnibus deuoratis, se mutuo consumpserunt.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὄρνεον ἤσθιομεν.) Miseram auiculã se deuorasse perhibet, ac demum se quoq; à quatuor uulturibus, id est hominibus maledicis & obtrectatoribus uicißim deuoratos.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μηδεὶς μοι ταύτην.) In hominẽ edacẽ & prodigũ, sed non nisi uilia deuorantẽ. τὴν σπατάλην σου, id est tuas delicias, ἢ σὺ σπαταλᾷς, quibus tu deliciaris. Deuoras (inquit) quæ ipsa fame sunt deteriora, qualia inimicorũ meorum liberi comedant. Conuenit cum eo,

Hostibus eueniant conuiuia talia nostris.

ΕΙΣ ΛΕΠΤΟΥΣ. 32.

Λουκιλλίου.

Τὴν μικρὴν παίζουσαν.) Paruulam ludentem Erotion (puellæ nomen) rapuit culex. Ille uero, quid dixit? Iupiter pater num me uis? scilicet raptam, perinde ut Ganymedem. Magnum mihi hoc loco dubiũ est, num pro θέλω legendum sit ὦ, ô Iupiter pater. Nam ratio carminis

reclamare

reclamare uidetur, & tamen non uideo quid faciat δῶ.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τῷ πατρὶ θυμωθεὶς.) Patri indignatus ô Dionysie Marcus ille paruus, nucleo constituto se strangulauit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἐν καλάμῳ πήξας.) De Stratonico adeò tenui, ut quũ se ex spica suspendisset, tamen corpusculi onere spicã nihil degrauauit, sed trãquillitate existente ὑπὲρ αὐτῶν, super ipsos, intellige spicam & calamum, mortuus uolarit. βρῖσεν, à uerbo βρίθω.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γάϊος ἐκπνεύσας.) In alium quendam tenuem, qui quum efflasset animam, ita ut uixit descendit ad inferos, nihil de suo corpore pheretro efferendum relinquens. ἐκκομιδὴν, elationem funeris. καὶ πέρας, & finis, id est demum. τ̃ ὑπὸ γῆν σκελετῶν, defunctorum sub terra. Nam σκελετοὶ dicuntur ossei, aridi, & defuncti, κενὴν κλίνην, uacuum lectum, id est pheretrum.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τῶν ἐπικουρείων ἀτόμων.) Epicureis atomis quum paruus Marcus caput perterebrasset, per medium, scilicet (eorum iuit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰς σάλπιγγ᾽ ἐνέπνευσεν.) In eundẽ Marcũ tenuẽ, qui quũ modice in tubã inflasset, capite ilico in eã incidit.

Ἀμμιανοῦ.

Τὸν μικρὸν μάκρωνα.) Festiuus de Macrone iocus, quem mus æstiuo tempore dormientẽ, & pede correptũ, in antrum suum pertraxit.

Λουκιλλίου.

Τὸν λεπτὸν φυσῶντα.) Alius iocus de Proclo, quem

ignem sufflantem fumus subsiliens per fenestellã extulit in aërem. Vbi quum uix per nubes descendisset, infinitis uulneribus ab atomis affectus est.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὕτω κουφότατος.) De quodam, qui quoties natabat, toties ex pede lapidẽ aut plumbum propter leuitatẽ corpusculi appendebat, quod cum libraret & retardaret.

Ἀμμιανοῦ.

Ἐξαίρων ποτ᾽ ἄκανθαν.) De Diodoro graciusculo, qui extraxit spinam è pede, quo ipse acum, id est foramen acus perterebrauit.

Λουκιλλίου.

Ἐξ ἀτόμων ἐπίκουρος.) Hoc latinè, & multum simpliciter sic lusimus:

Ex atomis Epicurus ait consistere mundum,
Alcime: quippe quibus nil minus esse putat.
Si tunc uixisset Diophantus, is ex Diophanto
Scriberet: hic atomis nam minor esse solet.
Ex atomis aut si uel cætera cuncta probasset,
Sed tamen ex illo diceret esse atomos.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἱππεύων μύρμηκι.) Hoc epigramma transtulit Ausonius, sed mutato nomine. in quo notabis, τὸ καίριον exponi letaliter, uel mortiferè.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὸν μέγαν ἐζήτουν.) Eumeciũ quærebant socij, at ille dormiebat extensis manibus sub cotyla, uel disco acetario.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἀρθεὶς ἐξ αὔρης.) Hoc quoq; latinum facere placuit, in hunc modum:

Cheremon

Cheremon tenui ſublatus in aëra uento,
  Vincebat paleas tunc leuitate uolans.
Et penetrauiſſet nubes, ſed ſtamine arachnes
  Captus, de ſummo triſte pependit onus.
Quinq; miſer durans ſic penſilis ille diebus,
  Cum tela ſexto decidit ille die.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αἰγείρου φύλλῳ.) De Cheremone, qui folio populi arboris, quod uentus ferebat, leuiter tactus, proſtratus & euerſus eſt.

Νικάρχου.

Τρεῖς λεπτοὶ πρώην.) Hoc tranſtulimus propter ſummam uenuſtatem, ſed adiectis nonnullis, quæ in græco non ſunt: quod etiam ſummos poëtas ſæpenumero factitare uideo.

Tres graciles ineunt tenui de corpore pugnam,
  Quis magis ipſorum ſit leuiore leuis.
Hermon ergo artem cupiens oſtendere magnam,
  Traxit per plenum membra foramen acus.
At Demas modica progreſſus & ipſe cauerna,
  Aſtitit ad telam nentis araneoli.
Quem propere implicitũ ſuſpendit aranea, tanquam
  Demas non homo, ſed paruula muſca foret.
Mox hic Soſipater, Sertis me cingite, clamat:
  Si uideor, uincor, ſum niſi uentus ego.

Λουκιλλίου.

Βουλόμενός ποτ᾽ ὁ λεπτός.) Latinè ſic:
Inuiſam Diophon quærens abrumpere uitam,
  Implicuit collo ſtamen araneoli.

Τοῦ αὐτοῦ.

Σῶμα φέρων σκιοειδές.) In quendam & aëria aura leuiorem, & magis tenuem, & à spectro nihil differentem, quod latine sic interpretati sumus:

Compositum uento portans umbratile corpus,
Ne quenquam temere, suadeo, adire uelis.
Ne quis respirans rapiat te naribus intro,
Qui superas auram uel leuitate tua.
Mortem quod metuas nihil est: post ultima spectrum,
Sicut es in præsens, stamina semper eris.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μύρμηκος πτερόεντος.) Irridet Adrestum rhetorem, conferens eum insidentem formicæ Bellerophonti, sed tamen à semimortua umbra nihil discrepantem. Si uacat idem non bene latine legere, lege:

Formicæ alatæ conscenso tergore rhetor
Adrestus, cœpit talia uerba loqui:
Nunc uolita, portas ô Pegase Bellerophontem,
Heroa eximium, uix retinentem animam.

Ἄδηλα.

Ῥέγκων ἐν ὕπνοις.) Hoc loco rursum tria incertorum authorum coniuncta sunt epigrammata, quæ nos separatim declarauimus: quorum primum est de Demetrio, qui uel stertendo et sufflando in somnis Artemidoram è domo eiecerit.

Aliud.

Ἀρκάδας οὐχ οὕτω.) Nō sic, inquit, Arcadas stymphalides aues, sicut me turdi mortui siccis ossulis dolore afficiūt, uel molestāt. Harpyiæ, scilicet erāt, drachma una, scilicet cōstat sicca decas istorum turdorū, ô miserabiles pra

torum

torum (*siue miseriam inferentes pratis: seu, prata mise/ rabiliter uiolantes*) Vere ualete uespertiliones. Sicut iocũ & argutiam huius epigrammatis non capio, sic neque ui/ deo quorsum ad hanc classem pertineat.

Aliud.

Εἰ μὲν ἐπ' ἀττελάβους.) Facetè & festiuiter irridet Ga ium pumilionem, inquiens: Si contra brucos & muscas ca ninas, aut mures aut pulices, aut ranas expeditio suscepta fuerit, sanè tibi metuendũ est ne & tu cõscribaris. Sin con/ tra uiros fortes erit belligerandum, tum plane trãquillo sis animo: neq; enim ullum bellũ Rhomanis est cum gruibus. In secundo carmine pro μυίας, emenda & scribe μῦας, mures, alioqui non stabit uersiculus. Emenda quoq; φυ/ λῶν, & scribe ψυλλῶν, pulicum ἱππικὸν, equitatum. penultimum uersum sic lege:

Εἰ δ' ἀρετῆς ἀνδρῶν ἄγεται στρατὸς, ἀτρέμας ἴσθι, Ρωμαῖος, &c. quæ è correctione Camilli Veronensis re/ stituimus, sicut alia pleraq;. Latine sic:

Si contra brucos, aut muscas Gaie caninas,
Aut contra mures bella gerenda forent,
Aut contra pulices equites, ranasq; palustres,
Horrida sanguinei prælia Martis erunt.
Ne noua fac metuas bellator in arma uoceris,
Et dare cogaris nomina militiæ.
Sin uirtutis erunt certamina, Gaie quiesce,
Romulidæ gruibus prælia nulla mouent.

ΕΙΣ ΜΑΚΡΟΥΣ. 33.

Λουκιλλίου.

Τιμόμαχον τὸν μακρὸν.) Et hoc & sequens di stichon in longos, nihil habet quod aliquẽ remorari possit.

poßit. πέντ' ἐπὶ πέντε, sunt uigintiquinque.

ΕΙΣ ΜΕΘΥΣΟΥΣ. 34.

Παλλαδᾶ.

Σιλβανὸς δύο παῖδας.) In hominem et uinosum & somnolentum, et Musarum ac amicorum iuxtà negligentem, non inepte hoc epigramma torqueri poteſt.

Αδηλου.

Ἡ γραῦς ἡ βάκχου.) Anus merobiba & multibiba cum uehementi ſebricula conflictaretur, hoc uoto ſe Ioui obſtrinxit, ſi eius ope ab hoc morbo liberaretur, ſe per centum ſoles, id eſt, annos, tantum puram aquam bibituram, & abſtemiam uicturam. Cum itaque uoti compos fieret, ipſo die manu cribrum ſuſtulit, pérque eius foramina plusquàm centum ſoles inſpexit, atq; hoc commento Ioui ſe ſatisfeciſſe putauit. κυλίκων σποδὸς, poculorum cinis, id eſt exſiccatrix. ἀβρόμιος καὶ ἄοινος, id eſt abſtemia, & ſine uino. ἐπεφράσατο, excogitauit, commenta eſt talem machinam.

Αδηλου.

Πῶς φιλέεις ὦ μῆτερ.) Hoc matris & filij colloquium ſic latinum fecimus, uerbum penè uerbo exponentes:

Cur maiore merum complectere mater amore,
Quàm me? da uinum mihi, cui lac ante dediſti.
Te prius ô fili ſitibundum lacte ſopiui,
At nunc perge ſitim liquidis extinguere nymphis.

Αδηλου.

Δέρκεο πᾶς διψῶν.) Eiuſdem argumenti cum ſuperiore. Primi tres uerſus dicuntur à poëta. deinde, ἐκ δὴ βρόχθου ἐμεῖο, uerba ſunt matris ad filium tendentem manus. E poculo meo quid tibi darem ô fili? triginta ſolos ur/

los urceos hæc lagena capit. Respondet filius: O mater, no uercæ morem obtinens, da mihi haurire lachrymis uitis dulcißimæ.

Εἰς ἀπιανὸν ἡγεμόνα ποτήρ.

Γράμμα περισσὸν ἔχεις.) Iocus est in nomine Apianus, nemini non perspectus.

ΕΙΣ ΜΙΛΙΑΡΙΟΝ ΨΥΧΡΟΝ. 35.

Νικάρχου.

Ηγόρασας χαλκοῦν) In uas hybernum, quo hyeme calefit aqua. Hoc epigramma Alciatus sic transtulit:

Aeratum emisti miliarion Helidore,
Per Thracas flantis frigora habens boreæ.
Ne suffla, fumum'ue cies, sumasq; laborem,
Aerata æstati baucalis empta fuit.

ΕΙΣ ΝΟΜΙΚΟΥΣ. 36.

Λουκιλλίου.

Φαῖδρος πραγματικός.) Alciatus hæc duo epigrammata de iurisperitis & pictore coniunxit, his uerbis interpretatus:

Acta notans Phædrus, pictor quoq; pignore certat
Rufus, uter citius scribat, uter propius.
Sed dum concretos terit hic soluitq; colores,
Descripsit uariam protinus ille apocham.
Sorte pedes palmasq; pari si Phædrus haberet,
Nullius certans pictor erat capitis.

Mihi tamen posterius distichon de Cratero quodam mutilato scriba potius, & improbo causidico scriptum esse uidetur,

uidetur, qui plexus est capite, ut falsarius: & non ad superiores uersiculos referendum. Cæterum εἰκονικὴν ἀποχὴν, intellige mercedem aut pecuniam, quam accepit Phædros, confecto aliquo instrumento. nam pecunia semper habet impressas imagines, quas Phædrus Rufo demonstrauit, quibus etiam se uictorem declarari uoluit, quòd multo citius & promptius aliquid lucrosi & quæstuosi scripsisset, quàm ipse pinxisset. Attendes præterea & huius uerbi γράφειν ambiguitatem, quod & scribere & pingere significat. Maior studiosorum pars hodie hoc epigrammate mouetur, & ad studium iurisprudentiæ pertrahitur, uidentium hanc unam professionem esse, quæ compendiosam scribendi, id est faciendi lucri uiam sectantibus suppeditet. Quod cum uulgò iam fieri soleat, fit ut indoctißimis doctorculis, barbarißimis leguleis, impudentißimis sycophantis, audacißimis & uanißimis rabulis omnes orbis anguli sint referti. Qui dum unum atque alterum pragmaticum obiter inspexerunt, ac quasdam fraudulentiores & uersutiores formulas comprehenderint, uix dum à limine salutatis legibus, imò ne uisis quidem, aut primoribus (quod aiunt) labris degustatis, protinus in forum irrumpunt, ac calumnia & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione, (ut uere scribit Cicero) omne ius peruertunt, iustitiam uiolant, leges adulterant, æquitatem uitiant, lites serunt ex litibus, imposturam faciunt clientibus, iudicum oculos suis technis & falsißimis commentis perstringunt: linguam uenalem, ius in quæstu habent, neminem non deglubunt, muneribus inhiant: & in summa, uniuersum orbem dementant & ludificant pro sua libidine, diuina atque humana

mana iura peruertentes. Interim suaues illi homines, nempe indoctißimi asini, neminem non præ se contemnunt, se solos sapere existimant, cæteros umbras uolitare: se esse iuris interpretes, ciuitatis oracula, magnorum principum consiliarios, omnis sapientiæ antistites, omnium causarum arbitros, morum censores, populi magistros, reipublicæ rectores, cum sæpenumero sint & inertißimi, & rudißimi, qui ne primum quidem titulum iuris recte intelligant: non ob aliud tantopere fastu turgidi, arrogantes, & superciliosi, nisi quia Doctores ruris (iuris dicere uolebam) uocentur, & suam professionem uideant authoritate Imperatoria suffultam: cui tamen ipsi nec ingenio, nec eruditione, nec re ipsa respondent, iniusti, iniqui, uitiosi, indocti & barbari, quibus præter precium, sicut meretricibus, nihil dulce est. Tum si quis ex illis aliquot Italiæ aut Galliæ scholas nominare saltem didicit, tametsi Italiam aut Galliam nusquam sit ingressus, Dij boni quæ tunc auditur iactantia, quæ gloriatio, quæ scientia? Is uero tum est omnibus Bartholis & Baldis iurisperitior, atque adeò omnibus etiam antiquißimis iurisconsultis iurisconsultior. Quasi uero non & sæpenumero magnos eiusmodi asinos hactenus nobis remiserint Italiæ, aut Galliæ, aut non in utrisque illis regionibus insignes asini etiam reperirentur. Sed tantæ ruditatis & uanæ arrogantiæ causam cui rei iustius imputabunt, quàm quòd humanioribus studijs & spretis & posthabitis, protinus illotis (ut dicitur) pedibus ad hanc professionem iuridicam, quæ sine his literis nec percipi, nec rectè tractari potest, irruerunt.

irruerunt. Vili tamen non raro, hunc meliorum literarum contemptum in multis egregie punitum & uindicatum esse. Nam quoties una aliqua lex eis citāda est, paulo scripta latinior (ut sunt omnes scriptæ latinißimè) tum eos in dictionibus & uocabulis miserè torqueri & hærere cerneres, & anxiè discruciari ob nō intellectam uoculam. Tum ad omnes Dictionarios & Vocabularia cursitant, tum facessunt negocium Calepino, arripiunt Gemmam gemmarum, & uocabularium Ex quo, & qui continet Teutonicum ante latinum, ita misere sudantes, ut equidem eorum uicem perſæpe grauiter indoluerim: hoc est, cum gaudio riserim, & subsannauerim. Sed redeo unde digressus sum, hos suæ insaniæ, uanitati & inscitiæ relinquens. Neq; enim tutū est, hos crabrones irritare, ne solenniter cōtra me protestentur, & mihi iniuriarum dicam impingant. Tametsi cordatus lector non obscure uideat, quid in hoc hominum genere mihi improbetur.

ΕΙΣ ΟΚΝΗΡΟΥΣ. 37.

Τοῦ αὐτοῦ.

EIς φυλακὴν βληθεὶς.) Hoc sic exposui:

Dum piger obscuro teneretur carcere Marcus,
Fassus erat cædem, ne ferat inde pedem.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τῆς νυκτὸς τρoχάσας.) Et hoc his uerbis:

Non ultrà dormit Marcus, quia currere uisus
Est sibi, ne stertens denuò currat iners.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὕτως ἐς' ἀργὸς:) Pantænetus febre laborans, & adeò correptus pigritia, Deos precatus est, ne sibi opus esset amplius surgere. Qui cum uoti compos non fieret, eosdem ob id

ob id ipsum incusauit. Cæterum pro ἐνδ' ἐνιαυτῷ, in anno, uide num rectius legatur, ἐν δὲ ἰαύτῳ, in quiete, à uerbo ἰαύω, quod dormio & quiesco significat.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εκλήθην ἐχθὲς Δημήτριε.) *Quod inuitatus, tardius aduenerit, excusat se.*

ΕΙΣ ΟΡΧΗΣΤΑΣ. 38.

Λουκιλλίου.

EK ποίων ὁ πατήρ σε δρυῶν.) *Tardum & grauem saltatorem alloquitur, ex qualibus nam quercubus te pater Ariston exscidit, aut ex quali te mola exsecuit lapidicinarum? Aut enim es è quercu* παλαιφάτου *fatidica, aut ex petra (qui uersus etiā in durum & inexorabilem torqueri potest, estq́; Homeri ex Odyss. τ. tantum mutato aduerbio* οὐ *in* ἢ. *nam sic legitur,* οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐσσι, *etc.) saltator Niobes uiuum exemplar. Quare me admirantem dicere oportet, quod & tu nonnihil cum Latona contendisti, sicut Niobes. non enim es tuapte sponte lapideus, id est immobilis, & tardus saltator.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Πάντα καθ' ἱστορίην.) *Aliud in alium quendam ineptum & ridiculum saltatorem, quod clarissimus & doctissimus Hermannus. Comes à Noua aquila sic eleganter et lepidè transtulit,*

Omnia perbellè dum luderet histrio, tantum
Vnus, & hic ingens error in arte fuit.
Nam saltans Nioben, subitò stetit, ut graue saxum:
Quumq́; foret Capaneus, terga supina dedit.
Ast ubi iam Canacen stricto mucrone referret,
Quod uiuens abijt, contra erat historiam.

r Παλλαδᾶ.

Παλλαδᾶ.

Δάφνην καὶ νιόβην.) Ausonius hoc distichō sic trāstulit,

Daphnen & Nioben saltauit Simius idem,
Ligneus ut Daphne, saxeus ut Niobe.

ΕΙΣ ΠΑΧΕΙΣ. 39.

Τὸν παχὺν τοῦ ἔγραψεν.) Imprecatur malū exitiū pictori, quòd hominem crassum & obæsum belle depinxerit, & iā pro uno odioso duo sint spectandi. Colligimus aūt facile ex hoc disticho, antiquitus pingues et crassos homines propter crapulam & saginā odio fuisse habitos.

ΕΙΣ ΠΟΙΗΤΑΣ. 40.

Πολλιανοῦ.

Εἰσὶ καὶ ἐν μούσαισιν ἐρίννυες.) Absurdū & furiosum poētā, multa citra iudicium scribentem, precatur, ut scribendis carminibus pergat, quòd maiorē insaniā ei optare & imprecari nequeat Hoc epigrāma perelegan/ter transtulit Germanus Brixius, quod & adscribere libuit:

Sunt furiæ & Musis, quæ te fecere poëtam,
Hinc sine iudicio carmina multa facis.
Plura ergo, precor, ede poëmata, quando precari
Maiorem hac nequeo More tibi maniam.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ μὴ χαίρω Φλῶρε.) Deridet Florum poētam sesquipedalem, & carminibus dactylicis gaudentē, quæ apud Græcos alijs sunt faciliora. qualia etiā fecit Oppianus de piscibus & uenatione. εἷς τῶν σῶν, unus tuorū, scilicet pedū, seu carminū extēsorū. Gaudeo per sortē, quā sortitus es in certaminibus, tanquā de uiduali parte coronæ. Igitur cōfide Flore, & lætus esto. Sic uincere etiā δόλιχον, plenū cursum (qui secundū Suidā uiginti quatuor stadia cōplectitur) potes:

potes: de quo etiam in ſuperioribus dictum eſt.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τοὺς κυκλίους τούτους.) *In poëtam elegiographum, qui abominatur* Partheniũ *et* Callimachũ, *quod pleraq; ex* Homero *ſuffurati ſunt. Sunt autẽ quidã uerſus, qui dicuntur circuli, quia à quocunq; uerſu inceperis, ſemper ſtat ſenten tia. de quibus* Ioannes Grammaticus *in libris* Poſteriorum Ariſtotelis, *allegans hoc carmen* Homeri, *quod in tertio li bro habebimus,*

χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, μίδου δ᾽ ἐπὶ σήματι κεῖμαι.

Hos ergo circulos Pollianus *ſe odio habere teſtatur, quod ferè ſint conſarcinatis & aliunde acceptis uerbis & clau ſulis compoſiti.* λωποδύτας, *fures, ſuppilatores propriè ueſtium.* θηρὶ γένοιμ᾽ οὐατόεντι. *fiam, inquit, ſimilis auritæ beſtiæ, id eſt aſino, ſi unquam ſcripſero, nempe ut ſequitur:* χλωρὰ χελιδόνεα, &c. οἱ δὲ, *illi autem,* Parthenius *&* Callimachus, *& alij qui ſtudent circulis, ita impuden ter depredantur* Homerum, *ut propemodum iam ſcribant,* Dic mihi iram, &c.

Λουκιλλίου.

Οὔτ᾽ ἐπὶ δευκαλίωνος.) *Hoc epigrãma in* Potamona *poëtã, &* Hermogenem *chirurgum, ſic ſum interpretatus:*

Deucalioneis non tot periere ſub undis,
Nec Phaëthontæo tot periere rogo:
Quot Potamon *homines irato* Helicone *poëta,*
Aut quot chirurgus perdidit Hermogenes.
Quattuor hæc igitur ſunt nata pericula mundo,
Deucalion, Phaëthon, Hermogenes, Potamon.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τέθνηκ᾽ εὐτυχίδης.) *In* Eutychidem *odioſum poëtã,*

quondam uiuis, nunc etiam mortuis molestum suorum car/ minum recitatione. μελογράφος, scriptor carminum. διετάξατο, testamento iussit, disposuit. νόμων, non le/ gum, sed carminum, seu cantilenarum. νόμον enim in can/ tilena aut carmine, uocis qualitatem significare tradunt gamrmatici.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αρχόμεθ' ἡλιόδωρε.) Prouocat Heliodorum, nuga/ cem & ineptum poëtam, ad certamen poëticum. Incipia/ mus, inquit, ô Heliodore, ludamus poëmata sic hæc ad inui cem. nam hoc tu uis, cupis. ἆσσον ἴθ'.) Hoc hemistichiũ sumptum est ex sexto Iliados, suntq; uerba Diomedis, pro/ uocantis Glaucum ad pugnam,

ἆσσον ἴθ' ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι.

Etenim me uidebis μακροφλυαρήτην, prolixum nuga/ torem. ἡλιοδωρότερον, uincentem Heliodorum, scilicet nugis, & indoctis carminibus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μηκέτι μηκέτι μάρκε.) Alloquitur Marcũ poëtam Lucillius, ut eum potius lugeat, quàm suum filium, cuius obitum male tornatis carminibus defleuerat, quorum le/ ctione se propemodum interfectum esse dicit. κόπτου, luge, plange. τὸν σ' εχίνα, legendum est στιχίνα, uersicu lari morte, id est quam tui uersiculi mihi intulerunt.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐχ οὕτω κακόεργον.) Callistratum maledicum & mordacẽ poëtam, à quo subinde uirulentis carminibus pro scindebatur, orat ut tandẽ receptui canat, & inducias cũ eo faciat. Non ita noxiũ, inquit, fabricauerũt ensem homines, propter subitas insidias, quale ἀκήρυκτον πόλεμον, non

non indictum, non denunciatum bellum (qua dictione etiam Plato utitur in primo de Legibus) ô Callistrate, & tu progressus mihi facis tuis mortiferis hexametris, uel (ut Ouidius loquitur) sanguinolentis. σάλπιγγον ταχέως ἀνακλητικὸν, *cane ilico receptui. Siquidem & Priamus plorans inducias est consequutus, & Achillis in hoc mansuetudinem expertus. Vide Homerum Iliados ultimo.* ἡμερίων, *homines, pro hominem, id est Hectorem, quem ei Achilles reddidit, maximis præmijs, et senis lachrymis ad hoc inductus.* ἡμέριος *autem hominem significat, uel quod sit breuis uitæ, uel quod in diem uiuat. Notabis primum huius epigrammatis carmen sumptum esse ex Arati* φαινομένοις, *&c. Vide Stobæum* περὶ πολέμου, *& ipsum Aratum.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐδενὸς ἐνθάδε νῦν.) *In ambitiosum poëtã, qui erexit sepulchrum adscripto epigrammate, tametsi nemo istic fuerit humatus. Epigramma quia clarum est, non opus habet longiori interpretatione.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ποιητὴς πανάριστος.) *Laudat eum poëtam, qui suorũ carminum auditores mensa accipit & prandio. Principiũ huius epigrammatis est sumptum ex Hesiodo ita scribẽte,* οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει, *&c.*

Ἀράτου.

Αἰάζω Διότιμον.) *In triuialem grammaticum & literatorem Diotimum, qui docebat puerulos literas exprimere, & syllabas connectere, cuius uicem se dolere & lugere dicit. Hoc distichon allegant Macrobius & Suidas.*

Ἀδήλου.

Μισῶ δέσποτα καῖσαρ.) In eos qui negant à poëta iuuene nullum laudatum aut elaboratũ poëma scribi posse, sed tantum ueterũ & semicaluorum ac curuorũ uersus dignos esse lectione. Porrò in secundo uersu pro ἤρεσκε κἂν ἀν, lege & emenda ἤρεσε κἂν εἴπω:, & ita stabit uersiculus. est enim tertia persona indefiniti primi singul. ab ἀρέσκω, placeo. Hoc epigramma non ineleganter sic latinum fecit Vrsinus, quod & adscribere libuit:

Hos odi, queis nemo nouus placet, optime Cæsar,
Vel si nunc, Iram dic mihi Musa, canat.
At nisi quis Priami canos propè contigit annos,
Sit licet incuruus, scire nec alpha potest.
Si uerum est, ô summe deûm, tantummodo docti
Extiterint, quosquos hernia dura tenet.

Λουκιανοῦ.

Ποιητὴς ἐλθὼν εἰς ἴσθμια.) De poëta, qui prætextum & occasionem quærebat congrediendi cum cæteris poëtis. ἔχειν, habere, id est pati ἀσθμα, difficultatẽ anhelitus: & allusit ad nomen loci ἴσθμος. Idem accessurus Pythia, certamina quæ in honorem Apollinis fiebãt, nõ potuit dicere Patior παραπύθι, quia hæc dictio nihil significat. Et notat poëtæ ignorantiam, & imperitiam.

Ἀδεσπότου.

Ὠμοβοείου μοι παραθεὶς.) De poëta qui carnes bubulas, sed crudas unà cum miscellaneo, hoc est edulio, quod est ex lacte et adipe suillo et semidale in folijs ficulnis coctũ, quod θρῖον uocarunt, auditori apposuit, eidemq; interim sua carmina recitauit. Apposita mihi, inquit, portione ô Heliodore crudæ carnis bouinæ, & temperatis seu

mixtis

mixtis miſcellaneis(ſcribendū eſt autē hoc loco pro τρία, θρία)multo crudioribus ilico me epigrāmatis κατακλύζεις, obruis, ſiue demergis. ἀλλ' ἀσεβήσας.) Optat ſibi *contingere nunc quod quondā ſocijs* Vlyßis *accidit, ut ipſe potius bobus ſolis deuoratis ſubmergatur in mari: aut ſi aqua abeſt longius, in puteum proijciatur, quàm talia audiat carmina, ſub cibis crudis & duris.* Quod *ſi, inquit, aliquid impie deliqui, comederim unam boum ex* Trinacria, *id eſt* Sicilia. Cupio *enim ſemel ad undam hiare, id eſt ſubmergi. ſi uero hinc procul eſt aqua, ſublatum me in puteum præcipita.* De *dictione* θρίων, *potes conſulere* Ariſtophanis *interpretem in* Acharn.

Ἀδήλου.

Τί ὠφελήσας.) *In uerſificatorem, uendentem maledicentiam argento: id eſt, mordaces iambos, & dentata carmina.*

Μακεδονίου.

Παρθένος εὐπατέρεια.) Quanquam *hoc epigramma non ualde reſpondeat huic titulo & libro, tamen ſummæ eſt elegantiæ & uenuſtatis, quo poëta ab exemplis confirmat non eſſe nefas, ſi quis poëtarum pro ſuis laboribus aurum aut argentum acceperit, quod nec ipſa iuſtitia in re pia non auerſatur: quum etiam libræ* Iouis, *quibus uniuerſam uitam mortalium ponderat, ſint aureæ. id quod* Homerico *uerſiculo planum facit, qui habetur* Iliados χ. εἰ μὴ ὁμηρείων, Niſi, *inquit,* Homericarum *gratiarum omnino es oblitus. quæ eſt concluſio ad eum, qui fortaſſe improbum duxit, poëtas pecuniam expetere.*

ΕΙΣ ΠΛΟΙΑ. 41.

Λουκιλλίου.

OI τοῖχοι διόφαντε.) In nauem fractam, paßim rimis fatiſcentem, & aquas accipientem, ut in ea piſces natare uideantur. Cuius argumenti eſt etiam ſequens eiuſdem poëtæ, εἰς πέλαγος πλέομεν. quod tamen priore eſt argutius. In pelagus, inquit, nauigamus Dionyſie, & impleta eſt nauis undiq; toto pelago. Hauritur Adriaticũ, Tyrrhenicũ, Iſtricũ, Aegeũ, ſcilicet ex tua naui. non nauis eſt, ſed fons ligneus oceani. O Cæſar arma te, ſcilicet defenſurus imperiũ tuum. Dionyſius (pro ἔρχεται, haud dubiè hoc loco legendũ & corrigendũ eſt ἄρχεται) incipit, non ultrà nauclerus eſſe, ſed dominiũ maris occupare, quod tibi Cæſar armis uindicandum eſt.

Βιάνορος.

Τὸ σκάφος οὐ βυθὸς εἷλε.) De naue concremata, priuſquàm in mare fuit deducta, aut ullo uento quaſſata & iactata. ὑπερβρασθεῖσα, ſupra modum feruida facta, à uerbo βράζω.

Αντιπάτρου θετταλοῦ.

Εἶχε φίλωνι λέμβον.) De naue ſeu lembo Philonis, qui quanquã Sotericħos ſit dictus, omnibus tamẽ nauigantibus (fuit exitio.

Λουκιλλίου.

Ἐκ ποίων ἔταμες.) Quærit ex Dionyſio, ex quibus lapidicinis ſuæ nauis ligna exciderit. neque enim ſibi uideri querna aut abiegna, ſed plumbea, quod ita ſint immobilia, ut periculum ſit, ne in lapidem mox conuertantur.

εἶτα τὸ χεῖρον.) Nauis loquitur. Deinde quod peius eſt, Meliten (ſi rigidus ille poëta) me tanquam Nioben marcidã fabulam faciet, id eſt tragœdiã de me cõſcribet. Non ualde

diſcrepat

discrepat hoc epigramma, ab eo quod suprà de saltatoribus exposuimus, eiusdem Lucillij, statim in principio.

ΕΙΣ ΠΟΛΥΤΕΧΝΕΙΣ. 42.

Παλλαδᾶ.

T*Εχνον ἀναιδείης.)* Hoc epigramma factum est in ardeliones, & uanos ostentatores atq; Thrasones, quo hominum genere nihil est odiosius & detestabilius. Qui cum omnia scire, & ad unguem nosse cōtendunt, omnium tamen rerum inueniuntur imperitissimi, & non nisi iactatores uanissimi, & gloriarū plenissimi. Hoc epigramma Marullus sæpius torsit in Angelū Politianū, hoc uitio non mediocriter laborantem, & hanc consuetudinem habentem, inter socios semper de altioribus & sublimioribus loquendi, ac de omnibus quæcunq; proponebantur cōtentiosè & rixosè garriendi, contempto reliquorum omnium iudicio. Mihi quoque talis ἀλαζὼν hic in proximo natus est, qui his uersibus, tanquam suis coloribus, propriè est depictus. Quam enim artem, quam disciplinam aut professionem nominabis, quam ille gloriosus asinus non perdidicisset? Quid in uniuersa rerum natura ita abditum atque abstrusum proferes, quod ille non peruestigatum (si dijs placet) calleret? Ea est hominis impudentia, ea audacia, ut etiam de rebus sibi minime compertis, tamen contra omnium assertiones affirmare & pronunciare audeat, nemini cedens, contradicens omnibus, & (quod est impudentissimum) neminem in partem sermonis admittens, solus sine fine garriens, sua loquacitate totum non omnes [illegible]cat. Ita sibi placet, sic arridet, adeò applaudit sibi ipso, ut Thrasonem præ isto Thrasonem esse nugas. Disputat de humanitate, quam nunquam attigit, contendit esse hu[illegible]

manißimus. Disputatur de Rhetorica aut Dialectica, in his sibi mox sumit principatum, & se magistrũ & normam dicendi esse perhibet. Si fit contentio in rebus mathematicis, ibi non dubitat corniciũ (quod aiunt) oculos configere, & ueteres nihil in eis sapuisse. Infertur sermo de medicina, fit Aesculapius: nam Hippocratem & Galenũ nihil moratur. Quod si controuersia oritur in iure ciuili, non concedit etiam antiquißimis iuriscõsultis. Nam de Astrologia quid dicam? quam ille ita tenet, ut etiam omnium stellarum numerum memoriter teneat: cum in Geometria quoq; Ptolomeum puerum esse ostenderit. Musicam quid attinet nominare, cuius omnia arcana melius quàm digitos unguesq; suos habet perspecta & cognita. Age uero in Theologia, ipso præsente, si quis uolet, disceptationem moueat? uidebit eum neq; priscis doctoribus, neq; neotericis theologis (per quos iam Euãgelica doctrina iterũ propagata est) quicquã concessurum, dicturumq; se nihil à quoquã accepisse, atq; adeò eorum scripta se nunquã legisse. Iam in architectura uincit longo interuallo Victruuiũ, in re militari Vegetium, in agricultura Varronem & Columellam, & senem illum Catonem, quem delirasse ait: in œconomia Xenophonte est superior, in administratione reipub. Platone & Aristotele. Philosophiam uero omnem ita contriuit, ita exacte perdidicit, ut æquo animo patiatur in hac sibi conferri neminem. Et si sunt qui de mechanicis artibus quibuscunque tandem cum eo disputationem suscipere ausi fuerint, sat scio, pugnã et certamen non detrectabit, ita omnia ad amußim se nosse predicat, & iactabundo ore uenditat. In tanta tamen omnium rerum cognitione, id peßimum est, quod se ipse noscere non didicit. Quam sui cognitionem si unquam sibi

parasset,

parasset, perspexisset haud dubie iampridē undiq; promi/nentes auriculas, cognouissetq; cuiusmodi nam monstrū fo/ret, non nisi ex mera uanitate, iactantia, ambitione, arro/gantia, fastu, tumore, atque etiam philantia conflatum com positum, & formatum. Sed iam ad alia pergamus, missum facientes perditum illum ardelionem. Porrò quod suppri/mendum non duxi, in primo uersiculo Pallada necessitate metri μορίης posuit, pro μωρίης, uocali breui pro longa, κατὰ συστολήν.

ΕΙΣ ΠΟΝΗΡΟΥΣ. 43.

Ἀμμιανοῦ.

Εἴη σοι κατὰ γῆς.) Latine sic ex tempore:

Sit tibi terra leuis, miserande Nearche, uoraces
Effodiant tua quo promptius ossa canes.

Τοῦ αὐτοῦ.

Θᾶττον ποιήσει μέλι.) Et hoc latinum fecimus ad hunc modum:

Lac dabit ante culex, aut mel scarabeus habebit,
Scorpie quàm dignum laude patrabis opus.
Nil facis ipse boni, reliquis obstacula praebes,
Detestabilior sidere falcigeri.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μητέρα τὶς, πατέρ᾽ ἄλλος.) In Polianum parricidam, qui & matrem & patrem & fratrem neci dedit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὀψὲ πόδ᾽ ἡ ποδάγρα.) Gratulatur quendā tandem podagra esse correptū, quem ante centum annos podagri/cum esse oportebat, propter summā hominis improbitatē.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μασάνγρων ἀφελῶν.) Innuit hunc dignum multis cru/cibus,

cibus, propter ingentia scelera. quod distichon Tho. Morus sic transtulit:

Mastauron elementa tibi duo subtrahe prima,
Nemo te reliquis dignior esse potest.

Τοῦ αὐτοῦ.

Θηρίον εἰ παρὰ γράμμα.) *In eundē Marcū, quem sine litera m, ait esse feram (nam arcos significat ursum) & cum litera hominem: sed dignū multis, scilicet ursis, à quibus discerpatur, quando sine litera m scribitur.*

Καλλίου ἀργείου.

Αἰεὶ θηρίον ἦσθα.) In Polycritum *ferinum, rabiosum, & improbum potorem. Cæterum huic hemistichio,* οἶνος ἐλέγχει τὸν τρόπον, *uinum arguit ingenium, subscribit pulcherrime* Theognis *ita,*

Ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες
Γιγνώσκουσ᾽, ἀνδρὸς δ᾽ οἶνος ἔδειξε νόον.

Aurum atq; argentum fabris dinoscitur igni,
Vinum hominis prodens arguit ingenium.

Δημοδόκου.

Καὶ τόδε Δημοδόκου.) *Omnes* Chios *in uniuersum malos esse dicit* Demodocus, *excepto* Procleo. & τόδε, *& hoc, scilicet dictum, siue hæc sententia est* Demodoci, *nempe* Chij *mali sunt.* οὐχ ὁ μὲν, *non hic quidem, scilicet solus malus est.* ὃς δ᾽ οὔ, *hic uero non, etc.* Notabis, Strabonem *quoq; in decimo geographiæ suæ, non dißimile carmen citare,* καὶ τόδε Φωκυλίδου λέγει, *quod uidere potes. nam mihi ad manū exemplar non erat cū hæc annotarem.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Καππαδόκην ποτ᾽ ἔχιδνα.) Morus,

Vipera Cappadocen mordens mala, protinus hausto
Tabifico

Tabifico perijt sanguine Cappadocis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Καππαδόκαι, φαῦλοι μὲν ἀεί.) Videmus ex hoc quoque epigrãmate, nõ de nihilo hoc prouerbiale ænigma uulgo esse iactatum, Tria cappa peßima: quo Cappadocum, Cretensium, & Cilicũ mores notatos esse constat. Nam et hic poeta Cappadocas per omnia malos & improbos esse affirmat. ζώνης δὲ τυχόντες, zonam cõsecuti, id est, posteaquam cingi cœperint, quod fit ubi facti fuerint adultiores, iuuentutis metam egreßi. ἢν δ᾽ ἄρα, Si autem bis uel ter magnam rhedam seu currum, scilicet regis, uel alicuius potestatis tetigerint, uel ceperint, uel apprehenderint, tunc fiunt φαυλέωι φαυλότατοι, id est, super peßimos peßimi. O rex Iuppiter μὴ μὴ τετράκις, ne quæso quarta uice, scilicet apprehendãt potentiã aliquã, ne ipse mundus labefactetur, καππαδοκιζόμενος, id est Cappadocum moribus infectus.

Λουκιανοῦ.

Εἰπέ μοι εἰρομένῳ.) Quærit ex Mercurio, quomodo anima Lucilij orcũ intrauerit: cui mirabile uidetur, si sine conuitijs & uerbis maledicis silens intrarit. Porrò pro λουκιλλιανοῦ, corrige λουκιλίου, si uis uersum legitimis pedibus currere.

Ἀδεσπότου.

Δαμαγόραν καὶ λοιμόν.) In Damagorã, peste multo pestilentiorem & nocentiorem. Quidam, inquit, cum audiuisset Damagorem & pestem eiusdem esse calculi & ponderis, statuit utrorumq; (est enim legendum ἀμφοτέρων) mores in canone, id est in statera seu trutina. Ad partem autẽ cum subducta libra traxisset, reperit pestem Damagora multo leuiorem.

Ἀντιό

Ἀντιόχου.

Ψυχὴν μὲν γράψαι.) In hominem & corpore & animo monstrosum & malitiosum, cuius tamen anima citius quàm corpus pingi potuisset. Morus:

Pingere difficile est animum, depingere corpus
Hoc facile est, in te sunt tamen ambo secus.
Nam prauos animi mores natura reuelans,
Fecit ut emineant undiq; conspicui.
Sed formæ portenta tuæ deformia membra
Quis pingat? quando hæc cernere nemo uelit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γαίης ἐκ γαλατῶν.) Ex terra Gallia nullos flores furias hominum perditrices germinare ait.

ΕΙΣ ΠΟΡΔΗΝ. 44.

Νικάρχου.

Πορδὴ ἀποκτείνει πολλούς.) Hoc epigrāma, sicut pleraq; alia, more nostro sic conuertimus:

Et crepitus multos nequiens erumpere perdit,
Et seruat, balbum quando dat ore sonum.
Ergo si seruat crepitus, iugulatq; sonando,
Regibus hunc magnis quis neget esse parem?

ΕΙΣ ΠΑΡΟΡΙΣΤΑΣ. 45.

Ἀμμιανοῦ.

Κἂν μέχρις ἡρακλέους.) In transgressores terminorū terræ, cuiusmodi sunt rustici & principes, qui nō cōtenti suis finibus & ditionis pomerijs, regni sui terminos per fas & nefas subinde latius dilatare pergunt. Nam παροριστὰι nō eos significant, qui longe lateq; uagantur, sed qui alijs in propagādis finibus agrorū, aut ditionis, iniuriam faciūt. Quos ne obulo quidem ditiores futuros esse

dicit

dicit, etiã si terminos suos usq; ad columnas Herculis *pro/mouerint: & statim fore, ut in aliena terra moriantur.*

ΕΙΣ ΡΗΤΟΡΑΣ. 46.

Λουκιλλίου.

Χοιρίδιον ὦ βοῦν ἀπολώλεκα.) *Hoc epigram/ma scite simul & docte interpretatus est* Erasmus *in prima centura tertiæ* Chiliadis, *quod quia omnibus inde promptum est petere, breuitatis gratia omisi.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐ δέχεται μάρκον τὸν ῥήτορα.) *In latratorẽ* Mar/cum, & Rufum *grammaticũ, utrunq; iuxtà indoctũ et bar barum, quos nec* Pluto *mortuos suscipere dignatus est.*

Κερεαλίου.

Οὐ τὸ λέγειν παράσημα.) Lucillius *hoc epigrãma/te carpit & deridet quendam rhetorculũ, uerba inusitata, obscura, & obsoleta affectantẽ, dicens hanc non uerã esse rationem declamandi, sed oportere mentem uerbis subijce/re, & phrasin cõmuniorem facere, ut quæ dicat ab audien tibus intelligãtur.* Nam παράσημα, *nõ insignia hoc loco uerba intelligenda sunt, sed monstrosa potius, & ignota, et à quotidiano sermone abhorrentia.* Hanc *affectatã uerbo/rum insolentiam, neque in* Demosthene *omnis eloquentiæ principe tacitã præterire, et sine obiurgatione dissimulare potuit* Aeschines, *qđ in publica cõcione uerbis planè exo/letis & poëticis esset ualde absurde usus.* Sic *enim dixit in ea quã aduersus* Ctesiphõntẽ *habuit oratione,* οὐ μέμνη/σθε αὐτοῦ τὰ μιαρὰ καὶ ἀπίθανα ῥήματα, ἃ πῶς ποθ' ὑ/μεῖς ὦ σιδήρεοι ἐκαρτερεῖτε ἀκροώμενοι, ὅτ' ἔφη πα/ρελθὼν, ἀμπελουργοῦσί τινες τὴν πόλιν, ἀνατετμήκα/σί τινες τὰ κλήματα τοῦ δήμου, ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα

τῶν πρα/

Παλλαδᾶ.

Δάφνην ᾧ νιόβην.) Ausonius hoc distichō sic trāstulit,

Daphnen & Nioben saltauit Simius idem,
Ligneus ut Daphne, saxeus ut Niobe.

ΕΙΣ ΠΑΧΕΙΣ. 39.

Τὸν παχὺν ἐῦ ἔγραψεν.) Imprecatur malū exitiū pictori, quòd hominem crassum & obæsum belle depinxerit, & iā pro uno odioso duo sint spectandi. Colligimus aūt facilè ex hoc distichο, antiquitus pingues et crassos homines propter crapulam & saginā odio fuisse habitos.

ΕΙΣ ΠΟΙΗΤΑΣ. 40.

Πολλιανοῦ.

Εἰσὶ ᾧ ἐν μούσῃσιν ἐρίννυες.) Absurdū & furiosum poëtā, multa citra iudicium scribentem, precatur, ut scribendis carminibus pergat, quòd maiorē insaniā ei optare & imprecari nequeat Hoc epigrāma pereleganter transtulit Germanus Brixius, quod & adscribere libuit:

Sunt furiæ & Musis, quæ te fecere poëtam,
Hinc sine iudicio carmina multa facis.
Plura ergo, precor, ede poëmata, quando precari
Maiorem hac nequeo More tibi maniam.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ μὴ χαίρω φλῶρε.) Deridet Florum poëtam sesquipedalem, & carminibus dactylicis gaudentē, quæ apud Græcos alijs sunt faciliora. qualia etiā fecit Oppianus de piscibus & uenatione. εἷς τ̃ σῶν, unus tuorū, scilicet pedū, seu carminū extēsorū. Gaudeo per sortē, quā sortitus es in certaminibus, tanquā de uiduali parte coronæ. Igitur cōfide Flore, & lætus esto. Sic uincere etiā δόλιχον, plenū cursum (qui secundū Suidā uiginti quatuor stadia cōplectitur)

potes:

potes: de quo etiam in superioribus dictum est.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τοὺς κυκλίους τούτους.) In poëtam elegiographum, qui abominatur Partheniū et Callimachū, quod pleraq; ex Homero suffurati sunt. Sunt autē quidā uersus, qui dicuntur circuli, quia à quocunq; uersu inceperis, semper stat sententia. de quibus Ioannes Grammaticus in libris Posteriorum Aristotelis, allegans hoc carmen Homeri, quod in tertio libro habebimus,

χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, μίδου δ᾽ ἐπὶ σήματι κεῖμαι.

Hos ergo circulos Pollianus se odio habere testatur, quod ferè sint consarcinatis & aliunde acceptis uerbis & clausulis compositi. λωποδύτας, fures, suppilatores propriè uestium. θηρὶ μὲν οὐατόεντι. fiam, inquit, similis auritæ bestiæ, id est asino, si unquam scripsero, nempe ut sequitur: χλωρὰ χελιδόνεα, &c. οἱ δὲ, illi autem, Parthenius & Callimachus, & alij qui student circulis, ita impudenter depredantur Homerum, ut propemodum iam scribant, Dic mihi iram, &c.

Λουκιλλίου.

Οὔτ᾽ ἐπὶ Δευκαλίωνος.) Hoc epigrāma in Potamona poëtā, & Hermogenem chirurgum, sic sum interpretatus:

Deucalioneis non tot periere sub undis,
 Nec Phaëthonteo tot periere rogo:
Quot Potamon homines irato Helicone poëta,
 Aut quot chirurgus perdidit Hermogenes.
Quattuor hæc igitur sunt nata pericula mundo,
 Deucalion, Phaëthon, Hermogenes, Potamon.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τέθνηκ᾽ Εὐτυχίδης.) In Eutychidem odiosum poëtā,

quondam uiuis, nunc etiam mortuis molestum suorum carminum recitatione. μελογράφος, *scriptor carminum.* διετάξατο, *testamento iussit, disposuit.* νόμων, *non legum, sed carminum, seu cantilenarum.* νόμον *enim in cantilena aut carmine, uocis qualitatem significare tradunt gamrmatici.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Αρχόμεθ' ἡλιόδωρε.) Prouocat Heliodorum, *nugacem & ineptum poëtam, ad certamen poëticum.* Incipia*mus, inquit, ô* Heliodore, *ludamus poëmata sic hæc ad inuicem. nam hoc tu uis, cupis.* ἆσσον ἴθ'.) Hoc hemistichiũ *sumptum est ex sexto* Iliados, *suntq́; uerba* Diomedis, *prouocantis* Glaucum *ad pugnam,*

ἆσσον ἴθ' ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι.

Etenim *me uidebis* μακροφλυαρήτην, *prolixum nugatorem.* ἡλιοδωρότερον, *uincentem* Heliodorum, *scilicet nugis, & indoctis carminibus.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Μηκέτι μηκέτι μάρκε.) Alloquitur Marcũ *poëtam* Lucillius, *ut eum potius lugeat, quàm suum filium, cuius obitum male tornatis carminibus defleuerat, quorum lectione se propemodum interfectum esse dicit.* κόπτου, *luge, plange.* τὸν σεχίνῳ, *legendum est* στιχίνῳ, *uersiculari morte, id est quam tui uersiculi mihi intulerunt.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐχ οὕτω κακόεργον.) Callistratum *maledicum & mordacẽ poëtam, à quo subinde uirulentis carminibus proscindebatur, orat ut tandẽ receptui canat, & inducias cũ eo faciat.* Non ita *noxiũ, inquit, fabricauerũt ensem homines, propter subitas insidias, quale* ἀκήρυκτον πόλεμον,

non

non indictum, non denunciatum bellum (qua dictione etiam Plato utitur in primo de Legibus) ô Callistrate, & tu progressus mihi facis tuis mortiferis hexametris, uel (ut Ouidius loquitur) sanguinolentis. σάλπιγγον ταχέως ἀνακλητικόν, *cane ilico receptui. Siquidem & Priamus ploraris inducias est consequutus, & Achillis in hoc mansuetudinem expertus. Vide Homerum Iliados ultimo.* ἡμερίων, *homines, pro hominem, id est Hectorem, quem ei Achilles reddidit, maximis præmijs, et senis lachrymis ad hoc inductus.* ἡμέριος *autem hominem significat, uel quod sit breuis uitæ, uel quod in diem uiuat. Notabis primum huius epigrammatis carmen sumptum esse ex Arati* φαινομένοις, *&c. Vide Stobæum* περὶ πολέμου, *& ipsum Aratum.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐδενὸς ἐνθάδε νῦν.) *In ambitiosum poëtã, qui erexit sepulchrum adscripto epigrammate, tametsi nemo istic fuerit humatus. Epigramma quia clarum est, non opus habet longiori interpretatione.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ποιητὴς πανάριστος.) *Laudat eum poëtam, qui suorũ carminum auditores mensa accipit & prandio. Principiũ huius epigrammatis est sumptum ex Hesiodo ita scribẽte,* οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει, *&c.*

Ἀράτου.

Αἰάζω Διότιμον.) *In triuialem grammaticum & literatorem Diotimum, qui docebat puerulos literas exprimere, & syllabas connectere, cuius uicem se dolere & lugere dicit. Hoc distichon allegant Macrobius & Suidas.*

Aδήλου.

Μισῶ λιόποτα καῖσαρ.) In eos qui negant à poëta iuuene nullum laudatum aut elaboratũ poëma scribi posse, sed tantum ueterũ & semicaluorum ac curuorũ uersus dignos esse lectione. Porrò in secundo uersu pro ἤρεσκε κὰν ἄρ, lege & emenda ἤρεσε κὰν εἴπο:, & ita stabit uersiculus. est enim tertia persona indefiniti primi singul. ab ἀρέσκω, placeo. Hoc epigramma non ineleganter sic latinum fecit Vrsinus, quod & adscribere libuit:

Hos odi, queis nemo nouus placet, optime Cæsar,
Vel si nunc, Iram dic mihi Musa, canat.
At nisi quis Priami canos propè contigit annos,
Sit licet incuruus, scire nec alpha potest.
Si uerum est, ô summe deûm, tantummodo docti
Extiterint, quosquos hernia dura tenet.

Λουκιανοῦ.

Ποιητὴς ἐλθὼν εἰς ἴσθμια.) De poëta, qui prætextum & occasionem quærebat congrediendi cum cæteris poëtis. ἔχειν, habere, id est pati ϖαρίσθμι, difficultatẽ anhelitus: & allusit ad nomen loci ἴσθμος. Idem accessurus Pythia, certamina quæ in honorem Apollinis fiebãt, nõ potuit dicere Patior ϖαραπύθι, quia hæc dictio nihil significat. Et notat poëtæ ignorantiam, & imperitiam.

Aδιόποτου.

Ωμοβοείου μοι ϖαραθεὶς.) De poëta qui carnes bubulas, sed crudas unà cum miscellaneo, hoc est edulio, quod est ex lacte et adipe suillo et semidale in folijs ficulnis coctũ, quod θρίον uocarunt, auditori apposuit, eidemq; interim sua carmina recitauit. Apposita mihi, inquit, portione ô Heliodore crudæ carnis bouinæ, & temperatis seu mixtis

mixtis miscellaneis (scribendū est autē hoc loco pro τρία, θρία) multo crudioribus ilico me epigrāmatis κατακλύζεις, obruis, siue demergis. εἰδ' ἀσεβήσας.) Optat sibi contingere nunc quod quondā socijs Vlyßis accidit, ut ipse potius bobus solis deuoratis submergatur in mari: aut si aqua abest longius, in puteum proijciatur, quàm talia audiat carmina, sub cibis crudis & duris. Quod si, inquit, aliquid impie deliqui, comederim unam boum ex Trinacria, id est Sicilia. Cupio enim semel ad undam hiare, id est submergi. si uero hinc procul est aqua, sublatum me in puteum praecipita. De dictione θρίων, potes consulere Aristophanis interpretem in Acharn.

Ἄδηλον.

Τί ὠφελήσας.) In uersificatorem, uendentem maledicentiam argento: id est, mordaces iambos, & dentata carmina.

Μακεδονίου.

Παρθένος εὐπατέρεια.) Quanquam hoc epigramma non ualde respondeat huic titulo & libro, tamen summae est elegantiae & uenustatis, quo poëta ab exemplis confirmat non esse nefas, si quis poëtarum pro suis laboribus aurum aut argentum acceperit, quod nec ipsa iustitia in repia non auersatur: quum etiam librae Iouis, quibus uniuersam uitam mortalium ponderat, sint aureae. id quod Homerico uersiculo planum facit, qui habetur Iliados χ. εἰ μὴ ὁμηρείων, Nisi, inquit, Homericarum gratiarum omnino es oblitus. quae est conclusio ad eum, qui fortasse improbum duxit, poëtas pecuniam expetere.

ΕΙΣ ΠΛΟΙΑ. 41.

Λουκιλλίου.

OI τοῖχοι διέφαντε.) In nauem fractam, paßim rimis fatiſcentem, & aquas accipientem, ut in ea piſces natare uideantur. Cuius argumenti eſt etiam ſequens eiuſdem poëtæ, εἰς πέλαγος πλέομεν. quod tamen priore eſt argutius. In pelagus, inquit, nauigamus Dionyſie, & impleta eſt nauis undiq; toto pelago. Hauritur Adriaticũ, Tyrrhenicũ, Iſtricũ, Aegeũ, ſcilicet ex tua naui. non nauis eſt, ſed fons ligneus oceani. O Cæſar arma te, ſcilicet defenſurus imperiũ tuum. Dionyſius (pro ἔρχεται, haud dubiè hoc loco legendũ & corrigendũ eſt ἄρχεται) incipit, non ultrà nauclerus eſſe, ſed dominiũ maris occupare, quod tibi Cæſar armis uindicandum eſt.

Βιάνορος.

Τὸ σκάφος οὐ βυθὸς εἷλε.) De naue concremata, priuſquàm in mare fuit deducta, aut ullo uento quaſſata & iactata. ὑπερβρασθεῖσα, ſupra modum feruida facta, à uerbo βράζω.

Αντιπάτρου θεσσαλοῦ.

Εἶχε φίλων λέμβον.) De naue ſeu lembo Philonis, qui quanquã Sotericħos ſit dictus, omnibus tamẽ nauigantibus (fuit exitio.

Λουκιλλίου.

Εκ ποίων ἔταμες.) Quærit ex Dionyſio, ex quibus lapidicinis ſuæ nauis ligna exciderit. neque enim ſibi uideri querna aut abiegna, ſed plumbea, quod ita ſint immobilia, ut periculum ſit, ne in lapidem mox conuertantur.

εἶτα τὸ χεῖρον.) Nauis loquitur. Deinde quod peius eſt, Meliten (ſi igidus ille poëta) me tanquam Nioben marcidã fabulam facit, id eſt tragœdiã de me cõſcribet. Non ualde

diſcrepat

discrepat hoc epigramma, ab eo quod suprà de saltatoribus exposuimus, eiusdem Lucillij, statim in principio.

ΕΙΣ ΠΟΛΥΤΕΧΝΕΙΣ. 42.

Παλλαδᾶ.

Τέχνων ἀναιδέστς.) Hoc epigramma factum est in ardeliones, & uanos ostentatores atq; Thrasones, quo hominum genere nihil est odiosius & detestabilius. Qui cum omnia scire, & ad unguem nosse cōtendunt, omnium tamen rerum inueniuntur imperitißimi, & non nisi iactatores uanißimi, & gloriarū plenißimi. Hoc epigramma Marullus sæpius torsit in Angelū Politianū, hoc uitio non mediocriter laborantem, & hanc consuetudinem habentem, inter socios semper de altioribus & sublimioribus loquendi, ac de omnibus quæcunq; proponebantur cōtentiosè & rixosè garriendi, contempto reliquorum omnium iudicio. Mihi quoque talis ἀλαζὼν hic in proximo notus est, qui his uersibus, tanquam suis coloribus, propriè est depictus. Quam enim artem, quam disciplinam aut professionem nominabis, quam ille gloriosus asinus non perdidicisset? Quid in uniuersa rerum natura ita abditum atque abstrusum proferes, quod ille non peruestigatum (si dijs placet) calleret? Ea est hominis impudentia, ea audacia, ut etiam de rebus sibi minime compertis, tamen contra omnium assertiones affirmare & pronunciare audeat, nemini cedens, contradicens omnibus, & (quod est impudentissimum) neminem in partem sermonis admittens, solus sine fine garriens, sua loquacitate tantum non omnes enecat. Ita sibi placet, sic arridet, adeò applaudit iste pauo, ut Thrasonem præ isto Thrasonem esse neges. Disputatur de humanitate, quam nunquam attigit, contendit esse hu-

manißimus. Disputatur de Rhetorica aut Dialectica, in his sibi mox sumit principatum, & se magistrũ & normam dicendi esse perhibet. Si fit contentio in rebus mathematicis, ibi non dubitat corniců (quod aiunt) oculos configere, & ueteres nihil in eis sapuisse. Infertur sermo de medicina, fit Aesculapius: nam Hippocratem & Galenũ nihil moratur. Quod si controuersia oritur in iure ciuili, non concedit etiam antiquißimis iuriscõsultis. Nam de Astrologia quid dicam? quam ille ita tenet, ut etiam omnium stellarum numerum memoriter teneat: cum in Geometria quoq; Ptolomeum puerum esse ostenderit. Musicam quid attinet nominare, cuius omnia arcana melius quàm digitos unguesq́; suos habet perspecta & cognita. Age uero in Theologia, ipso præsente, si quis uolet, disceptationem moueat? uidebit eum neq; priscis doctoribus, neq; neotericis theologis (per quos iam Euãgelica doctrina iterũ propagata est) quicquã concessurum, dicturumq́; se nihil à quoquã accepisse, atq; adeò eorum scripta se nunquã legisse. Iam in architectura uincit longo interuallo Victruuiũ, in re militari Vegetium, in agricultura Varronem & Columellam, & senem illum Catonem, quem delirasse ait: in œconomia Xenophonte est superior, in administratione reipub. Platone & Aristotele. Philosophiam uero omnem ita contriuit, ita exacte perdidicit, ut æquo animo patiatur in hac sibi conferri neminem. Et si sunt qui de mechanicis artibus quibuscunque tandem cum eo disputationem suscipere ausi fuerint, sat scio, pugnã et certamen non detrectabit, ita omnia ad amußim se nosse prædicat, & iactabundo ore uenditat. In tanta tamen omnium rerum cognitione, id peßimum est, quod se ipse nosscere non didicit. Quam sui cognitionem si unquam sibi

parasset,

parasset, perspexisset haud dubie iampridē undiq; promi/nentes auriculas, cognouissetq; cuiusmodi nam monstrū fo/ret, non nisi ex mera uanitate, iactantia, ambitione, arro/gantia, fastu, tumore, atque etiam philantia conflatum com/positum, & formatum. Sed iam ad alia pergamus, missum facientes perditum illum ardelionem. Porrò quod suppri/mendum non duxi, in primo uersiculo Pallada necessitate metri μορίης posuit, pro μωρίης, uocali breui pro longa, κατὰ συστολήν.

ΕΙΣ ΠΟΝΗΡΟΥΣ. 43.

Αμμιανοῦ.

Εἴη σοι κατὰ γῆς.) Latine sic ex tempore:

Sit tibi terra leuis, miserande Nearche, uoraces
Effodiant tua quo promptius ossa canes.

Τοῦ αὐτοῦ.

Θᾶττον ποιήσει μέλι.) Et hoc latinum fecimus ad hunc modum:

Lac dabit ante culex, aut mel scarabeus habebit,
Scorpie quàm dignum laude patrabis opus.
Nil facis ipse boni, reliquis obstacula præbes,
Detestabilior sidere falcigeri.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μητέρα τις, πατέρ' ἄλλος.) In Polianum parricidam, qui & matrem & patrem & fratrem neci dedit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οψὲ ποθ' ἡ ποδάγρα.) Gratulatur quendā tandem podagra esse correptū, quem ante centum annos podagri/cum esse oportebat, propter summā hominis improbitatē.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μασάυρων ἀφελών.) Innuit hunc dignum multis cru/cibus,

cibus, propter ingentia ſcelera. quod diſtichon Tho. Morus ſic tranſtulit:

Maſtauron elementa tibi duo ſubtrahe prima,
Nemo te reliquis dignior eſſe poteſt.

Τοῦ αὐτοῦ.

Θηρίον εἰ παρὰ γράμμα.) In eundē Marcū, quem ſine litera m, ait eſſe feram (nam arcos ſignificat urſum) & cum litera hominem: ſed dignū multis, ſcilicet urſis, á quibus diſcerpatur, quando ſine litera m ſcribitur.

Καλλίου ἀργείου.

Αἰεὶ θηρίον ἦσθα.) In Polycritum ferinum, rabioſum, & improbum potorem. Cæterum huic hemiſtichio, οἶνος ἐλέγχει τὸν τρόπον, uinum arguit ingenium, ſubſcribit pulcherrime Theognis ita,

Ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες
Γιγνώσκουσ᾽, ἀνδρὸς δ᾽ οἶνος ἔδειξε νόον.

Aurum atq; argentum fabris dinoſcitur igni,
Vinum hominis prodens arguit ingenium.

Δημοδόκου.

Καὶ τόδε Δημοδόκου.) Omnes Chios in uniuerſum malos eſſe dicit Demodocus, excepto Procleo. ἐστὶ τόδε, & hoc, ſcilicet dictum, ſiue hæc ſententia eſt Demodoci, nempe Chij mali ſūt. οὐχ ὁ μὲν, non hic quidem, ſcilicet ſolus malus eſt. ὁ δ᾽ οὔ, hic uero non, etc. Notabis, Strabonem quoq; in decimo geographiæ ſuæ, non diſsimile carmen citare, καὶ τόδε Φωκυλίδου λέγει, quod uidere potes. nam mihi ad manū exemplar non erat cū hæc annotarem.

Τοῦ αὐτοῦ.

Καππαδόκην ποτ᾽ ἔχιδνα.) Morus,

Vipera Cappadocen mordens mala, protinus hauſto
Tabifico

Tabifico perijt sanguine Cappadocis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Καππαδόκαι, φαῦλοι μὲν ἀεί.) Videmus ex hoc quoque epigrãmate, nõ de nihilo hoc prouerbiale ænigma uulgo esse iactatum, Tria cappa peßima: quo Cappadocum, Cretensium, & Ciliců mores notatos esse constat. Nam et hic poeta Cappadocas per omnia malos & improbos esse affirmat. ζώνης δὲ τυχόντες, zonam cõsecuti, id est, posteaquam cingi cœperint, quod fit ubi facti fuerint adultiores, iuuentutis metam egreßi. ἢν δ' ἄρα, Si autem bis uel ter magnam rhedam seu currum, scilicet regis, uel alicuius potestatis tetigerint, uel ceperint, uel apprehenderint, tunc fiunt φαυλεπιφαυλότατοι, id est, super peßimos peßimi. O rex Iuppiter μὴ μὴ τετράκις, ne quæso quarta uice, scilicet apprehendãt potentiã aliquã, ne ipse mundus labefactetur, καππαδοκιζόμενος, id est Cappadocum moribus infectus.

Λουκιανοῦ.

Εἰπέ μοι ἐρομένῳ.) Quærit ex Mercurio, quomodo anima Lucilij orců intrauerit: cui mirabile uidetur, si sine conuitijs & uerbis maledicis silens intrarit. Porrò pro λουκιλλιανοῦ, corrige λουκιλίου, si uis uersum legitimis pedibus currere.

Αδέσποτον.

Δαμαγόραν καὶ λοιμόν.) In Damagorã, peste multo pestilentiorem & nocentiorem. Quidam, inquit, cum audiuisset Damagorem & pestem eiusdem esse calculi & ponderis, statuit utrorumq; (est enim legendum ἀμφοτέρων) mores in canone, id est in statera seu trutina. Ad partem autẽ cum subducta libra traxisset, reperit pestem Damagora multo leuiorem.

Αντιό-

Ἀντιόχου.

Ψυχὴν μὲν γράψαι.) In hominem & corpore & animo monstrosum & malitiosum, cuius tamen anima citius quàm corpus pingi potuisset. Morus:

Pingere difficile est animum, depingere corpus
 Hoc facile est, in te sunt tamen ambo secus.
Nam prauos animi mores natura reuelans,
 Fecit ut emineant undiq; conspicui.
Sed formæ portenta tuæ deformia membra
 Quis pingat? quando hæc cernere nemo uelit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γαίης ἐκ γαλατῶν.) Ex terra Gallia nullos flores furias hominum perditrices germinare ait.

ΕΙΣ ΠΟΡΔΗΝ. 44.

Νικάρχου.

Πορδὴ ἀποκτείνει πολλούς.) Hoc epigrāma, sicut pleraq; alia, more nostro sic conuertimus:

Et crepitus multos nequiens erumpere perdit,
 Et seruat, balbum quando dat ore sonum.
Ergo si seruat crepitus, iugulatq; sonando,
 Regibus hunc magnis quis neget esse parem?

ΕΙΣ ΠΑΡΟΡΙΣΤΑΣ. 45.

Ἀμμιανοῦ.

Κἂν μέχρις ἡρακλέους.) In transgressores terminorū terræ, cuiusmodi sunt rustici & principes, qui nō cōtenti suis finibus & ditionis pomerijs, regni sui terminos per fas & nefas subinde latius dilatare pergunt. Nam παροριστὰὶ nō eos significant, qui longe lateq; uagantur, sed qui alijs in propagādis finibus agrorū, aut ditionis, iniuriam faciūt. Quos ne obulo quidem ditiores futuros esse

dicit, etiã si terminos suos usq; ad columnas Herculis promouerint: & statim fore, ut in aliena terra moriantur.

ΕΙΣ ΡΗΤΟΡΑΣ. 46.

Λουκιλλίου.

Χοιρίδιον σοῦ βοῦν ἀπολώλεκα.) *Hoc epigramma scite simul & docte interpretatus est Erasmus in prima centura tertiæ Chiliadis, quod quia omnibus inde promptum est petere, breuitatis gratia omisi.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐ δέχεται μάρκον τὸν ῥήτορα.) *In latratorẽ Marcum, & Rufum grammaticũ, utrunq; iuxtà indoctũ et barbarum, quos nec Pluto mortuos suscipere dignatus est.*

Κερεαλίου.

Οὐ τὸ λέγειν παράσημα.) *Lucillius hoc epigrãmate carpit & deridet quendam rhetorculũ, uerba insitata, obscura, & obsoleta affectantẽ, dicens hanc non uerã esse rationem declamandi, sed oportere mentem uerbis subijcere, & phrasin cõmuniorem facere, ut quæ dicat ab audientibus intelligãtur. Nam* παράσημα, *nõ insignia hoc loco uerba intelligenda sunt, sed monstrosa potius, & ignota, et à quotidiano sermone abhorrentia. Hanc affectatã uerborum insolentiam, neque in Demosthene omnis eloquentiæ principe tacitã præterire, et sine obiurgatione dissimulare potuit Aeschines, qđ in publica cõcione uerbis planè exoletis & poëticis esset ualde absurde usus. Sic enim dixit in ea quã aduersus Ctesiphõntẽ habuit oratione,* οὐ μέμνησθε αὐτοῦ τὰ μιαρὰ καὶ ἀπίθανα ῥήματα, ἃ πῶς ποθ' ὑμεῖς ὦ σιδήρεοι ἐκαρτερεῖτε ἀκροώμενοι, ὅτ' ἔφη παρελθὼν, ἀμπελουργοῦσί τινες τὴν πόλιν, ἀνατετμήκασί τινες τὰ κλήματα τοῦ δήμου, ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα

τῶν πρα-

τ͂ πραγμάτων, φορμοῤῥαφήματα ἐπὶ τὰ στενὰ, τὶ νὲς πρῶτον ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσι. Et addit cōcludens, ταῦτα δὲ τίνος ἐστὶν ὦ κίναιδε ῥήματα καὶ θαύματα; Monstra uocat hæc uerba, ἀμπελουργοῦσί τινες τὴν πόλιν, uindemiant quidam rempublicam, amputauerūt, uel resecuerunt quidā germina seu palmites populi, succisi sunt nerui rerū, complicamur, siue consuimur in angusta, &c. Hæc inquam, si in tanto uiro nō sunt ferenda, & reprehensione digna, quàm iuste illi ab omnibus sunt explodendi, qui in sermone latino uerbis omnino priscis, & iamdudum desuetis, uel etiam à se confictis, famam eruditionis affectāt. Cæterum quod ad uersiculorum explicationem attinet, ἐυζήλως μελετᾷν, est fœlici aliorum imitatione declamare. κάρκαιρε, κοναβεῖ, σίζε, κελάρυζε, uerba sunt Homerica, & ponuntur hic, sicut grammatici loquūtur, materialiter. In penultimo carmine pro νῦν, emenda & scribe νοῦν, mentem, seu sensum, &c.

Αδηλον.

Εἰκὼν ἡ ξέσου.) Thomas Morus:

Ipse tacet Sextus, Sexti meditatur imago:
Ipsa est rhetor imago, ab imagine rhetor imago est.

Αββιανοῦ.

Ε. πέντε σολοικισμούς.) Morus:

Quinq; solœcismis donaui rhetora Flaccum,
Quinq; statim decies reddidit ille mihi:
Nunc numero hos paucos, inquit, contentus habeto,
Mensura accipies quando redibo Cypro.

In secūdo huius epigrāmatis uersiculo, πέντε διακοσίους mihi legendū uidetur, id est quinquies ducentos: hoc est, mille. Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ.

Ῥήτωρ ἐξαπίνης ἀσιατικός.) In quendam Thebanũ, qui repente rhetor euasit. quod mirandum esse non dicit, quando Thebis etiam alia pleraq; monstra nata sint. cuius generis fuit sphinx, & ex satis dentibus armati, & his adhuc monstrosiora.

Λουκιλλίου.

Μηδὲ λαλῶν πρώην.) In Flaccum rhetorem, & ore & manibus, hoc est gestis barbarum.

Ἀμμιανοῦ.

Ἀρκαδικὸν πῖλον.) Huius epigrãmatis priores duo uersus sunt Athenagoræ, qui Mercurio pileum Arcadicũ dicauerat. Ammianus autem eum deridens, expendit hoc uocabulũ κατ᾽ ἐνύπνιον. Hoc si referatur ad τὸ ῥήτωρ, concedit Athenagoram esse rhetorem, sed somnolentum et nihili. Sin ad Mercurium, nempe quod sit arte dicendi imbutus à Mercurio, omittendum est rhetor, et sufficit θῆκεν ἀθηναγόρας, quod ille rhetoris appellatione sit indignissimus, nec quicquam Mercurio magistro didicerit. οἴσομεν ἑρμῇ, feremus, siue concedemus Mercurio donariũ, hoc nomine. εἰδ᾽ ὕπαρ, si uerò hoc euidenter & uerè affirmat, se scilicet edoctum esse à Mercurio, &c.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ βούλει τὸν παῖδα.) Puerum non esse instituendum ad rhetoricam, ut uulgares Sophistæ consueuerunt.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ῥήτορα μαῦρον ἰδών.) Rhetores olim candidis uestimentis indutos inceßisse, sicut quondã Romæ consules, hinc colligimus, quod hunc λευκοφόρον uocat, & artis rhetoricæ deum βαρύχειλον, grandia labia habentẽ. Hunc tamẽ

s ridet,

ridet, nihil rhetoris habentem, præter indumentum.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αὐτὸν ὁρῶ σε μέδων.) Et in hoc præter ornatum, rhetoricum nihil esse dicit. ἐσταλμένος, ornatus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ῥήτορος ἄλλ' εἰκών.) Concordat cū eo quod fuit quartum à principio.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πολλοῦ δεῖ, καὶ σφίν.) In Critonem rhetorē, qui certis quibusdā uocabulis Demosthenicis utebatur, ideoq; summus orator haberi contendebat. cuiusmodi sunt quæ enumerat. nempe, πολλοῦ δεῖ, & σφίν, & τρὶς παρ' ἕκαστα, tres in singulis, pro τρὶς ἀπὸ πάντων. qua formula Aristoteles persæpe utitur. & ἄνδρες δικασταί, quæ Demosthenes subinde in orationibus, ut attentos iudices faciat, repetit. sicut, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι. & scribā iubens recitare aliquid, λέγε μοι τὸν νόμον, & λέγε δὴ τὰς ἐπιστολὰς φιλίππου, & λέγε δὴ καὶ ταῦτα τὰ ψηφίσματά μοι, & id genus plura. et ταυτί, pro ταῦτα. et μῶν, pro ἆρα. & τετταράκοντα, pro τεσσαράκοντα. et ἄττα, pro ἅ. & νὴ δία, per Iouem, affirmantis: μὰ δία, per Iouē, negantis. His sanè rhetor est Criton. nā et pueros multos docet. addet autē illis, scilicet Demosthenis uocabulis, quorum frequenti usu gaudet, γρῦ, quod est Aristophanicum: & φάτι, & μὴν ἔτι, &c.

Τοῦ αὐτοῦ.

Νήπιε πῶς σε λέληθε.) Epigrāma seriū, in rhetorem sibi artiq; suæ immodicè fidentē, ac propterea ius & æquitatē peruertentē. atq; hoc nomine affectū supplicio. O stulte, inquit, quomodo te latuit iustitiæ laus? nónne intelligebas

uiris

uiris impijs iudiciū deberi? rhetoricæ confidebas uersutæ, tuæq; promptitudini uarium sermonem effari potenti. Sperare autem licet, id est adhuc spes est, scilicet quod tuæ furtiuæ imaginationis παίγνια, ludi, id est imposturæ, æquitatem peruertere non nouerint.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ρήτορα πρὸς Διόδωρον.) Præsens epigramma non multum abludit ab eo quod suprà exposuimus, de astrologo Aristophane, quod fuit ultimum. Nam ut suprà ineptum ridet astrologum, ita hoc loco insulsum rhetorculum. δείλαιος, hoc loco miser significat. ἀμφὶ δικασπολίης, de iustitia. Vnde apud Homerum Iliados α. δικασπόλοι dicuntur iudices, qua dictione mox infrà utitur: οἵτε θέμιστας πρὸς Διὸς εἰρύαται. ἐπιστρέψας γυρὸν, conuertens in gyrum. ἐπισκύνιον, pelliculam illam supercilij, mobilem & flexibilem.

Τοῦ αὐτοῦ.

Θαυμάζειν μοι ἔπεισιν.) Demirari se dicit, qui'nam Bytus dicendi magister esse queat, quū et sermone & sensu communi, siue ratione careat.

Τοῦ αὐτοῦ.

Θᾶττον ἔην λευκούς.) Ab impoßibili, negat ullū spectatū et laude dignū oratorē Cappadocē unq̄ reperiri posse. Suffragatur huius poëtæ sententiæ & Philostratus lib. 2. de Sophistis, in uita Pausaniæ. De cuius pronūciatiōe inter cætera hæc quoq; refert, πολλὰ δὲ ἀναφέρων τῇ ἠρόδου πλεονεκτημάτων, καὶ μάλιστα τὸ αὐτοσχεδιάζειν. ἀπήγγελε δὲ αὐτὰ παχείᾳ τῇ γλώττῃ, καὶ ὡς καππαδόκαις συνήθης, ξυγκρούων μὲν τὰ σύμφωνα τῶν στοιχείων,

συςέλλων ᾗ τὰ μηκωμένα, καὶ μηκώων τὰ βραχέα. ὅθεν ἐκάλουν αὐτὸν οἱ πολλοὶ μάγειρον, πολυτελῆ ὄψα πονήρως ἀρτύοντα.

Sequuntur συμποτικὰ ἀςεῖσματα. 47.

Ασκληπιάδου.

HΘελον ἂν πλουτεῖν.) Hic quanquam cupiat ditescere, & Asiæ imperium tenere, attamen uidens pollinctorem Nicanorem γλωσσόκομα loculos parare, dicit se malle uino & uoluptatibus indulgere, diuēdita pro sertis & unguentis Asia. Notabis autem, πάσσας in penultimo carmine non nomen esse, sed participium indefiniti primi, à uerbo πάσσω, spargo. Alludit uerò ad morem Græcorum, quem etiam alibi indicauimus, qui animi gratia capturi solatium, in littore maris compotabāt, conuiuabanturq;. Hoc epigramma latinè sic fecimus:

Sicut erat quondam Crœsus, ditescere uellem,
Atq; Asiæ ualida sceptra tenere manu.
At pollinctorem spectans Nicanora, & unà
Cognoscens loculos cur paret ille suos:
Prolutus cyathis, conspersa floribus acta,
Pro unguento & sertis illico uendo Asiam.

Νικάρχου.

Οὐδεὶς τὴν ἰδίην συνεχῶς.) Neminem propriā uxorem cum delectatione continue laudare posse, & per hoc amare, sed naturam esse alieni pruritus amatricē, & aliena cubilia appetere. φιλόκνισος, pruritus amatrix. ξενοκυσαπάτην, alienæ uesicæ conculcatorem. Ego existimo huic epigrammati inter Christianos non esse locū, propterea nec uertere libuit. Mihi quidem uxore mea nihil est

charius,

charius, iucundius, & dulcius: & faxit Christus, ne unquã sic commutemur, quin ei ego sim iuuenis, & ipsa mihi puella, quamuis ego Nestoris annos excessero, & ipsa Sibyllam Cumæam.

Ἀδέσποτον.

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους.) Viuo sibi exhiberi cupit, quæ mortuis præstari solent, ne impensæ pereãt. In secundo uersu pro φλέξης, emenda & scribe βρέξης. & in ultimo, pro ὁ θανὸμ, θανὼμ. Et hoc sic transtuli παραφραστικῶς:

Marmoreas statuas noli redimire coronis,
 Grata nec in flammas fundere uina uelis.
Viuenti, si quid placitum est, largire sodali,
 Perfundens cinerem reddis amice lutum.
Qua tibi re saltem sumptus perduntur inanes,
 Et mihi defuncto nullus habetur honos.

Λεωνίδου.

Μὴ πάλι μοι μετὰ δόρπον.) Hic nõ uult uentre latrante, iam domito escis uulgarioribus, sibi apponi fercula delicatiora.

Nam neq; demißis est frugibus utilis imber,
 Nec Zephyri in portu flamina nauta cupit.

Quid autem sibi uelit μάχῃ in secundo carmine, nõ uideo: nisi quod existimem μέρῃ esse legendum.

Ἀλκαίου.

Πίομαι ὦ Λῃναῖε πολὺ πλέον.) Alcæus Philippo regi Macedoniæ extremè infensus fuit, propter occisum à se pharmaco Epicratem, & Cliniam: id quod etiam in primo libro de uino indicauimus. Optat igitur exemplo Cyclopis hic Philippi sinciput bibere, in ultionem amici & fami

liaris sui Epicratis. ὦ Ληναῖε, ὦ Bacche. ἀρράξας, fra/ctum, illisum. Qui inter pocula sodalem cædem gustauit, in mero miscens uenenum.

Ἀβκιανοῦ.

Ἐχθὲς ἐπὶ ξενίαν κληθείς.) De duritie strati con/queritur, in quo, nisi fuisset experrectus, se mortuum fuisse dicit. Est autē iocus agnominationis, in τύλην & σύλην. Cætera plana sunt.

Στράτωνος.

Καὶ πῖνε ἔτι τέρπου δημόκρατες.) Adhortatur De/mocratem Strato ad potum & uoluptatē, quod breue tem/pus sit, quo illis uti liceat. Et satius est, inquit, ut ipsi coro/nis & unguento utamur, quàm quod hæc mortuis alius ad/ferat. Et hoc epigramma latinum facere libuit:

Et bibe Democrites, & delectare bibendo:
Tempore non omni uina bibemus ita.
Nec delectantes iucundæ tempora uitæ,
Læta crebro madidi semper agemus ibi.
Vncti nos potius cingamus tempora sertis,
Quàm tumulo hæc alius irrita dona ferat.
In me nunc potent mea plus satis ossa Falerni,
Deucalion tumidis mortua mergat aquis.

Ἀντιπάτρου θεσσαλοῦ.

Φεύγεθ' ὅσοι λόκκας.) In poëtas frugales & abste/mios, & inusitatis uerbis utentes, sic Antipater loquitur:

Quæ canis & loccas, & lophnidas, & camisynas,
Progenies uatum senticulosa fuge.
Vocum stridentem tractantes carmine cultum,
È sacro tenuem fonte bibatis aquam.

Natalem

Natalem Archilochi, & magni celebramus Homeri,
Nos hodie: crater non capit hydropotas.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὦ Ἑλικὼν βοιωτέ.) Et hoc quia præ cæteris placuit, in/ conuersum non reliquimus:

Sæpius ô Helicon facundas largiter undas
Fudisti è gelidis fontibus Hesiodo.
At nobis fundit simili cognomine de plus
Itala securo fonte Falerna puer.
Vnum quo calicem malim potare ministro,
Millia quàm fontis pocula Pegasei.

Ἀπολλωνίδου.

Ὑπνώεις ὦ 'ταῖρε.) Somnolentum sodalem ad potan/ dum excitat, admonens ne mortis meditatione semet dele/ ctet, sed capaciter potius bibat. breui enim tempus futurũ, quũ ultrà poculis indulgere non sit licitũ. μοιριδίῃ με/ λέτῃ, id est fatali cogitatione, hoc est mortis meditatione. λάβρος,, abundans, in Bacchũ prolabens, usq; ad nutans, id est titubans genu merũ bibe. Quod si lubet, & huius epi grammatis latinam uersionem à me accipe:

Stertis amice? uocat scyphus hic te: surge, nec atri
Afficiat fati te meditata dies.
Ne parcè potes placidum culturus Iacchum:
Sed bibe ad errantes fortia uina pedes.
Longum tempus erit, quo non potabimus: eia
Appropera celeri nunc Diodore gradu.
Ni properes, dicto citius curuabimur annis,
Et tinget nostrum cána pruina caput.

Ἀργενταρίου.

Ἐσφάλμαι ἀκρίτῳ.) Conqueritur inebriatus de Bac/

cho, quod ipsius cultorem seruare nolit, sed euertat potius, ut dolosus luctator.

Ἀντιπάτρου.

Οὔ μοι πληϊάδων φοβερὴ δύσις.) Nulla pericula se perinde formidare dicit, atq; hydropotas. non occasum Pleiadum, quo naues in portum deduci iubet Hesiodus: nō fluctus, non scopulos, nec fulgura, &c.

Ὀνέστου.

Μούσης νουθετίην.) Bacchum festiuis iocis, & lepidis salibus, ac iucundis cantilenis ebrietatis furorem discutere innuit. Nam si uerum est quod uulgò dicitur, in uino esse ueritatem, eam nusquam patientius quàm inter pocula ab ebrijs sine amaritudine ludentibus & cantillantibus audimus. Atq; ita fit, ut nō raro uinosus alios ad modestiam retrahat, quod in hoc carmine σωφρονίζειν uocat.

Φιλίππου.

Ἀάθριον ἐρωτισὴν.) Conqueritur uitis de hedera se occupante, qua tamen implicatione ipsi magis quàm uiti est noxia. nam oppressa & suffocata uite, nemo ualde cupidus est hedera redimire caput, quod cōpotantes facere consueuerunt.

Ὀνέστου.

Αὐτοθελὴς ἡδ' ἴσος ἀεὶ πότος.) Reprehendit compotores, alios etiam inuitos certa mensura respondere cogentes. Qua de re nos multa in libellis de Arte bibēdi scripsimus, ob quorum editionem nimis præcipitem audio me à multis clàm lapidari & flagellari. sed hæc non sunt curæ Obsopœo & Hippoclidi. Inuideant et mordeant clanculū, donec rūpantur. Nam si qua in illis libellis admissa sunt uitia, ea studiosè ac data opera admisimus, ut haberet illorū

praua

parua malignitas, quæ famelicam inuidiam aleret, quibus aliàs fame maledicentiæ & maleuolentiæ esset contabescendum. Sed ad propositum regrediamur, huius epigrammatis latina uersione antè apposita:

Sunt sponte exhausti lætißima pocula potus,
Baccho & potari uina coacta nocent.
Hunc quia clàm tellus uenis effundit, at illum
Fert ad letheas immoderatus aquas.
Vinosi dira pereatis morte bibones,
Lætus ego saltem uina modesta bibam.

Αὐτομέδοντος.

Ἀνθρώπου δειλοῦ.) *Noctu inter pocula ubi uino omnes incaluimus, sumus inter nos amicißimi & humanißimi, tanto amore mutuo complectentes, ut nihil fieri poßit humanius, cōiunctius, & amantius. At ijdem mane facto, et concocto uino, omnis illa uinosa humanitas & amicitia in ferinam rabiem uertitur. Ex quo facile quisq; colligit, potorum amicitiam non nisi esse uitream, eamq; simul cum uino euanescere. Proinde quis non præclare dixerit sic scripsisse Martialem, paucis per me mutatis:*

Hunc quem uina tibi, quem mensa parauit amicum,
Esse putas fidæ pectus amicitiæ?
Vinum amat, & cyathos, & sumen, et ostrea, non te:
Sublato uino nullus amicus erit.

Ἀνακρέοντος.

Οὔμοι μέλει γύγεω.) *Hosce lepidißimos uersiculos Aulus Gell. lib. 19. cap. 9. Anacreonti tribuit, cui nec ego asscribere sum ueritus. Quanquàm nec apud Gellium, nec hoc loco emendatè scripti reperiantur: & uariant fermè omnia exemplaria. Nam potest ἥφαιστέ μοί ποίη/*

σου, Gellius adhuc duos insertos habet uersiculos, nempe hos. πανσπλίας ἢ οὐχί. τί γὰρ μάχαισι κἀμοί, qui uersiculi non uidentur esse otiosi, sed necessarij. Deinde ubi nostrum exemplar habet ποίει δέ μοι κατ' αὐτὸ. Gell. sic legit, καὶ μὴ ποίει κατ' αὐτὸ μήτ' ἄστρα μήτ' ἁμάξας. Τί πλειάδων μέλει μοι; τί δ' ἀστέρος Βοώτεω; Qui uersus etiam in nostro desiderãtur. Mox pro eo quod est in nostro, ἀλλ' ἀμπέλους χλοώσας: Gell. ποίησον ἀμπέλους μοι καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ, καὶ χρυσέους πατοῦντας. quorum item hic uersus deest in nostro. Qui ait apud Gellium huius carminis uersus est ultimus, & in exemplari epigrammati deest, est in eo quoq; menda. neq; enim Βάθυνον, sed Βαθύλλον est legendũ, nẽpe sic, ἔρωτα καὶ Βαθύλλον. Nam hunc puerũ, sicut fuit summus παιδεραστής, cũ primis amauit, uersibusq; suis celebrauit: id quod planum fit in tertio libro ex eius epitaphijs. Cæterum hoc uersus Ang. Politianus eleganter transtulit: quos qui uolet, ex eius scriptis petat.

Παλλαδᾶ.

Γηραλέον με γυναῖκες.) Mulierũ cauillis parũ se moueri dicit, iubentiũ cum in speculo cõtemplari caniciẽ, etc. Hoc epigramma in libellis de Arte bibendi sic transtuli:

Decrepitum ridet matrum me turba, iubetq;
　In speculo ætatis cernere relliquias.
Ast ego, num niuei mihi sint, nigriue capilli,
　Nil moror: ad finem cum mea uita ruat.
Lætus odoratis unguentis atq; coronis,
　Et uino curas deniq; pello meas.

Τοῦ αὐτοῦ.

Δός πιεῖν, ἵνα Βάκχος.) Verbum uerbo sic:

Funde

Funde falerna mihi, curas ut dißipet omnes
Lenæus puris & uitreis phialis.

Αδηλου.

Πῖνε, καὶ εὐφραίνου.) Et hic sepositis rerum futurarum curis suadet uita frui, nec negotijs nõ profuturis distringi. Quod carmen si uoluptati est male in latinam linguã conuersum legere, lege. Quis enim horum carminum natiuam uenerem & gratiam uelit assequi?

Indulge Baccho, sorbens lætare, futurum
Quid sit cras hominum noscere nemo potest.
Ne temet cursu uanoq; labore fatiges,
Quod potes ex animo uiuere perge tuo.
Quod potes imperti: comede, & mortalia uolue
Mente tua: differt à nece uita nihil.
Si tibi contigerit, momento hac uesceris aura:
Sin moreris, rerum rex alienus erit.

Quartus huius epigrãmatis uersiculus uidetur ad imitationem Euripidis esse scriptus, qui, citante Stobæo et Laërtio, quodam loco sic dixit:

Τίς δ᾽ οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν νομίζεται βροτοῖς;

Αγαθίου.

Γαστέρα μὲν σεσάλακτο.) In senem, qui certamine compotandi iuuenes deuicit. Cuiusmodi seniculorum nõ paucorum pugnam & impetum ego quoq; non semel sustinui, quibus planè cruda fuit uiridisq; senectus, & inexplebilis bibacitas. γέρων οἰνοπίων, Senex Oenopiõ, quasi diceres, Senex uinibibus, σεσάλακτο, impleuerat, à uerbo σαλάω. οἱ δὲ νέοι, At iuuenes stertebant, neq; ualebãt à numero cognoscere ad potos calices. πῖνε γέρον.) poëta

poëta alloquitur senem. μάτην ἄρχ θεῖος ὅμηρος τεί/ρεσθαι, &c. frustra dixit diuinus Homerus, uexari seu premi canitiem à iuuentute. Allusit Agathias ad eum uer/siculū, qui est Ιλιαδ. θ. quo Diomedes Nestorē cōpellat:

Ω γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί.

Libuit etiā hoc epigramma inelaborato studio conuertere:

Canus odorifero repleràt nectare uentrem
Oenopion, posuit non tamen ille scyphum.
Sed sitiens propriæ pergit maledicere dextræ,
Quòd siccas fauces pocula nulla rigent.
At iuuenes stertunt, numero nec noscere certo
Adpotos poterant nocte madente cados.
Euge senex sorbe: nequicquam dixit Homerus,
Caniciem audaci marte iuuenta premit.

Μακεδονίου.

Ηθελον οὐ χρυσόν τε καὶ ἄστεα.) Macedonius nec aurum, nec infinitas ciuitates, nec Thebarum opes (intelli/git autem Thebas Aegyptias, de quibus est apud Home/rum libro nono in oratione Achillis, qua Vlyssi respon/det) sed agilem siue rotatilem scyphum sibi optat, uino sem per scaturientem: & chorum senilem unà compotantem: operarios autem suos uineam colētes. Has diuitias sibi per petuo gratas fore dicit, nec curaturum fasces & purpura tos consules, dummodo phialam manu teneat.

Τοῦ αὐτοῦ.

Χανδοπόται βασιλῆος.) Idem poëta inuitat ad sacra Bacchi, quæ anteponit Cerealibus. χανδοπόται, epithe thon potorum, capaciter uinū haurientium. κυπελλο/μάχου.) Epitheton hoc loco conuiuij, in quo certatur po/culis. Ικαρίου, id est Bacchi: uel ab Icaria insula, ubi co lebatur:

lebatur: uel ab Icaro, quem uini culturam primũ Bacchus docuit. τριπτολέμοιο γέρα, quæ ipse Atheniẽsibus instituisse dicitur. ἰσοβοεύς, & ἰσοβόη, lignum illud aratri, quod est inter utrunq; boucm. ἐχέτλη, stiua. εἴποτε δὲ, Si unquam necesse erit ori cibum inijcere, uua passa uini potoribus sufficiat. Sicut Australibus granum nucis, et Thuringis nasus halecinus, Saxonibus laridum, Sueuis nuces iuglandes, &c.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Σπείσομεν οἰνοπόται.) Eiusdem est argumenti cũ superiore. Libemus, inquit, ô uinipotores ἐγερσιγέλωτι, risum excutiẽti, siue risus excitatori Lyæo, expellamus mortiferam curam phialis. σιτοδόκῳ γαστρὶ, uentri panis capaci: à δέχομαι, et σῖτος. Rusticus laboriosus demittat matrem proserpinæ, id est Cererem. hoc est, rusticus pane uescatur. Pro γαυροφόνων, emenda & scribe ταυροφόνων. Et attende uerborũ ordinem: Carnes cæsorũ taurorum inuidia carentes, et carnes sanguinearũ cœnarũ feris & uulturibus relinquemus crudiuoris. Ossa pisciũ: νέποδες, pisces dicuntur. nam pedibus carent. μεσίχοα, corpus incidentia. faucibus hominũ cedãt: quibus orcus, id est mors charior est sole, id est uita. Nobis autem beatitudinis donũ uinum semper, & cibus sit, & potus. ambrosiã uero alius habere uelit. Μακεδονίου.

Χθιζόν ἐμοὶ νοσέοντι.) Irascitur medico, qui sibi ægrotãti uinum interdixerat. Quod autem in fine dicit οὐδ' ἐδιδάχθη ὅττι μένος μερόπων οἶνον ὅμηρος ἔφη: scias eũ respexisse ad eum locũ qui est apud Hom. Ἰλιαδ. ζ, ubi Hecuba Hectorem è bello reuersum & fessum ad bibendum inuitat, inter cætera sic dicens:

Ἀνδρὶ

Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι, μένος μέγα οἶνος ἀέξει.

Audi idem latine:

Hesterna mihi luce uir hosticus astitit ægro
Pœonius, prohibens dulcia uina mihi.
Potes, inquit, aquam: dixisse ignarus Homerum,
Aegrotis uires addere uina uiris.

Παλλαδᾶ.

Πᾶσι θανεῖν μερόπεσσιν ὀφείλεται.) *Hoc quia nihil habet difficultatis, simpliciter sic uertimus:*

Debita fata manent omnes: quem crastina uiuum
Sit uisura dies, noscere nemo potest.
Hæc bene cum noris, te delectare memento.
Et mortis lethen munera sume meri.
Oblectare, sali, uitaq; fruare caduca,
Cætera fortunæ da moderanda rotæ.

Μακεδονίου.

Ἄνερες, οἷσιν μέμηλεν.) *Vino audaces & interritos reddi, suo exemplo docet Macedonius. Cæterũ Canastræi populi sunt inter Macedoniam & Thraciam. Vide Stephanum in dictione* Κάναστρον. *Latine sic:*

Vos quibus innocui curæ sunt orgia Bacchi,
Vite racemifera pellite pauperiem.
At mihi sit scyphus, & reliqua instrumenta bibendi,
Plenaq; formosæ dolia lætitiæ.
Qui mox ut bibero pleno cratere falernum,
Dura Canastræis bella mouebo ferox.
Non mare nauifragum timeo, non fulgura cœli,
Intrepidi Bromij pectora firma gerens.

Ἀγαθίου.

Ἡμεῖς μὲν πατέοντες.) *De torculari Agathias loquitur, in*

tur, in quo calcatis uuis magnā uim musti exprimebant, unáq; saltabant mustum bibentes, id quod in uindemijs fieri consueuit. Addit præterea unà quoq; affuisse Rhodantem lepidam puellam, quæ formæ suæ splendore & amabili gratia omnes illustrauit, & amore inflammauit. Nos quidem (inquit) immensum fructum Iacchi, id est, uuas calcantes unà et Bacchicum rythmum, id est, choream reteximus. Iam immensum fluentum (scilicet expreßi musti) defluit. tanquam uero cymbæ pocula natant in dulcibus fluentis. Quibus hauriētes (σχέδιον ποτὸν) temere factum potum confecimus. σχέδιος & αὐτοσχέδιος, inelaboratus, aut nulla diligentia, sed temere & subito factus. Sic Herodianus lib. quarto de Antonino scribit, τράπεζάν τε εὐτελῆ παρετίθετο, ἔσθ᾽ ὅπη καὶ ξυλίνοις ἐς ποτὸν, καὶ ἐδέσματα χρώμενος σκεύεσιν. ἄρτον τε προσεφέρετο, αὐτοσχέδιον. id est, Tenuiq; mēsa, ac ligneolis poculis, uasisq; esculentorū contentus esse, panemq; etiā temere factū comesse. θερμῶν νηιάδων, calidarū aquarum nō ualde indigentes (scilicet ut calescere mus) κατηγλάϊσεν, illustrauit, splendere fecit. ἀλλ᾽ ὁ μὲν, Sed ille quidē, nēpe Bacchus, repebat apud pedes nobis copiosus. huius autē spe uel fidutia, Rhodantes scilicet, solum ludebamus. Adηλον.

Οὐδὲν ἁμαρτήσας, γενόμην.) Quantū ex facilitate cōpositionis, & uerborū festiuitate conicturā facere licet, uidetur hoc epigrāma authore Pallada esse conscriptū, quo et ipse humanæ uitæ angustiā & mortē deflens, semet uino consolatur, à sodali poscendo pocula. et hos uersus ita traduximus.

Nullo errore meo uenio prognatus in orbem,

Sed natum properè me fera parca uocat.
O mortale genus, ô ineluctabile fatum,
Quò miser ad mortem per nigra busta trahor.
Nullus erã, & nascor, subito uelut ante ero nullus,
Certe hominum omnino nil liquet esse genus.
Quod superest, madeant generoso pocula Baccho,
Pharmaca tristitiæ des ut amice mihi.

Ἀργενταρίου.

Ἀρχαίη σύνδειπνε.) *Aut poculũ angustum, aut amicam suã quam perdiderat poëta alloquitur: O antiqua (inquit) conuiua cauponarias mensuras amans, loquax (nam si foramen est angustum, maiorem sonum bibenti edit) comiter ridens, boni oris, longi gutturis. Semper meæ paupertatis, parua collatio, panis offæ cõgruus, uel panis concauus uinum præbens, uenisti tamen ad meam manum tandem tarda. Vtinam adesses & immixta, innuptaq́; incorrupta, ut puella ad maritum ueniens.*

Ἀδήλου.

Τάνταλος οὐδὲν ἔτρωγεν.) *Conqueritur hic, quod cibis salsis appositis, parum uini unà sit appositum, seq́; multo acerbiora Tãtalo in cõuiuio esse perpessos.* τινασσομένων φυτῶν.) *Cùm enim quassarentur plantæ seu arbores,* πεπαινομένα *maturas,* βραβίλους *prunos. Sensus est, Etsi Tantalus de uarijs fructibus ediderit, unde tamen hominibus mortuis tanta sitis ueniret de uiridibus fructibus. Nos autẽ inuitati omnia salsa edimus.* χέννια, *aues sunt & pisces. Hesychius,* χέννιον, ὀρνιθάριόν τι κατ' αἴγυπτον ταριχευόμενον, καὶ εἶδος ἰχθύος: *gesalzẽ uogel, oder fisch. caseus (qui & ipsi sunt saliti) anseris salitas pinguedines. gallinas, carnes uitulinas. unã autem, scilicet pa/*

ect pateram uel phialam, ad illa bibimus. Pro αὐτῆς, *re-ctius legitur* αὐτοῖς, *hoc loco.* Ad illa, *scilicet iam enumerata fercula.* Patimur igitur te Tantale, &c.

Αδέσποτον.

Ανθρώποις ὀλίγος μὲν πᾶς χρόνος.) *Et hic propter temporis exiguitatem cantilenis, amori, & poculis indulgendum esse suadet, propterea quod hyems, id est, odiosum senectutis onus approperet, quo depreßi nulla ratione penè erigemus, talis nos constringit* ὀρχήων πέδη, *id est testiculorum alligatio, qua dictione in fine usus est. Si cui uoluptati est, & huius uersionem nostram legat:*

Exigua est omnis miseri quam uiuimus ætas,
Nos licet excipiant tempora cana senes.
Sed breuior cunctis est flosculus ille iuuentæ,
Quo nulla est uitæ pars fugitiua magis.
Ergo dum uerni durauerit hora uigoris,
Affatim uigeant pocula, cantus, amor.
Mox subeunt gelidæ tristißima frigora brumæ,
Mentula quum nulla stabit ab arte tibi.

Αδήλου.

Πῶς γενόμην, πόθεν εἰμί.) *Hoc epigramma per omnia respondet superiori, quod Palladæ attribuimus, cuius initium est,* οὐδὲν ἁμαρτήσας, *&c. quod quia nulla obscuritate obtenebratum est, ad alia pergamus.*

Νικάρχου.

Ερμαίοις ἡμῖν ἀφροδίσιος.) *Conqueritur de suo famulo, seu pincerna Aphrodisio, quod sex choas uini ipsi per negligentiam effuderit.* οἶνος καὶ κένταυρον ἀπώλεσεν.) *Hoc hemistichium sumptũ est ex Homeri Odyss.* φ. *ubi Antinous Vlyssem arcũ tendere uolentem, inter cætera sic increpat:*

οἷνός σε πρώει μελιηδὴς, ὅστε καὶ ἄλλους
βλάπτει, ὃς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίνῃ.
οἶνος καὶ κένταυρον ἀγακλυτὸν εὐρυτίωνα,
ἄασεν ἐν μεγάρῳ μεγαθύμου πειριθόοιο, &c.

Παρμενίωνος.

Οσις ἔτω πυροὺς καταλαμβάνῃ.) Designare ui/detur adulteram, quæ corporis sui quæstu & obsequio ui/rum alit.

Λουκιανοῦ.

Τὸν τοῦ δείπνου γρίφου.) Interdicit conuiuis, ne qua gram/matica altercatione conuiuioli suauitatem conturbent, ita inquiens:

Prandioli nostri leges cognoscite, nam uos
Aule, noua ad cœnam conditione uoco.
Carminibus nemo nobis uelit esse molestus,
Nec turbet nostras ars literata dapes.

Αδηλον.

Ων στέφανος πτωχός.) In hoc carmine pro ὢν, mul/to rectius legitur ἦν. Erat Stephanus pauper, &c. ἔσται δ' εἰς ἵππους, erit adhuc successu tēporis bonorū equorum dominus. διονυσίου τήγανον δόλωρος, Dionysij sartago adulatoria. Huius epigrammatis iocum & allusionē non capio. quid enim dißimulem?

Αδηλον.

Ωκύμορόν με λέγουσι.) Hos uersiculos latina lingua ita sonantes fecimus,

Victurum astrologi modico me tempore dicunt,
Quorum uerba tamen curo Seleuce parum.
Omnibus est idem nigri descensus auerni,
Et semel est cunctis hæc ineunda uia.

Hanc

Hanc ego si citius reliquis intraro, tribunal
Minoïs citius ipse uidebo quoq;.
Interea læti uinum potemus: ad orcum
Est Bacchus recto tramite promptus equus.

Αδηλον.

Πέντε θαλνῶν κείσει.) Huius epigrammatis uersionem, si placet, ex primo libro de Arte bibendi pete, qui mihi ad manum id temporis non erat, alioqui addidissem. uersiculi sunt plani, & faciles.

Αδηλον.

Η πλωχῶν χαρίεσσα.) Hic in pariete alicuius domus hæc quatuor sculpta uidit, panem, lagenam, coronam, & os sacrum, id est caluariam. Quanquam medici sacrum os etiam aliud uocant, quod omnibus inest hominibus post spinã dorsi. His itaq; quatuor dicit significari, nobis esse edendum, bibendum, & coronæ sumendæ, quod breui futurũ sit, ut similes ossi reddamur, id est moriamur. Hos uersiculos, quia eleganter Vrsinus transtulit, nõ piguit eius translationem adscribere:

Pauperis hæc grata est cum pane lagena supellex,
Et quæ roranti fronde corona madet.
Hæc quoq; summa animæ sedes, tutela cerebri,
Vltima defuncti calua retecta uiri.
Hæc nos sculpta monent, cœna, bibe, sume corollas,
Tales supremo simus ab interitu.

Αδίσποτον.

Εχθὲς μοι συνέπινε.) Mecũ here potauit mulier, quã fama maligna Traduxit, pueri frangite mox calices.

Αδηλον.

Δός μοι τοὐκ ἐκ γαίης.) Morum:

E terra genitus, sub terram morte recondar,
Ergo lagena mihi terrea plena ueni.

Ἀδήλου.

Βάκχου μέτρον ἄριστον.)*Bacchi nec nimium, nec minimum usum probat: quòd ille insaniæ, hic tristitiæ sit causa. Mixtum uero tertia parte aquæ, ait nuptijs et thalamis esse conuenientißimum. Aliàs immodico eius usu, amores extingui, & somno sepeliri. Sed & hoc doctè Vrsinus trãstulit:*

Sumere nec nimium, Bacchi ualet optimus usus,
Nec minimum: hinc mœror prouenit, inde furor.
Quartus & ipse tribus Nymphis miscerier optat,
Tunc quoq; sic lecto conuenit ille magis.
Sin nimius spiret, placidos auertit amores,
Mergit & hunc leto proximus ille sopor.

ΕΙΣ ΤΟΛΜΗΡΟΥΣ. 48.

Παλλαδᾶ.

Μηδὲν ἄγαν τῶν ἑπτὰ σοφῶν.)*Exagitat his omnibus epigrammatis Pallada Geßium medicum et philosophũ, qui tempore Zenonis Cæsaris uixit, à quo etiã ob occultatum quendam in proprijs ædibus, quantũ ex Suida licet colligere, supplicio fuit affectus, primum ab Agapione uiro prætorio cũ alijs philosophis ex fuga retractus. Vsurpauit autem dignitates Romanorum non uulgares: sed ab ijsdem demum hac re excidit, quod poëta in eo uituperat, tanquam maiora sua profeßione appetiuerit, & non potius sua sorte cõtentus uixerit. Primus uersiculus rectius sic legitur,*

μηδὲν ἄγαν τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὁ σοφώτερος εἶπεν.

λόγιος, *eloquens, prudens.* ἀστροθέτους κανόνας, *astrologicas leges.* χέζειν, *ad cacãdũ. alludit ad nomẽ Geßius.*

Τοῦ

Τȣ̃ αὐτȣ̃.

Μηδεὶς ζητήσ.) Hoc epigrammate planè indicat, Geßium quiddam altius quàm ipsum decuit appetiſſe, & fortaſſe ipsum imperiũ affectaſſe: quum dicat, neminem hominũ appetiſſe unquam deum eſſe, id eſt imperatorẽ, quod ſequentia uerba probare uidentur, neq; magni principatus faſtum ſuperbum. Sed Geßium hoc eſſe conatum. ἀνεμώλιον, ſubuentaneum. αὐτοχόλωτον, ſuapte ſponte iracundũ, id eſt ſine ratione. Irati enim ſunt ſine ratione: iuxta illud, Furor iraq; mentem præcipitant.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γέσιον ὡς ἐνόησεν.) Mortem quoq; Geßij ſubſannat, & exagitat. ϛρῆνος neutri generis, duriciem ſignificat.

Τȣ̃ αὐτȣ̃.

Οἱ δύο λελάχαντες.) A duobus uatibus deceptum eſſe Geßium, quo minus conſulatum ſit conſequutus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὴν ἀμμωνιακὴν.) Deceptus prædictionibus Iouis Ammonis, tum deniq; ſuam ſententiam & omnes aſtrologis confidentes damnare cœpit. Eſt autem iucunda alluſio in ἀλόγοις ἀϛρολόγοις. atque haud ſcio, an ueriore & aptiore epitheto nobilitari queant.

ΕΙΣ ΥΒΡΙΣΤΑΣ. 49.

Τȣ̃ αὐτοῦ πάντα.

Υβρίζεις; τί τὸ θαῦμα;) Plura diſticha & epigrammata coniunctim hic ponuntur in iniurioſos, quæ tamẽ omnia authore Pallada ſunt conſcripta, cuius primi ſenſus eſt: Hominum iniurioſorum audaciam atq; temeritatem ſibi ipſi plerunq; eſſe ſupplicium.

Aliud.

Πολλὰ λαλεῖς ἄνθρωπε.) In multa uecorditer in alios & contumeliose garrientem, nec memorem fragilitatis humanæ. proinde eum tacere, & mortem meditari iubet.

Aliud.

Ἥλιος ἀνθρώποις.) Ita iniuriarũ impatientẽ se esse dicit, ut si sol suo lumine esset iniurius, eius radios nolit intueri, nec lumen desiderare.

Aliud.

Οὐκ ἐμὲ, τῇ πενίῃ.) Plures tantũ ob paupertatẽ, sicut se quoq;, cõtumelia affici, adeò ut ipsi quoq; Ioui, si pauper esset, iniuria sit sufferenda. εἰ πένομαι, si pauper sum, inquit, τί πάθω, quid patior, id est, quid ego sum in causa? πταῖσμα τόδ' ἐστὶ τύχης.) Est autẽ ualde iniuriũ, alicui fortunam obijcere, quam nemo præstare potest.

Aliud.

Αἰνίζειν μὲν ἄριστον.) Optimũ quidem est laudare alios, nam uituperatio inimicitiarum consueuit esse principium. Sed tamen mel Atticum est, id est longè dulcißimum uituperare, intellige homines iniuriosos. De nemine uituperando, sed omnibus laudandis, etiam si digni sint criminatione, etiam in primo elegans distichon habuimus.

Aliud.

Τῷ πλισάνην πωλοῦντι.) Magis in hoc epigrammate iocatur, quàm quod rem agit seriam, de quodã pugile, qui domum à se locatã occupauerat. Κελλίον, nisi fallor, hic idem significat, quod τὸ ἐνοίκιον.

ΕΙΣ ΦΕΙΔΩΛΟΥΣ. 50.

Λουκιλλίου.

Οὐ γλήχωνι Κρίτων.) De Critone adeò sordido, ut laborans è stomacho, non pulegio, sed olfactu denarij

narij morbum leuare conatus sit, ne forte cum medicis aut pharmacopolis dare cogeretur. Cæterũ pulegio stomachi uitia tolli, testis est Dioscorides libro 3. capite 31. scribens, ναυτίας τὲ καὶ δηγμοὺς στομάχου μετὰ ὀξυκράτου ποθὲν παραμυθεῖται: id est, nauseas & erosiones stomachi potum cum posca lenit. & suprà dixit, eandem herbam etiam esse λεπτυντικὴν, θερμαντικὴν, καὶ πεπτικὴν, concoctionis adiutricem, &c. δίχαλκος autẽ, significat numum duo æra ualentem.

Ἀδήλου.

Πλουτεῖν φασί σε πάντες.) In Apollophanem opulentum, sed extremè auarum & sordidum, qui rebus quæsitis uti non audebat. Et notabis χρήματα non dici χρήματα, quibus nemo utitur. Siquidem rectè hoc loco dictum est, χρῆσις πλούτου μάρτυς, usus diuitiarum testis est. Nunc uersionem meam quoq; accipe:

Diues opum cunctis mihi sed censeris egenus,
Vsus opes etenim monstrat Apollophanes.
Sunt tua, queis frueris: sed enim quæcunq; reponis
Hæredi, ex illo facta aliena scias.

Ἀντιφάνης.

Ψηφίζων κακόδαιμον.) In fœneratorem, qui usuras suas subinde computat, nec animaduertit, quod tempus sibi ut fœnus, sic etiam senectutẽ generet. Interim tota uita quærendis diuitijs conteritur, nulla uoluptate degustata. Quare nihil aliud agit, nisi quod opimo quodam testamento hæredes aliquando sit beaturus, ex immensisq; diuitijs extra unicum obulum uectori pro naulo nihil ablaturus. Apud ueteres mortuis obulus in os ponebatur, id quod etiam Lucianus aliquoties indicat.

Πολιανοῦ.

Χαλκὸν ἔχων, πῶς οὐδὲν ἔχεις;) Fœnerator quan/
quam copiosæ pecuniæ dominus, nihil æris poßidet, quippe
cuius pecuniam alij tractant.

Νικάνδρου.

Εχθὲς ἀπάγχεσθαι.) De Dinarcho, adeò parco & sordi/
do, qui quũ laqueo guttur frangere destinasset, sex obolis,
quibus funis erat emẽdus, à proposito est retractus. ἐώνι
σάνη, difficulter et ægrè emebat. εὔωνον, uiliori precio
uenalem.

Τοῦ αὐτοῦ.

Δακρύει φείδων.) De alio quodam, qui, quòd non ipsi
moriendum foret, sed quòd urnam seu loculum quinq; minis
emere cogebatur, plorabat. Petit itaque poëta, ut id officij
gratis ei exhibeatur: & si adhuc in urna locus est, ut unus
ex filiolis ei addatur.

Λουκιλλίου.

Θνήσκων ἑρμοκράτης.) Hermocrates moriens, se ipse
suarum rerum hæredem testamento scripsit. Quum autem
decumbens rationem subduceret, quantum mercedis recu/
perata ualetudine esset daturus medicis, tũ ægrotans quan
tum insumeret, comperissetq; una drachma plus esse expo/
nendum, duxit satius esse mori, & est mortuus. Iacebat
autem (inquit in penultimo uersiculo) non plús habens obo/
lo. Ad ea autem uerba quæ sequuntur, οἱ δὲ ταλαίνου, sic
adde, χρήματα κληρονόμοι ἥρπασαν ἀσπασίως: &
habebis defectum restitutum.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γεννηθὲν τὸ τέκνον.) De Aulo Cnipo, qui natum infan
tem submersit: ne uiuum alere cogeretur. καταποντί/
ζειν, est in pontum demergere.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ τὸ μὴ ἐκδεδάνεικας.) Fœneratorem nũquam esse suarum rerum dominum. Respondet superiori.

Παλλαδᾶ.

Ὦ τῆς ταχίστης.) Iambi sunt in fœneratorem, qui adhuc digitis usuras cõputans te subducens, repente est mortuus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Δακτυλικὴν ψῆφον.) Eiusdẽ est argumenti cum iambis. *δακτυλικὴν ψῆφον*, digitalem calculũ uel supputationem, id est quæ fit per digitos. *περὶ δάκτυλα* lege, expuncto articulo *τά*.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πλοῦτον μὲν πλουτοῦντος ἔχεις.) Latine sequitur:

Ditis opes tibi sunt, animus sed pauperis Iri:
O alijs locuples, nudus inopsq; tibi.

Λουκιλλίου.

Θρασύμαχε, πλοῦτον.) De eo qui magnas opes parcẽdo, mutuum ad usuram dando, fœnerando, & abstemiè uiuendo congestas, aliorum insidijs amisit. Notabis hoc loco uerbũ *τοκίζειν*, fœnerari: & *ὑδροποτίζειν*, quod aliàs *ὑδροποτεῖν* dicitur.

Αὐτομέδοντος.

Ἐχθὸς δειπνήσας.) Vocatus ad asperam cœnam, dicit se obseruaturum hospitem, ne denuo uocetur. *τράγειον πόδα*, hircinum pedem, qui non multum habet pinguetudinis, aut deliciarum. *μήλινον*, luteo colore asparagum.

μακεδονίου.

Φειδωλός τις ἀνήρ.) De quodam Euclione, qui stertens conspecto thesauro mori uoluit. plana sunt omnia.

Παλλαδᾶ.

Πάντες ἅπαξ τρώγουσι.) Omnes, inquit, homines interdiu semel edunt. Quando autem nos cibauerit Salaminus, tum regreßi domū, secundo nobis prandendū est. Quibus uerbis sordes eius perstringit. Notabis hic etiam Græcorū frugalitatem & temperantiā, qui interdiu semel tantū manducare cōsueuerunt. Itaq; Plato delatus in Siciliā, cum nullum istic patriæ parsimoniæ uestigiū cerneret, uehementer corruptißimæ insulæ intemperantiam est demiratus, ita ut postea ea de re ad Dionis propinquos non sit ueritus scribere in quadā epistola, eam uitā extremè sibi displicuisse: ἐλθόντα δέ με, ὁ ταύτῃ λεγόμενος αὖ βίος εὐδαίμων ἰταλιωτικῶν τε καὶ συρακουσίων τραπεζῶν πλήρης, οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσε· δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῆν, καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ, καὶ ὅσα τούτῳ ἐπιτηδεύματα ξυνέπεται τῷ βίῳ. ἐκ γὰρ τούτων ἐθῶν, οὔτ' ἂν φρόνιμος οὐδείς ποτε γενέσθαι τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἀνθρώπων ἐκ νέου ἐπιτηδεύων δύναιτο, οὐθ' οὕτως θαυμαστῇ φύσει κραθήσεται· σώφρων δὲ οὐδ' ἂν μελλήσαι ποτὲ γενέσθαι. Hoc est, Cicerone interprete: Quò cū uenißē, uita illa beata, quæ ferebatur plena Italicarū, Syracusanarumq; mensarū, nullo modo mihi placuit. bis in die saturū fieri, nec unquā pernoctare solū, cæteraq; quæ comitantur huic uitæ, in qua sapiēs nemo efficitur unquā, moderatus uero multo minus. Quæ enim natura tam mirabiliter temperari potest? Quid scripturus esses ô bone Plato, si semel delatus in Germaniā, nostrorū populariū uideres abstinentiā? ubi diu noctuq; editur, bibitur, uoratur, potatur, imq; die sæpe plus decies saturatur. Sed quid faceres? Hæc uita, hic mos, hæc nostra est religio.

Αμμια/

Ἀμμιανοῦ.

Ὡς κῆπον τεθυκώς.) In Apellam, qui suos conuiuas tantū herbis hortensibus & inemptis dapibus excepit, tan quam hortū immolasset, & nō agnū aut uitulum. σέρις, intybus, cuius duo genera Dioscorides ponit libro 2. cap. 121. τῆλυς, Dioscorides habet τῆλις, per ι, non per υ, fœnum græcum. θρίδακες, lactucæ. πράσα, porra, quorū etiā duo sunt genera. ἡδύοσμον, menta. πήγανον, ruta. θέρμους ἡμιβρεχεῖς, lupinos semimadidos.

Λουκιλλίου.

Ποιήσας δαπάνην.) Latine sic:

Sordidus in somnis impensas fecerat Hermon,
Hocce dolens, fregit mox sibi fune gulam.

Εἰς εἰκόνα ἀναστασίου βασιλέως
ἐν τῷ εὐρίπῳ.

Εἰκόνα σοι βασιλεῦ.) Huius uitiosissimi & auarissimi Rhomanorum imperatoris uitam graphicè depictam inuenies apud Suidā, quam, quia fuit prolixior quàm ut breuibus scholijs inseri conueniret, prætermisimus. Breuiter tamen, propter inexplebilem auaritiā, omnia uenalia habuit: pacē ipse ab hostibus non armis parare, sed numis mercari solitus. Demortuorū bona & possessiones occupauit, κοινὴν ἅπασι δωρούμενος τὴν πενίαν, ut Suidas loquitur. Itaq; non de nihilo tale monumentū eius uirtutibus est erectū. Ac uere eiusmodi tyrānus κοσμόφθορος dicitur, perditor, uastator, et exitiū orbis, et humani generis. In secūdo carmine pro πολλῶν, lege πολλόν. Hoc epigrāma quia docte trāstulit Tho. Morus, libuit eius uersionē adponere:

Effigiem statuere tibi rex perditor orbis,
Ex ferro, ut longe uilius ære foret.

Hoc

Hoc fecere fames, cædes, furor, æris egestas,
Hæc tua queis omnes perdit auaritia.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἐγγύθι τῆς σκύλλης.) Hortatur Scyllam æream, ut caueat Anastasium, immanem & agrestem belluam, ne ab ipso deuoretur.

Λουκιλλίου.

Εἰ μὲν ζῇς ἐλάφου.) Hos uersiculos παραφραστικῶς sic uertere uisum est:

Si tua uiuacem contingent tempora ceruum,
Cornicisue dies æquiparare potes,
Diuitias multas studium non damno parandi,
Aßiduus cui tu nocte dieq́; uacas.
Sin te mortali nouisti sorte creatum,
Quem cito præcipitem curua senecta dabit,
Cur cumulandorum te praua cupido bonorum
Perpetuo exagitat, discruciatq́; precor?
Vt te consumant curæ, duriq́; dolores,
Læteturq́; tuis turba aliena bonis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μῦν ἀσκληπιάδης.) Iocus lepidus de mure & Asclepiad', quem extemporali uersione sic latinum fecimus:

Murem Asclepiades sic est affatus auarus,
Quid facis in nostra mus miserande domo?
Cui mus subridens: bone amice quiesce: ciborum
Sumere nil tecum, tecum habitare uolo.

Ἄδηλα.

Ἀργυρέη λιμῷ.) De quodam poëta loquitur, qui cum eum inuitasset, non nisi inanes lances, & argentea uasa, sed uacua, ei spectanda exhibuit. Ideo inquit, statim initio

argentea fame se esse enectum, quod tantum famelicæ lances ipsi sint allatæ: de quibus quo nomine dignandæ sint disputat, easq; λιμοῦ ὄργανα recte appellari putat. κολοκυνθιάδα, id est, amarum seu mortiferum cibum. κρητίζων, cretisans, mores Cretensium imitans in apponendis uacuis discis. Iubet postremo, ut alios conuiuas quærat ad hanc suam ostentationem, ut illis sit admirationi: se his rebus saturari non posse.

Aliud, incerti authoris.

Πολλὰς μυριάδας.) Confert hoc epigrammate omnes auaros mulis, qui non nisi fœno uescuntur, tametsi non raro maximas opes dorso ferant. Non secus factitare solent et φιλάργυροι, qui quanquam plurimum auri argentiq; poßideant, tamen non nisi uulgaribus & uilibus uictitant, non audentes rebus inuentis & paratis frui. Qui utinam non tantū mulis forēt similes, sed uiui adhuc omnes in mulos et asinos mutarētur. Sed et hoc epigrāma sic uertimus:

Viuens ut muli dum sumptus præcauet omnes,
Supputat innumeras Artemidorus opes.
Auri sæpe gerunt ingentia pondera dorso
Muli: sed siccum non nisi gramen edunt.

ΕΙΣ ΦΘΟΝΕΡΟΥΣ. 51.

Μακροτέρῳ σταυρῷ.) Latine sic:
Cū magis excelsa Diophon sociū in cruce fixū
Cerneret, inuidia discruciatus obit.

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΣ. 52.

Εἶναι μὲν κυνικὸν σε.) In Cynicum impudenter rapacem, quem fustibus domandū esse dicit. ἀνυπόδητον, incalceatū. κλάσματα, fragmenta, seu frusta carnium, uel panis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πᾶς ὃς ἂν ᾖ πτωχός.) Salse irridet Cynicorum sectam, quæ ferè præ cæteris audaces & impudentes nebulones aluit, sicut apud nos Ordines fratrũ mendicantiũ, in quorũ cõuentus quoq; tanquã in quandã sentinã, perditißimi quiq; sycophantæ, ac asini indoctißimi, & homines nequã ac nihili cõfluxerunt. Quod aũt ad epigrãma attinet, Omnis quicunq; egens fuerit, inquit, & illiteratus, nõ ultra ueritati studeat, ut prius, nec tollat onera pro mercede, id est nihil laboret: sed barbã nutriat (cucullã induat) et in triuio sublato baculo, dicat se uirtutis esse πρῶτον κύνα, Cynicorũ principẽ. Hermodotæ hoc persapiẽs decretũ est. si quis ἀχαλκεῖ, ære caret, nõ sit amplius famelicus, posita uili tunica. Vt promptũ et facile fuit quondã, cuiuis indocto fieri Cynicũ: ita multo facilius fuit, fieri monachũ. Quo enim quisq; fuit indoctior, audacior, & impudẽtior, hoc ad monachatum fuit accomõdatior. Neq; ego inter Cynicos & mendicantes monachos, potißimũ uero pædicatores (prædicatores dicere uolebam) quicquã pono discriminis, quantum ad impudentiam attinet, & libertatem dicendi: quantũ ad uitæ seueritatem & parsimoniam, Cynici monachis fuere longe meliores & sanctiores. Sed pergamus ad alia.

Ἀμμιανοῦ.

Οὗτος ὁ τῆς ἀρετῆς ἀδάμας.) In Adamanta Cynicum & fellatorem, qui in re turpi & obscœna deprehensus est, cui ob id insultat. nec opus est hæc pluribus declarare.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐκ τὸν πώγωνα.) Barbã non esse sapientiæ effectricem, quãtũlibet longam, sed potius pediculorũ productricem, μυιοσόβην, ita longã, ut abigendis muscis sit apta.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἠγάθε, ὦ μῶρ ούρ.) Deridet prioribus duobus carminibus philosophos Platonicos, quibus hæc uocabula quæ ordine percenset, ualde sunt communia & usitata, nulla alia re Platonem referentibus. Sed tertio uersiculo Stoicos, qui diminutiuis gaudent, quale est σόλιον, μάλιον, πωλίον, &c. Et in his dicit consistere iam sapientiam.

Ἀντιπάτρου.

Αἰάζει πήρη τε, &c.) In quendã Cynicũ inuehitur, quod habitu Diogenis (quo est indignißimus) utatur. Luget, inquit, pera et herculea claua. Βριθυσινωπίτου, id est grauis Sinopensis Diogenis. Et abũde sordenti πίνῳ, id est sorde (datiui casus est, à nomine πίνος, sordes, itaq; cum subscripto puncto scribendũ est) firmata uestis, duplex. ἀντίπαλον, quod repugnat frigidis niuibus, propterea quòd ab humeris tuis fœdatur. ἦ γὰρ ὁ μὲν, Siquidẽ ille, scilicet Sinopensis Diogenes, cœlestis est: tu aũt natus in cineribus canis es. ἀλλὰ μεθὲς.] Iubet eum abijcere arma aliena. aliud enim opus est, inquit, leonũ, aliud hircorũ. Aliũ alia (decẽt.

Εἰς θεμίστιον.

Παλλαδᾶ.

Ἄντυγος οὐρανίης.] Hic ille est Themistius Aristotelis paraphrastes, cuius plerosq; libros Hermolaus Barbarus transtulit. Hunc Suidas non sub Valentiano et Valente, sed Iuliani temporibus uixisse perhibet, à quo & rectorem seu primatem Constantinopolitanis datum esse idem testatur. Reprehẽdit itaq; morũ mutationẽ in eo Pallada, quod magistratũ cõsequutus, factus sit deterior: iubetq; eũ rursum descẽdere, et secũ habitare. Eras, inquit, infrà, id est adhuc priuatus, melior. at posteaq̃ ascẽdisti, longe peior. Apparet

in hoc quoq; Themistio uerum esse illud uulgi sermone tritum prouerbium, Magistratus uirum ostendit. ἄντυγος οὐρανίης, *Quondam cœlestem axem, id est philosophica meditabaris: nunc ea relicta uenisti in cupiditatem argentei axis, quod extremè pudendum est facimus, ut uideas & auaritiam in eo reprehendi, & me hoc epigrāma κατ' ὕστερον πρότερον enarrasse.*

Ἀδήλου.

Εἰ τὸ τρέφ' ἐν πώγωνα.) *Morus:*

Si promissa facit sapientem barba, quid obstat
Barbatus possit quin caper esse Plato?

Εὔστολος, *ornatum significat.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἄλλον ἀριστοτέλην.) *Deridet Nicostratum ineptum nugatorem & blateronem, qui interrogatus num anima esset mortalis an immortalis, nū corporea an incorporea, & num inter res sensu comprehensibiles an incomprehensibiles locanda foret, ualde ridicule respondit, naturam animæ sibi non esse compertam, sed facile disci & sciri posse post mortem: aut si quis se è tecto præcipitaret, eum ilico sensurum quid sit anima.* σκινδαλαμοφράστην, *subtilia effutientem & garrientem. In quarto carmine scribe plene,* τὴν ψυχὴν θνητὴν, *&c.* νοητοῖς, *intellectualibus.* ληπτοῖς, *cōprehensibilibus.* ἐνησκήθη, *elaborauit, cōcinnauit, exercuit.* περιστέλλων, *cōponens.* στερεοφυὴς, *materialis, firmæ naturæ.* ἄϋλος, *immaterialis.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ μοναχοὶ, τί τοσοίδε;) *Ab unitate & solitudine dici monachos, certum est. Quærit itaq; ex monachis, cum eorum tanta sit passim multitudo, quó nam pacto monachi*

dici

dici queant: concludens exclamando, quod monada, id est unitatem sint mentiti. Sed quid conquerimur eos unitatem esse mentitos, cum omnia uota sua sint mentiti, nempe castitatem, paupertatem, & obedientiam? Quid enim salacibus istis monachis libidinosius potuit inueniri, quid pecuniosius, & quid magistratibus minus morigerum & dicto audiens? Quid uero conficta uota persequor? quasi non & ueram pietatem ac religionem sceleratißimi idololatræ sint mentiti, ac non suis impijs & plus quàm diabolicis mendacijs ueram & Euangelicam doctrinam penitus obscurarint, & omnes homines longo tẽpore impudentißimè mentiendo deceperint, fefellerint, et seduxerint. Excute totum monachatum, ne uiuam, si non ex meris mendacijs, fraudibus, dolis, imposturis, sycophantijs, decipulis, technis, conflatum inueneris. Sed belle actum est, quod tandem eorum mendacia sunt deprehensa, & palàm facta hominibus. Ite nunc mendaces nebulones, uos inquam monachi, & conquerimini Francisco, Dominico, Benedicto, Vincentio, alijsq; magistris uestris, mentiendi & fallendi artificio nihil amplius uos posse efficere. Sed ad propositũ re(grediamur.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τοῦ πωγωνοφόρου.) In Cynicum, abstinentem à lupinis & rhaphanis in conuiuio, quod uirtuti obessent, sed bulbos esitantẽ. βακτροπροσαίτου, mendici baculo incedentis. χιονώδεα, ualde album. ἔκλεψε νόον, occultauit animũ: non potuit amplius dißimulare suã hypocrisin.

ΕΙΣ ΧΩΛΟΥΣ. 53.

Παλλαδᾶ.

Χωλὸν ἔχεις τὸν νοῦν.) Qui claudicat pedibus, claudicat & animo. Qui distorto est et monstroso cor-

pore, is etiam monstroso habetur animo. Et iubent uulgo ca ueri eos, quos natura deformibus notis insigniuit. Equidem qui gippo deformati sunt, aut struma, aut aliquo eiusmodi uitio, cæteris peiores & uersipelliores esse constat. Siquidem uitiosum corpus, uitiosæ naturæ est imago certissima. Confirmat idē Homerus in suo Thersite, quo non alter fuit deformior & turpior, nec etiā seditiosior. Distichon ipsum latinè sic fecimus:

Vt pede, sic animo es claudus: namq; extera membra
Internæ mentis sunt simulachra tuæ.

Τοῦ αὐτοῦ.

Υἱὲ μ' ἔχεις τὸν ἔρωτα.) Ad Vulcanum poëta loquitur, innuens amore, et immodico usu Veneris corpus debilitari.

Ἀδηλον.

Μισόπτωχε θεά.) Podagram alloquitur deam, quam μισόπτωχον appellat, id est odio habentem pauperes, & cum opulentis tantum conuersari solitā, utpote delicijs assuetam, quarum in pauperum tabernis nō sanè grandis est copia. Vult enim hæc hospes perquàm delicatè tractari, molliter cubitare, & nō nisi in anserinis & olorinis plumis dormitare. Vt hoc ipsum elegantissimè simul & uerissimè D. Nicolaus Gerbellius (quē honoris gratia hisce meis Scholijs inserere uolui) fabula sua de podagra & aranea indicauit. Quod autem ad epigrāma attinet, eandē & πλούτου δαμάστειραν, diuitiarū domitricem uocat. Hac enim una cruce multorū diuitū insolentia sæpe ita domatur, ut multo sint modestiores. quæ si non interdum humanæ fragilitatis admonerentur, quis illorum fastum & intolerabilem potentiam ferre possit? Itaq; podagram diuitum & opulentorum hominū flagellū mihi appellare libet. Abundant enim rebus omnibus,

omnibus, quæ quidem sunt expetendæ: abundant uoluptatibus, abundant ocio. Sed ne nimis insolescant illi Midæ & Crœsi, addidit eis Deus sanè quàm molestã conuictricem, sed longè omnium delicatißimam, & morosißimã: quæ statim, si non ad nutum omnia administrata fuerint, ad arma prorumpit, irascendo, maledicendo, execrando. Et hoc est, quod poëta eandẽ ὁπλοφορεῖν nosse dicit, id est arma ferre. Sunt enim podagrici semper in armis, semper rixosi & queruli, pleni indignationis et iracũdiæ, indignè ferẽtes uel muscam præteruolantem insidere pedibus. Ita omnis doloris est impatiens, omnes reformidat tactus, quanquam ipsa dolores exhibeat maximos suis cultoribus. Ad hunc modum, si uacat, & reliquas huius epigrammatis partes expende, & inuenies podagræ naturam scitißimè descriptã: nempe quòd unguentis, quòd coronis, quòd uino gaudeat, quarum rerum omniũ inopia laborant pauperes. Qua causa ἡ πενίης τὸ παράπαν οὐδὲν auersatur, & tantũ in locupletum ædes diuertit. Mihi ad alia properandum est.

Ἀδήλου.

Λυσιμελοῦς βάκχου.) Ἐ Venere & Baccho podagrã nasci docet. & notabis horum omnium epitheton λυσιμελὴς, ut discas his moderatè utendũ esse, nempe uino & uenere, si nolis et tibi tandem generari filiã podagrã. Quam semel susceptam, nulli unquam genero elocare poteris, etiã amplißimis diuitijs dotatam, sed tibi domi tuæ perpetuo erit alenda.

FINIS LIBRI II.

IN EPIGRAMMATUM GRAECORUM LIBRUM TERTIUM ANNOTATIONES.

ΕΙΣ ΑΝΔΡΑΣ ΑΓΑΘΟΥΣ. 1.

Εἰς πλάτωνα.



ΣΩΦΡΟΣΥΝΗ προφέρων.) *Sequitur liber tertius epigrammatum græcorum, meo quidem iudicio omnium elegantißimus & argutißimus, qui complectitur epitaphia epigrammata, in quibus scribēdis ueteres poëtæ singulari ingenio atq; industria usi comperiuntur. Quò enim simplex spectat epitaphiũ, quod nullo acumine aut argutia, nullo selectorum uerborum ornatu, nullis uirorum laudibus scitè & breuiter collectis, aut uitijs salsè perstrictis fuerit elaboratum? Debent enim & ornatu delectare, & breuitate afficere, & laudibus mouere, & uitijs pungere, & apta deniq; atq; decenti in hoc genere compositione arridere epitaphia. Quo poëtico fuco si caruerint, non uirtutis monumenta & testimonia, sed insulsi poëtastri argumenta sunt & næniæ. Sed hac de re alio loco plura, nunc quod instat agamus. Primus huius libri titulus est in uiros bonos, inter quos primum quoque locum Plato obtinet, cuius sepulchrum Diogenes Laërtius hoc epigrammate illustratum esse affirmat, neq; tamen eius autore edito. quod quia ab eius interprete nõ ineptè uersum est, non piguit asscribere:*

Iustitia cunctis præstans, uitaq; modesta,
Hoc situs in tumulo diuus Aristocles.

Si quenquam ad magnos ſapientia uexit honores,
Hunc citra inuidiam uexit & ipſa uirum.

Αὐδιστοτοῦ.

Δυλκίτιον ἐπ ἄνακτες.) In Dulcitium proconſulem Conſtantinopolitanum, quem ad ſummos dignitatis gradus ob uitæ integritatẽ reges Conſtantinopolitani prouexerant. In tertio carmine pro ἔλησεν, ſcribe ἔλυσεν.

Ἰουλιανοῦ αἰγυπτίου.

Κλεινὸς Ἰωάννης.) Argutum hoc eſt epitaphium hominis magni, & claro genere prognati, quæ tamen in eo omnia dicit morti fuiſſe obnoxia, excepta uirtute, quæ fuit minime mortalis. Clarus (inquit) Ioannes: mortalis dic (ſcilicet fuit, quanquam clarus exiſtens) ſocer reginæ. mortalis nihilominus: generis flos Anaſtaſij. Et illius quidem mortalis. βίον ἔνδικος, uita iuſtus, ſcilicet fuit. Non amplius hoc mortale dixeris. ἀρεταὶ κρείσσονες εἰσὶ μόρου.) Hemiſtichij huius ſententia aureis literis eſt ſcribenda, et imis ſenſibus reponenda.

Χρυσοδώρου.

Οὗτος Ἰωάννην κρύπτει τάφος.) Præſens epitaphium plus habet eruditionis quàm argutiæ. Indicat autem hunc Ioannem claruiſſe in Epidamno ciuitate Illyrica, quæ hodie Dyrrachium dicitur, exilio Ciceronis nobile oppidum. μέρμερος ἥρως, intelligit Herculem. εἶχε δέ.) Patriã & genus eiuſdem indicat. Cæterum Stephanus non λυχνιδόν, ſed λυχνιδὸν habet, quæ & ipſa ciuitas eſt Illyriæ. φοῖνιξ κάδμος, ad differentiam eius qui Thebas condidit. unde etiam literæ dicũtur Phœniciæ. ἔνθεν λύχνος.) Alludit agnominatione ad nomen patriæ: unaq; indicat, & literis & eruditione fuiſſe clarum. ἐς ὑπάτους, digni/

tatem eius consularẽ, & studiũ iustitiæ eiusdẽ demonstrat.

Ἀδέσποτον.

Εἰ γένος εὐσεβέων.) In Andream Cretensem, doctorem ecclesiasticum, cuius scripta Venetijs extare dicuntur, & M. Musuro lecta & uisa. ἀνὰ στόμα, bonorũ uirorum fama uiuit, et uolitat per ora uirûm. καμόντα, in fine mortuum significat. nam καμόντες defuncti dicuntur.

Καρφυλίδου.

Μὴ μέμψῃ παριών.) Epitaphium est hominis per omnia felicis: qui tamẽ is fuerit, hoc à poëta non est explicatũ. Mihi uidetur aptißimè tribui posse Q. Metello, quem inter rara felicitatis exẽpla cum primis Valerius Max. & Plin. memorant. Quem à primo originis die (ut Valerij uerbis uta)ad ultimum usq; fati tempus fortuna nunquam cessante indulgentia, ad summum beatæ uitæ cumulum perduxit. Nasci enim in urbe terrarum principe uoluit: parentes ei nobilißimos dedit, adiecit animi rarißimas dotes, & corporis uires, ut sufficere laboribus poßet. uxorem pudicitia & fœcunditate conspicuam conciliauit. Consulatus decus, imperatoriam potestatem, speciosißimi triumphi prætextam largita est: fecit ut eodem tempore tres filios consulares, unum etiam censorium, duos triumphales, & quartum prætorium uideret: ut tres filias nuptui daret, earumq; sobolem sinu suo exciperet. Quũ interim nullum funus, nullus gemitus, nulla causa tristitiæ. Hunc autẽ uitæ actum eius consentaneus finis excepit. nam ultimæ senectutis spacio defunctum, leniq; genere mortis inter oscula complexusq; charißimorum pignorum extinctum, filij & generi humeris suis per urbem latum rogo imposuerunt. Quæ ferè omnia præsenti epitaphio comprehenduntur, quod exercitij

gratia

gratia, ſicut & cætera omnia, uertere libuit:

Ne mea præteriens culpes monumenta uiator,
Nil dignum lachrymis fata tulere mihi.
Natos natorum uidi, conſorte potitus
Vna: quam mecum conſenuiſſe ſcias.
Pignoribusq; tribus genitor, Iunone ſecunda,
Iunxi legitimi fœdera ſancta tori.
Vnde ſinu teneros ego foui ſæpe nepotes,
Nullius morbum, funera nulla dolens.
Illorum exequijs dulcem ſpirare ſoporem
Sum felix campos miſſus ad elyſios.

Ἀδέσποτον.

Μή σύγε θνητὸς ἐών.) Mortalem hominem, ut immortalē, nihil debere cogitare, propterea quod de uita noſtra omni fermè momento incerti ſimus. Confirmat hoc exēplo Caſandri, cuius immaturam mortem (nondū enim egreſſus erat annū uigeſimū ſextum) etiam ſequens epitaphium deflet. quæ quia nihil obſcuritatis habent, ad alia pergamus, antè poſterioris uerſione appoſita:

Quod ſaxum lachrymas nam te moriente repreßit?
Quæ immemor eſt formæ petra Caſandre tuæ?
Inuida te nitidis rapuerunt fata ſub annis,
Egreſſum quinas uix bene Olympiadas.
Hinc uiduam uxorem, & miſeros fecere parentes,
Quos orbos luctu mœſta ſenecta premit.

Θαλλοῦ.

Δισσὰ φάη μίλητε.) Duorū iuuenū Mileſiorū, qui in Italia perierunt, obitū deflet, neq; tamē eorū edidit nomina. Duo lumina (inquit) ô Milete tuæ terræ germīa Italicus pulnis ueloci fato raptos operuit, ſeu cōtexit. Luctus autē cum

phio argumentũ antè præfixũ est. Fecit autem generum lo quentem, & inficias euntem, quòd neq; ipse uxorem suam unquam odio habuerit, nec ab ea hostili animo sit spretus, sed aut hominum inuidia, aut alia calamitate in hunc errorem incidisse. Nunc tamen Minois sententia utrosq; ab hoc delicto esse absolutos.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Πρηύσ᾽, ἐλευθερίην ἐπιειμένος.) Mansuetus (inquit) libertatem indutus, id est liber. Sicut Homerus Ιλιαδ. α ἀναιδείην ἐπιειμένε, ô impudentiam indute, pro ô impudens dixit. suauis aspectu, in uita (προλιπὼν scribendũ) qui reliquisti filium γηροκόμον, senem fouentem, seu curantem, &c. nam plana sunt quæ sequuntur.

Λεωνίδου.

Ἐσθλὸς ἀριστοκράτης.) De Aristocrate, qui per omnem uitam celebs cum uixisset, sub obitum tamen suasit uxorem ducendã, & liberis procreandis operam esse dandam, ut natos tanquam columnas familiæ relinqueremus, non reuocante hinc uel paupertate. ὀλιγογονίης, modico tempore durabile. ἑδνώσαιτο γυναῖκα, dote data uxorem ducat. δυσβίοτος, aptum epitheton paupertatis, uitam difficilem reddentis. Nam ἕδνον dos est, quæ à marito datur. προὶξ autẽ, quæ à sponsa affertur. ζωὴν στηλώσαιτο, uitam columnis, id est liberis fulciat. Et subiecta causa dicit, κακὸν δ᾽ ἄστυλος ἰδεῖν οἶκος, est mala res domus nullis columnis suffulta. Ad hunc modum Euripides liberos masculos, familiarũ columnas uocat, sic dicẽs, στῦλοι γὰρ οἴκων παῖδές εἰσιν ἄρσενες. Et haud scio an huc respexerit Leonides. At focus uiri melior εὐκίων, pulchris suffultus columnis apparet, etiam si stete-

rit in multum lucentibus diuitijs. Nam pro ὄλγῳ, rectius legitur ὄλβῳ, perspiciens titione laritiū. Nouerat Aristocrates τὸ κρήγυον, quod erat bonū et utile, sed mulierū odio habebat stultitiam, id est, uxorē nunquā duxerat.

Σωφρονίου π ατριάρχου ἱεροσολύμων εἰς τὸν τάφον Ιωάννου πάπα ἀλεξανδρίας.

Τύμβε τίς, ἢ πόθεν;) Sepulchrum patriarcha alloquitur, quærēs, unde, aut quod' nam cadauer cōtineat. Cui respondet, Hic est Ioannes genere Cyprius, &c. ἦν δὲ νομεὺς φαρίης, erat autē pastor Phariæ, id est, Alexādriæ. plenam laudē hoc epitaphium cōplectitur. nam & generis nobilitatem indicat, & officij dignitatem, & diuitias amplas, & nullis sceleribus partas, tum eius pietatem, & reliquas uirtutes, quibus omnes alios anteiuit. Eiusmodi laudem uirtutumq; præconium nostrorum pontificū perpauci relinquūt. Carmina per se satis plana sunt, sicut et eiusdem patriarchæ in eundem sequentia. βίον ἄφθιτον, uitam immortalem, per animam intellige.

Σιμωνίδου.

Τῶν αὐτοῦ τις ἕκαστος.) Quēq; maxime suorum morte angi & affligi dicit. Nicodicum tamen cum ab amicis, tum ab uniuersa ciuitate esse defletum.

Αδηλον.

Τοῦτό τι ἡμετέρης.) Plenum amoris & beneuolentiæ hoc est epitaphium, quod quidam suo sodali conscripsit. quod simplicißime sic uerti:

Paruulus iste lapis monumentum, chare Sabine,
Ingentis nostræ monstrat amicitiæ.

Semper te quæram, modò, si licet, inter humatos
Me propter lethes pocula nulla bibas.

Αδηλου.

Ενθάδε τύμβος ἔχ{.) Θεοειδέας, Dijs simillimos. τὸν πάνυ, magnum. θευδόσιον, idem est quod διοδόσιον. φωτὸς ἀκηρασίου, luminis æterni, quod est sine fato & morte.

Εἰς νικόλαον πατριάρχην ἀλεξανδρίας.

Ος βασιλεῖς ἐδάμασσε.) Non multum discrepat à superiori, cuius ordinem uide. Nicolaus archipræsul Christi factus, qui reges domuit, scilicet Constantinopolitanos, qui fauebant hæreticis, & robur aduersariorum sedauit, id est confregit propter paternos ritus, ille sub hoc paruo sepulchro iacet. Sed uirtus, &c. πιέσας, cum pressisset corpus laudabilibus laboribus.

Εἰς τὸ αὐτό.

Στήλην εὐνομίης.) In eiusdem Nicolai Patriarchæ imaginem & statuam, quæ & ipsæ uirtutum ipsius monumenta sunt, & testimonia. τῷ ῥα, idcirco. πυθέα, uocatiui casus est, à nominatiuo πυθεὺς, sicut ὀρφεὺς. ut sit sensus: Quoniam natura optimus extitisti consilijs, ideo πυθέα, id est uir consultissime seu prudentissime in beatorum insulas migrasti. Deducitur autem hoc nomen à πυνθάνομαι, percontor: ut πυθεὺς sit, qui consulitur, ac de uarijs rebus interrogatur, quemadmodum Iurisconsulti.

Καλλιμάχου.

Ην δήξη τίμαρχον.) De Timarcho quodam Atheniensi, haud dubie Epicureo, diu ambigente de natura animæ, quem

mæ, quem apud inferos in piorum hominum cœtu dicit esse quærendum. δίζεσθαι, *quære: infinitiuus pro imperatiuo.* φυλῆς πτολεμαΐδος. *Hæc fuit altera tribus addita decem prioribus Athenis. nam duæ demum adiectæ sunt.*

ΕΙΣ ΑΓΩΝΙΣΤΑΣ. 2.

Σιμωνίδου.

Εἰπόν τίς, τίνος ἐσσί.) *Quærit ex athleta, quis, quo patre natus, qua patria sit oriundus, & quas uictorias reportarit.* εἰπόν, *dic. Aoristus primus imperatiui.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Μίλωνος τόδ' ἄγαλμα.) *Hoc distichon magis pertinet ad quartum librum, ubi de statuis agitur, quàm ad hunc locum, ubi ponuntur epitaphia. perhibet autem, Milonem septies in Olympico certamine uicisse, & nunquam in genua prolapsum.*

Φιλίππου.

Τὸν ἐκ σινώπης.) *Describit athletam fortissimum, qui certamine Isthmico sexies uictor est declaratus, id quod indicat per* πίτυν, *id est pinum, quam accepit in Isthmo sexies, cuius tamen dorsum harena nunquam fœdatum est.* κατ' εὔγυρον πάλην *scribendum est, id est in gyratili siue orbiculari lucta.* ἴδ', *uide rursum faciem* θηρόθυμον, *ferinã, seu ferinũ animũ præseferentẽ: ut adhuc seruat pristinam cõtentionem pro uictoria. Verba hæc omnia sunt statuæ. Dicit autem æs (ex quo statua fuerat fabricata) basis me soluat, ut uiuus nunc septima uice* κονίσομαι, *puluere conspergar, seu puluceres legam, id est certamen subeam. Sicut Horatius prima oda, puluceres legere, pro decer/*

decertare etiam posuit. Est autem κονίζειν proprie athletarum, lucta se exercitantium, & puluerem exci/tantium.

Καλλιμάχου.

Σύντομος ἦν ὁ ξεῖνος καὶ ὁ τάφος.) De homine bre/ui in exiguo quoq; sepulchro condito, de quo se quoq; pau/ca & breuia dicturum dicit. Theris est Aristei filius, Cre/tensis, qui uicit stadio.

ΕΙΣ ΑΔΕΛΦΟΥΣ 3.

Αγαθίου.

Αἰητοῖος καὶ παῦλος.) De duobus fratribus, qui totam uitam unà concorditer traduxerũt, eodemq; fato consumpti, & sepulchri eiusdem consortes facti sunt, ad quorum tumulum aram concordiæ erigendam esse pu/tat. ξυνὴν συζυγίην, commune coniugium, id est com mercium, seu conuersationem. ξυντρεχέτην, pro συντρεχέτην, concurrerunt.

Τοῦ αὐτοῦ.

Δὶς δύ' ἀδελφοὺς.) Morus:

Quatuor hic tumulus fratres complectitur: ex his,
Pro dolor, una duos lux parit, ac perimit.

Quanquam mihi omnino legendum uidetur, Εἷς δύ' ἀ/δελφοὺς ἐπέχει τάφος, unum sepulchrum duos fratres continet, qui & eodem die geniti, & eodem sunt mortui.

ΕΙΣ ΑΛΙΕΑΣ. 4.

Σαπφοῦς.

Τῷ γριπεῖ πελάγωνι.) Hoc distichon de donarijs loquitur, pertinens ad sextum librum, in titulum, ἀ/πὸ ἁλιέων.

Ιουλιανοῦ αἰγυπτίου.

Μυγδόνων τέρμα βίοιο λαχών.) Mygdonis piſcatoris eſt epitaphium, qui ſua nauicula rogo eſt impoſitus. αὐτόστολος, ſua claſſe uectus, id eſt ſua cymba. νεκύων πορθμίδος, mortuorũ cymba ſeu traiectione, id eſt Charontis nõ egens. ἣν γὰρ ἔχε.) Quã enim habebat uiuens largitricem uictus, teſtem laborum, uenationibus ſeu capturis marinis ſæpe onuſtã, hanc etiã in morte ſortitus eſt curſus ſociam, quando finem uitæ inuenit. συλλήξας, deſinens unà cum combuſta nauicula, ſcilicet uiuere. Adeò fidum ἄνακτι, domino fuit nauigium, domum augens ſiue accumulans, & ſociũ nauigationis in uitam et in mortem.

Ἀπολλωνίδου.

Ιχθυοθηρητῆρα μενίσρατον.) Neque hoc epigramma inter epitaphia eſt numerandum, ſed potius ad primum librum de piſcatoribus referendum, quando de piſcatore ſimpliciter memorat à phoca, id eſt uitulo marino, occiſo.

ΕΙΣ ΑΝΔΡΕΙΟΥΣ. 5.

Ἀνακρέοντος.

Καρτερὸς ἐν πολέμοις.) Fortes & ſtrennuos potiſsimũ in bello occumbere, probat exemplo Timocriti: & ignauos ferè ſaluos euadere.

Ἀντιπάτρου.

Ορνι διὸς κρονίδαο διάκτορε.) Epitaphium Ariſtomenis, fortiſsimi et illuſtriſsimi Meſſeniorum imperatoris, quem Lacedæmonij, authore Pauſania, ſæpius ab eo uicti admirantes, cum in Meſſeniaca ægre ſuperaſſent, uidendi cauſa diſſecuiſſe feruntur, nunquid illi præterquam cæteris ineſſet. Quare immutata exta, & hirſutum cor re-

pertum

pertum est. Durasse hoc bellum ferunt ultra trecentos annos. Huius ducis gesta Arrianus Cretensis poëta carmine heroico est persequutus. Quærit autem poeta causam ex aquila, cur sepulchro Aristomenis aßistat γοργὸς, terribilis, uel uelox, uel etiam uersatilis. Huic respondet aquila, se id annunciare hominibus, quòd quanto omnium auium ipsa sit præstantißima, tanto hunc quoque semideorum omnium fuisse fortißimum. Sed uide num non pro ἡμιθέων, legendum sit ἠϊθέων, iuuenum. Meticulosas & trepidas columbas aßidere timidis, se uero uiris interritis delectari.

Ανακρέοντος.

Αβδήρων προ᾽ ἀνέντα.) In Agathonis laudem, qui pro salute Abderitarum fortißime dimicans occubuit. Est autem ἄβδηρα, ciuitas Thraciæ, patria Democriti philosophi. ἀγνοβίην, duro robore præditũ. φιλαίματος, sanguine gaudens, aptum Martis epitheton, quem Homerus αἱμοχαρῆ nonnunquam uocat. ἠνάριστε, interfectum spoliauit.

Μενάνδρου, εἰς ἐπίκουρον καὶ θεμιστοκλέα.

Χαίρε νεοκλείδα.) Et Epicurus & Themistocles patre Neocle nati sunt, sicut de illo Diogenes Laërtius, de hoc affirmat Herodotus: incertum tamen an eodem, an tantum ἐκ τῶν ὁμωνύμων. nusquam enim Themistoclem Epicuri fratrem fuisse, me legere memini. Vterque tamen patria fuit Atheniensis. Hos Menander hoc disticho saluere iubet, quod alter patriam à seruitute barbarorum, nempe apud Salamina deuictis nauali prælio Persis: alter à dementia liberauerit.

Μηδίας

Multas enim ineptias reliquorum pilosophorum de ſurijs, de parcis, de inferis, de campis elyſijs, de anima Epicurus refutabat. Mihi tamen ueriſimilius eſſe uidetur, quod Epicurus Athenienſes multo impenſius ſtultitia atq; dementia impleuerit, quàm liberarit. Qua de re hic non eſt locus prolixius diſputandi.

Γερμανικοῦ, εἰς θεμισοκλέα.

Αντὶ τάφου λιτοῖο.) Loquitur hoc epitaphio ipſe Themiſtocles, rerum à ſe geſtarum commemoratione indicans, quo pacto à Græcis ſepeliri uelit: alioqui nullum ſatis magnum & dignum ſepulchrum ſuis uirtutibus fieri poſſe. σύμβολα ναυφθορίας, ſigna, ſiue indicia naufragij, ſiue corruptionis nauium.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τοῦτο θεμισοκλεῖ.) Themiſtocles odio & ingratitudine, atq; etiam inuidentia ſuorum ciuium exterminatus è patria, confugit ad Xexem Perſarum regem: à quo honorifice acceptus, & tribus ciuitatibus, nempe Magneſia, Myunte, & Lampſaco, quo commodius ſe ſuſtentaret, donatus eſt. Cum autem tantus uir uideretur acceptis copijs Græciam poſſe ſubigere, nec ignoraret ea de re regem ſecum acturum, indignum ratus Græcos, quos antè à ſeruitute liberauerat, ſua opera iterum ſubiugari, ſacrificium apud Magneſios Dianæ ſimulanter faciens, taurino ſanguine patera excepto, & epoto, mortem oppetijt. εἵσατο, dedicauit. μάγνης λάος, populus Magneſius: Eſt autem Magneſia, ciuitas ad Mæandrum ſita, & regio etiam hoc nomine. ὀθνείην, peregrinam terram ſubit, &c.

Αλφειοῦ εἰς τὸν αὐτόν.

Οὐρανὸν μὲν καὶ πόντον.) Hoc planè concordat cum illo

illo superiore, ἀντὶ τάφου λιτοῖο. οὔρεα, montes, quos scilicet planauit multitudine hominum Xerxes. πόντον, quem constrauit nauibus, & ponte iunxit. λιπαίδην, id est Phœbum, hoc est solem. ἀενάων, perennium fluuiorum fluxum, qui non sufficit Xerxianis copijs ad potum (magnificum hoc & elegans est epitaphium, sicut equidē hæc omnia) ut mortui Themistoclis sepulchrum prædicet populus Magnesius.

Διοδώρου, εἰς τὸν αὐτόν.

Μὴ μέτρει μάγνητι.) Docet Magnesio populo non esse metiendum nomen Themistoclis ad quantitatem sepulchri, sed eius facta intuenda, & ex Salamine ac multitudine nauium conijciendam eius uirtutem. Sic enim fore, ut maior Athenis, imò totius orbis imperio dignus esse cognoscatur.

Διοτίμου.

Οὐδὲ λέων ὡς δεινός.) Crinagoram Miconis filium leonibus terribiliorē esse dicit in pugna: nec uitio aut culpæ dandum esse, si modico sepulchro tantus uir claudatur, cū exiguus locus magnos bellica gloria uiros ferre nouerit.

Διοσκουρίδου.

Τῷ πιτανᾷ θρασύβουλος.) Ex hoc epitaphio licebit & patris & filij animi magnitudinē spectare. huius, quod fortißimè dimicans pro patria, mortem oppetiuerit; illius, quod filij mortem magno animo tulerit. Cæterum Pitanæ, secundum Stephanum, urbs est Aeolica. ἄπνους, exanimis. πρόσθια, aduerso pectore excepta, nō dorso. Nam auersa uulnera sunt dedecori. αἱματόεντα, sanguinolentum. ἐπὶ πυρκαϊῆς, super rogum. δειλοὶ, ignaui, timidi deflentur. Extat hoc epigrāma uersum ab Ausonio,

& Francisco Philelpho, tum etiã ab Erasmo in apophthegmatibus Laconicis.

Ερυκίȣ.

Αἰνὶκ' ἀπὸ πτολέμȣ.) *Et hoc epigramma testimonium habet muliebris fortitudinis. Nam mater Lacena filiũ Demetrium turpiter & meticulosè è prelio fugientem, hasta transuerberauit, indignũ uita iudicans, quod pro salute patriæ se non animosius gesserit.* τρέσαντα, *fugientem, siue quum fugisset. participium est à uerbo* τρεῖν, *quod & fugere & metuere significat. quo etiam Homerus Iliados ε. utitur,* τρεῖν μ' οὐκ ἐᾷ παλλὰς ἀθήνη. πάντα τὸν ὁπλίσην, *scribe.* φονίαν, *letalem, mortiferam.* πλατέων λαγόνων, *per lata ilia quũ pepulisset. Hoc epigramma obiter sic uertimus:*

Quum profugum è bello te suscepisset inermem,
Amißis clypeo, cuspide, & ense, parens:
Mox te letali Demetrie perculit hasta,
Ilia transfodiens sic tua mater ait:
Oppete, ne patriæ sis dedecus. illa nequaquam
Peccauit, quòd lac nostrum aluit timidos.

Δαμαγήτȣ.

Ωδ' ὑπὲρ ἀμβρακίας.) *In Aristagoram Theupompi filium, qui pro Ambracia ciuitate Thesprotiæ fortiter pugnans, optauit mori potius, quàm fuga salutem quærere.* Βοαδρόμος, *bellator, pro* Βοηδρόμος. *nã* Βοηδρομεῖν, *& belligerari & auxiliari significat. unde & βοὴ, autore Athenæo lib. 4. ueteribus bellũ significat, exponẽte hoc Homeri* Βοὴν ἀγαθὸς μενέλαος, *bello strẽnuus Menelaus.*

μὴ θαῦμ' ἔχε.) *Ne admireris (inquit) nam Doricus uir maiorem curam habet patriæ, quàm pereuntis uitæ.*

Απολ/

Ἀπολλωνίδου.

Αἴλιος αὐσονίης ϛρατιῆς.) De Aelio quodã milite Romano, multis uictorijs et trophæis claro & insigni: qui quũ ad extremũ morbo infestaretur, ne ignaua morte periret, se ipse gladio transuerberauit. Exposuimus huic non dißimile epigramma etiã libro primo, εἰς ἀνδρείους. quò etiam hoc referendum est, sicut & superius de Demetrio. πρόμος, antesignanus, pugnans in prima acie: qui aliàs dicitur πρόμαχος, dictio apud Homerum frequens. Qui aureis coronis accumulans, id est quũ accumulasset, colla armifera: quum in ultimum morbum prolaberetur, finemq; inevitabilem uidisset, aperte contra suam ἀριστείην, uirtutem uel strennuitatem, fixit sub uisceribus suum ensem. dixitq; moriens, ipse uolẽs domitus sum, ne morbus gloriã habeat.

Φιλίππου, εἰς τὸν αὐτόν.

Αἴλιος ὁ θρασύχειρ.) Eiusdem est argumenti cum superiore. θρασύχειρ, audax manibus, seu feracimanus. τηξιμελεῖ, tabe consumenti membra, seu tabifico: aptum epitheton morborũ. πεπολυμένος, præpeditus. ἔδραμε θυμῷ, cucurrit animo, id est repetiuit animo, & in memoriam reuocauit: priorum factorũ uirile testimoniũ, &c. nam plana sunt.

Μνασάλκου.

Οἵδε πάτραν πολύδακρυν.) Hi patriam lachrymosam in ceruice uinculum (scilicet seruitutis) habentem liberantes obscurum induerunt puluerem, id est sunt sepulti. Commutant autem uirtute magnam laudem. Sed quis ciuium hos intuitus, mori sustineat pro patria?

Γετουλλίου.

Ω χρόνε παντοίων.) Epitaphiũ Atheniensium & Thebanorum, qui ad Cherronæam cum Macedonibus pro libertate Græciæ pugnantes, Philippo duce sunt interfecti. Quæ Macedonum uictoria initium fuit ruinæ totius Græciæ, & finis eiusdem dominationis, & libertatis. Loquuntur autem mortui: O tempus, &c. nam nihil habet difficultatis.

Αντιπάτρου.

Ισσοῦ ἐπὶ προβολῆσιν.) Epitaphium Persarum, cæsorum ab Alexandri copijs ad Issum ciuitatẽ Ciliciæ, ubi cæsa traduntur peditum unum & sexaginta millia, equitũ decem millia: tametsi authores mire in numero interfectorum uarient. Ego potius illos centũ & triginta pedites, & centum quinquaginta equites, qui ex parte Alexandri ceciderunt, & à quibus tanta multitudo profligata est, hoc epitaphio honestandos putarim, quàm illa ignaua pecora. Vide Quintum Curtium libro 3. & Iustinum libro 11.

Αλκαίου.

Ακλαυστοι καὶ ἄταφοι.) De ijs hoc epitaphium loquitur, qui à posteriore Philippo in Macedonia cæsi sunt, quorum saltem octo millia fuisse constat. Porrò Alcæus hoc epitaphiũ magis in detestationem Philippi scripsisse uidetur, quàm in occisorum laudem aut memoriã. ἠμαθίης, Macedoniæ, qua dictione Latini quoq; poëtæ utuntur: Bella per Emathios plus quàm ciuilia campos, &c. θοῶν ἐλάφων ὤχετ' ἐλαφρότερον, uelocibus ceruis abijt uelocius: uictus scilicet, & castris quoque exutus à Quintio Flamminio. Vide Liuium libro secundo decad. quarta, de bello Macedonico. Primis duabus dictionibus etiam Homerus

rus

rus coniunctim utitur Odyssea λ.

μή με ἄκλαυσον ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν,

quem Alcæus sequutus esse uidetur.

Εἰς τοὺς ἐν ἑρμοπύλαις

θανόντας.

Μυριάσιν ποτὲ τῇδε.) Herodotus in Polymnia refert, his qui in Thermopylis ceciderunt, & ijs qui prius quàm socij à Leonide remissi occubuerũt, uniuersis hoc epigramma esse inscriptum, quod Laur. Valla sic transtulit:

Ter decies centum hic certarunt millibus olim,
È Peloponneso bis modò mille uiri.

Εἰς τοὺς αὐτούς.

Ω ξεῖν' ἀγγεῖλον.) Hoc autem Lacedæmonijs peculiariter inscriptum ait, quod Cicero Tusculanarum quæstionũ libro primo Simonidi attribuit, itáq; transtulit:

Dic hospes Spartæ, nos te hic uidisse iacentes,
Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

Laurentius Valla sic:

Nos Lacedæmonijs refer hic peregrine iacentes,
Exhibito illorum uocibus obsequio.

Verecunda mehercle & ambitiosa epigrãmata, quæq; uix digna æstimarẽ rebus tam præclarè & excellenter gestis, nisi scirem uerã uirtutẽ neq; gloriosam esse, neq; iactabundã, & sua ipsius pulchritudine contentã. Hoc postremũ citat etiã Diodorus lib. 11. cuius secundi uersiculi finem, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι, ille sic interpretatus est, πειθόμενοι τοῖς νομίμοις αὐτῶν, id est statutis ipsorum. Decreuerant enim aut uincere, aut non redire.

Εἰς τοὺς αὐτούς.

Ἀνθρώπων ἑστηκυῖαν.) In eosdẽ epigrãmata ab alijs poëtis

excogitata. cuius primi sensus est: Nouaculæ stantem in acie Græciã uniuersam, id est in extremo periculo constitutam. Prouerbium est, quo & Homerus Iliados κ. utitur. Vide Erasmum. nostris animabus liberantes (participium indefiniti medij) iacemus.

Εἰς τοὺς αὐτούς.

Ἄσβεστον κλέος οἵδε.) Hic ait eos inextinguibilem gloriam consequutos, oppetijsse pro patria: nec mortuos esse, propterea quod uirtute ex orco reducantur. Pro τεθνᾶσι in tertio uersu, τεθνεᾶσι scribendum est, aut τεθνήκασι.

Εἰς τοὺς αὐτούς.

Εἰ τὸ καλῶς θνήσκειν.) Elegans epigrãma: Si honorificè mori uirtutis pars est maxima, nobis ex omnibus hoc attribuit fortuna. Græciæ namq; properantes libertatẽ apponere, iacemus ἀγηράντῳ, insenescibili utentes præconio.

Σιμωνίδου.

Χαίρετ᾽ ἀριστῆες πολέμου.) In Athiensiũ iuuenes, qui sub initium bello Peloponnesiaco occubuerũt, de quibus Thucidides lib. 1. in quorum laudem apud eundẽ extat funebris oratio miræ elegantiæ, habita à Pericle. ἔξοχοι ἱπποσύνῃ, excellentes equitatu. καλλιχόρου, bellũ epitheton urbis Athenienſium, pulchrichoreali. siquidem Athenis non tantum belli, sed & literarum peritiã iuuentus sibi parabat, ubi recitabantur comœdiæ & tragœdiæ, in quibus chori introducebantur.

Αἰσχύλου.

Κυανέη καὶ τούσδε μενεγχέας.) In Thessalos, qui pro patria contra Philippum pugnantes, & occumbentes, in suis cãpis sepulti iacent. κυανέη μοῖρα, atra parca.

μενεγχέας,

μενεχχέας, in pugna stataria peruicaces, aut hasta cõminus pugnãtes. πολύῤῥηνον, pecorosam, pecoribus abundantem, id est Thessaliam. ὀσσαίαν κόνιν, osseũ puluerẽ induerunt, id est iuxta montẽ Ossam sunt sepulti. Plin. lib. 4. cap. 8. refert tres et triginta montes in Thessalia, et horũ omnium nobilißimos Cercetos, Olympum, Picrum, & Ossam: cuius ex aduerso est Pindus & Othrys.

Ἀδέσποτον.

παῖδες ἀθηναίων.) In Athenienses Persarum uictores, distichon apertum & planum.

Σιμωνίδου.

Οἵδε παρ' εὐρυμέδοντι.) Celebrat eorũ Atheniensiũ memoriã, qui apud fluuiũ Eurymedontẽ in Pamphylia, duce Cimone Miltiadis filio, Persas & Medos nauali et pedestri prælio uicerunt, quorũ pauci interierũt. De quo bello Thucidides lib. 1. Versiculi non opus habẽt interpretatione.

Πλάτωνος.

Οἵδε ποτ' αἰγαίοιο.) De his Eretriensibus & Atheniensibus hoc Platonis epitaphium loquitur, quos Datis natione Medus iussu Darij decẽ annis ante pugnã naualẽ iuxta Salamina factam, captiuos abduxit in Persidem. De his plura apud Platonem uide, lib. 3. περὶ νόμων. Ipse quoque Herodotus huius expeditionis meminit libro 6. sed uidetur à Platone dissentire. βαρύβρομον οἶδμα, grauisonam undam. ἐκβατάνων.) Ecbatana magna pars Mediæ, ubi Persarum reges æstatem conterunt. ἐρέτρια, ciuitas est Eubœæ.

Ἄδηλον.

Εὐβοίης γένος ἐσμὲν ἐρετρικόν.) In eosdẽ est hoc quoq; distichõ. σούσων.) σοῦσα, inquit Stephanus, πόλις

ἐπίσημος περσικὴ, μέμνονος κτίσμα, &c. In hac ciuitate Persarũ reges tẽpore uerno tribus mẽsibus agitabant, ut testatur Xenophon libro 7. in Institutione Cyri.

Δαμαγήτου.

Ὦ λακεδαιμόνιοι.) Spartiatis & Argiuis incidit contētio de agro, qui dicitur Thyrea. Cõuenerũt ergo ut utrinque trecenti dimicarẽt, & uictoribus ager adiudicaretur, cæteri hinc facesserent. facto igitur conflictu, ex sexcentis tres omnino reliqui fuerunt: ex Argiuis duo, Alcenor & Chromius, qui tanquã uictores noctu Argos contenderunt, ex Lacedæmonijs unus Othryades, quẽ Damagetus Gyllin uocare uidetur. Quem quum puderet ob interfectos socios Spartam regredi, ibidem apud Thyreas mortẽ sibi consciuit. Vide super hac re Herodotũ lib. 1. ἀρήιον, Mauortiũ. ὅς ἀργείων τρεῖς ἔκτανε. Hoc dissentit ab Herodoto. μηδάμενος, posteaquam fecero, consultauero, cogitauero. De his etiam infrà aliud epigramma habebimus.

Τύμνεω.

Τὸν παραβάντα νόμους.) Epigramma Dorica lingua conscriptũ, de Demetrio fugitiuo, et à matre hasta transuerberato: de quo etiam suprà epigramma ponitur. θηκτὸν, acutum: à uerbo θήγω, acuo. ἐν προβολᾷ, in uestibulo. ὀδόντα ὀξὺν ἐπιβρύκουσα, dentem acutum infrendẽs, conterens. κακὸν σκυλάκευμα, ignauus catulus, ignaua soboles: quasi diceres catulamentum. ποθ' ἅδαν, πρὸς ἅδην, ad inferos. ἐτρέφομες, pro ἐτρέφομεν.

Διοσκουρίδου.

Εἰς δηίον πέμψασα λόχους.) De alia quadam Spartana muliere, quæ octo filios in bello peremptos, uno sepulchro condens, sine luctu sepeliuit, nullo alio uerbo edito, quàm

quàm quòd patriæ hos filios genuerit. δηίων, hostium. δάκρυα δ' οὐκ ἔῤῥηξε, lachrymas non rupit. In ultimo uersu pro ὦ σπάρτα, legendum est ἰὼ σπαρτας, quæ uox est exultantis: alioqui uersiculus claudicabit.

Φαέννου.

Οὐκ ἔτλας ὦ ῥίστε.) Cum dolore Leonidam alloquitur, quòd Eurotam ultra non accesserit, sed bello uexatus, & incursione hostium propulsata occubuerit, patria statuta reueritus. ὦ ῥίστε, pro ὦ ἄριστε. ἐδμάθης, pro ἐδμήθης, domitus es.

Δαμαγήτου.

Ὤλεο δὴ πατέρων.) In Machetam Argiuum, qui bello Aetolico perijt, de quo multa Polybius libro quarto & quinto. ὤλεο, perijsti. πρωθήβας, ephebus. χαλεπὸν γὰρ ἀχαϊκὸν, &c.) Laus Achiuorum fortium, qui raro ad senectam perueniunt, sed omnes in iuuenta strennue rem agentes intereunt. Itaque inquit, Difficile est Achaicum uirum uidere fortem, qui usq; ad canos capillos mansit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἔστης ἐν προμάχοις.) In Charonidam Aetolum, qui interfectus est quum Aetoli Achaiã inuasissent: de quo item Polybius in libris suprà citatis. ἢ μόρον νίκαν, &c. Verba sunt fortis & interriti animi. τῇ ποτε νυκτὶ, ea nocte qua Aegiram urbem Peloponnesi occupauerãt, clanculum per cloacã introducti. διακριδὸν, segregatim, egregie, abunde. Vtitur hoc aduerbio Lucianus in eo epigrammate, quod suo operi præfixit. ἄλις αἰεὶ, &c. Fortitudinis laus est, non uereri sanguinem in aliena terra pro patria profundere.

Λεωνίδου.

Τὴν ὀλίγην βῶλον.) Alcimenes uiatores alloquitur, ut eius sepulchrum cõsalutent, quod & si acuta paliuro et rubis prorsus sit obrutum & obsitum, se tamen quondam nihilominus bellicosum fuisse Alcimenem. ὀλιγήρειον σῆμα, modicũ sepulchrum. ὦνερ, ô uir, ô uiator. προσφθέγξαι, alloquere, salutato. Huius latinam interpretationem, si placet, quoq; lege:

Huic modicæ glebæ, & busto peregrine salutem,
Alcimenis miseri quæso precare uiri.
Texerit hoc quamuis spinis paliurus acutis,
Attamen ipse fui strennuus Alcimenes.

Ἀνύτης.

Λύδιον οὖδας ἔχει.) In Amyntorem Philippi filiũ, in Lydia sepultũ, qui sæpe ferreis, id est armatis manibus pugnas attigit: neq; morbus eum domum reduxit νυκτὸς, noctis, id est mortis, sed tenens orbicularem clypeum. Porrò pro ἀμφοτέραν, in ultimo uersu omnino emenda & scribe ἀμφ' ἑτάρων, pro socijs, id est dum defendebat in pugna socios, sicut Aiax suo clypeo Teucrum, et alios defendisse legitur. Neq; enim uerisimile est, eũ duos clypeos tenuisse. Vt ἀμφοτέραν, recte ad ἴτυν referri queat, id quod etiã semidoctus facile exputare potest. Hoc epitaphiũ cum sequenti distiche, hoc maiori admiratione dignum est, quod ab Anyte muliere sit profectum, & scriptum, de qua in primo libro plura diximus.

Τῆς αὐτῆς.

Οὐχὶ Θεμιστοκλέους.) Non in Magnesia Themistocles, sed maleuolentia & inuidia Græcorum eius sepulchrum egestum esse, iratus dicit.

Ἀδην

Αδήλου.

Ημαθίην ὅς πρῶτος.) *Epitaphium Philippi Alexandri magni patris, cuius uirtute Macedonum imperiũ antea obſcurum & anguſtum, factum eſt florentiſsimum, & multis regnis & regionibus ac ciuitatibus adiectis propagatum.* ἐς ἄρεα βῆσα, *ad Martem aſcendere feci, id eſt, rebus bellicis extuli.* ἑσσάμενος, *indutus.* εἰ δέ τις αὐχεῖ μείζον ἐμεῦ, &c.) *Filium Alexandrum perſtringit. Hæc uerba etiam Plato de Ariſtotele non incommode uſurpare poſſet: quod ſi maiora quàm ego præſtiterit, mei hoc fuit operis, nam ex ſchola mea profectus eſt.*

Παρμενίωνος.

Τύμβον ἀλεξάνδροιο.) *Pro magnitudine rerum geſtarum, Alexandro non poſſe ſcribi dignum epitaphium, ſed Europam & Aſiam, quas ſubiugauit, eius eſſe ſepulchrum.*

Αδήλου.

Οἵδ' αἴδαν στέρξαντες.) *Quos hoc epitaphio innuat, incertum eſt. mortis tamen contemptu dicit eos non ſepulchrum tantum meruiſſe, ſed famæ celebritatem.*

Πολυστράτου.

Τὸν μέγαν ἀκροκόρινθον.) *Lucius Mumius euerſor Corinthi, gloriabũdus ſic loquitur: Ego Lucius ἐστυφέλιξα, cõcuſsi, dirui magnã Achaicã Acrocorinthũ, id eſt arcem, Græciæ aſtrum, & duplex littus Iſthmi ſociũ. Inde Corinthus dicitur à poëtis bimaris, quod duo maria, quibus hinc & hinc alluitur, non longo interuallo ſint inter ſe diſiuncta.* δουρύπτοιντα, *haſta collapſa ſeu deiecta, pro* δουρύπτωτα, *oſſa mortuorum coaceruata unus continet ſcopulus.*

scopulus. Achiuos autem qui Priami domum, id est Troiam, inflammauerunt, indefletos Aeneadæ, id est Romani in ferijs spoliauerunt. q. d. Corinthij ideo sepultura digniti sunt, quod cum cæteris Græcis ad euertendã Troiam non sunt profecti.

Πεισάνδρου.

Ανδρὶ μὲν ἱππαίμων.) Hippæmonem ab equo, cane, seruo, genere, & patria, et rebus gestis describit. πόδαργος, uelocibus pedibus, uel albis. θήραγρος, feras uenãs, uel capiens. θεσσαλὸς, refert equũ: ἐκ κρήτης, canem: μάγνης γένος, seruum: αἵμονος υἱὸς, Hippæmona. nam Thessalia optimis equis, & strennuißimis equitibus semper abundauit.

Αδηλον.

Οἱ πρὸς ῥωμαίους.) Eorum Græcorum memoriam celebrat, qui in bello Achaico aduersis uulneribus occubuerunt, quod strennuitatis argumentũ fuit certißimũ. κρυφίῳ καὶ δολερῷ θανάτῳ, nempe à Rhomanis insidiose circumuenti.

Σιμωνίδου.

Θηρῶν μὲν κράτιστος ἐγώ.) Leonidæ epitaphium, & leo loquitur. Sicut ego ferarum sum præstantißima, ita & is cuius sepulchrum ingressus seruo, omnium mortalium fuit præstantißimus.

Αδηλον.

Αλλ' εἰ μὴ θυμόργε.) Eiusdem argumenti in eundem.

Αδηλον.

Τῶν δὲ δὶ ἀνθρώπων ἀρετὰν.) Tegeatorũ uirtutẽ celebrat, quibus Lacedæmonij Pisistrato (sicut Herodotus) Polycrate aũt (sicut Pausanias author est) Athenis tyranni dem ob/

dem obtinente bellum intulerunt. Sed fortiter pro patria dimicantes hostes uictos reiecerunt, sicut epitaphium loquitur, quod illorum hominum uirtute nullus fumus ardentis Tegeæ (quæ ciuitas est Arcadiæ) in æthera ascenderat. Sed cum statuissent patriam libertate florentem filijs relinquere, ipsi inter antesignanos mortui sunt.

Βάσου.

Φωκίδι γάρ πέτρη.) Epitaphium trecentorum Spartiatarum, qui duce Leonida in Thermopylis ceciderũt, de quibus iam sæpe dictum est. δέρκευ, pro δέρκου, uide. μηδοφόνων, siue qui Medos occiderunt, uel à Medis sunt occisi: expone uel actiue, uel paßiue, ut cætera nomina à φόνος, ξιφοφόνος, ἀνδροφόνος, &c. ἀμβλύναντες, hebetantes, obtusum reddentes. ἣν δ' ἐσορῇς ἐπ' ἐμεῖο. Hoc seorsim ad Leonidem ducem pertinet. Quam autem inspicis super me, βοὸς εὐχον, scribe et lege, id est ταυροφόνου imaginem feræ, diç ταγοῦ, ducis, præfecti, sepulchrum, scilicet esse, Leonidæ.

Γαίτου.

Δισσὰ τριηκοσίων.) Argiuorum et Lacedæmoniorum, qui pro Thyrea pugnarunt (de quibus etiã suprà diximus) epitaphium. Loquũtur autẽ ipsi interfecti de se. θούριος, impetuosus mars strinxit bis trecentorum Argiuorum & Lacedæmoniorum gladios. ubi pugnam sustinuimus ἀνάγγελον, id est nuncio carentem, in quo ne nuncius quidem relictus est, alius super alium cadentes. Thyrea autẽ erant præmia δορός, hastæ, pugnæ, certaminis.

Εἰς τὸ αὐτό.

Οἵδε τριηκόσιοι. In eosdem. σπάρτα πατρί, ὦ Sparta patria, nos trecenti cum pugnassemus pro Thyrea

cum

cum tot Inachidis (Inachidæ dicuntur Argiui, à rege Ina/cho) colla non uertentes: ubi pedis uestigia primum ada/ptauimus, id est fiximus, ibi & uitam reliquimus. Porrò Othryadæ arma operta mascula cæde, declarant ô Iupiter Thyream esse Lacedæmoniorum. Si quis autem Argi/uorum mortem effugit (sicut Herodotus duos superstites fuisse perhibet) fuit ab Adrasto, id est fugitiuus, quemad/modum ille apud Thebas quoq; optimis quibusq; amißis, cum reliquis copijs turpiter aufugit. σπάρτᾳ δ᾽ οὐ τὸ θανεῖν, &c. *Sed enim Spartæ, id est Spartiatis, non mori mors est, sed fugere. Verba uirorum fortium, quibus decre tum est aut uincere, aut mori.*

Χαιρήμονος.

Τοῖς ἀργείοις ἴσαι χέρες.) *In eosdem. Loquuntur La/cedæmonij, sicut in superiori. Cæterum primi uersiculi de/fectum sic comple,* τοῖς ἀργείοις χ᾽ ἁμῖν ἴσαι χέρες, *Argiuis & nobis æquales manus, id est totidem.* ἀπρο φάσιστα, *sine ullo prætextu.* οἰωνοῖς, *uulturibus mor/tem nuncium reliquimus, id est mutua occidione occisi sumus.*

Σιμωνίδου.

Εὐθυμάχων ἀνδρῶν.) *In Tegeatas, qui contra uim Lacedæmoniorum defenderunt patriam, de quibus etiam suprà.* εὐθυμάχων, *rectà in faciem pugnantium.* εὔ/μηλον, *pecorosam, seu ouibus abundantem.*

Ἀνύτης.

Μνᾶμα τόδε φθιμένου.) *Sensus est: Sepulchrum hoc mortui Menedaij* εἵσατο, *statuit, fecit, erexit Damis equo, postquam pectus huius cruentus mars percußit. ni/ger au/*

ger autem sanguis ταλαυρίνου, dura pelle munitũ, per corpus bulliendo effusus est, seu ebulliuit, &c.

Σιμωνίδου.

Δίφρυος ἐδμήθημεν.) In Athenienses, qui in Eubœa perierunt, in angustijs montis Diphryi, quorum mẽtionem facit Aeschines contra Ctesiphontem. ἐδμήθημεν, domiti, uicti sumus. ὑπὸ πτυχὶ, sub plicatura, id est, in ualle Diphryi mõtis, ubi colebatur Iuno nomen habẽs à mõte. Sepulchrum autem super nos prope Euripum fusum est publice (id est, plebiscito prope fauces Euripi) non immerito. Siquidem amabilem iuuentutem perdidimus, cum suscepissemus asperam nubem belli.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εὐκλέας αἶα κέκευθε.) Leonidem & suos Simonides alloquitur. Inclytos terra tegit ô Leonida, qui tecum hic mortui sunt Spartæ spaciosæ rex, plurimorũ telorumq; et uelocipedum gemitum equorum, Medorumq; uirorum cum suscepissent bellum.

Νικάνδρου.

Ζεῦ πάτερ, ὀθρυάδα.) Loquitur de Othryade, qui cæteris peremptis superstes esse noluit, nec redire in patriã: sed seipsum iugulauit, quærens ex Ioue, quẽ aliũ potiorem uirum uiderit. Sed de hac historia iam nimiũ multa.

Θεοδωρίδου.

Τόλμα καὶ εἰς ἀίδαν.) In Dorotheũ Zosandri filium, qui Phthiotis seruitutis iugũ propulsans interfectus est. Audacia, inquit, & in infernum, et in cœlum uirum fert. Quæ etiam Zosandri filiũ rogum fecit ascendere, id est, peremit Dorotheum: siquidẽ Phthiæ patriæ suæ liberũ diẽ, id est, libertatẽ mittẽs, ἐῤῥαίσθη, cõtusus est quasi malleo, id est, interfectus

interfectus est, in medio σηκῶν, stabulorũ & caprorum.

ΕΙΣ ΑΝΔΡΑΣ ΟΥΚ ΕΠΙ-
ΣΗΜΟΥΣ 6.

Διοσκορίδου.

Ἐμπορίης λήξαντα.) Sequentia epigrammata scri pta sunt in uiros non insignes, quorum nomina & patriæ uix sciuntur: ideo non multa dici de eis possunt. Dabit itaq; candidus lector nobis ueniam, si in tanta obscuritate & uetustate non omnia ad amußim declarauerimus, præsertim omnibus propemodum adiumentis destituti. Primum itaq; epigramma est in Philocritum, qui abdicata mercatura ad agriculturam se contulerat: cui poëta condolet, quòd eius sepulchrũ fluctibus Nili sit opertum, quodq; uiuus mare effugerit, fato tamen functus naufragi tumulũ miser sit cõsequutus. μέμφις, ciuitas Aegypti, quam hodie quidam Alkeiram esse contendunt, quondam sedes regia Sultani. Cætera sunt satis plana.

Ἀδήλου.

Οὐ μὰ τὸν οὐδὲ λύκωνα.) In claudum, qui ex dolore pedum mortuus est. Hoc epigramma ad secundũ librum potius pertinet: nam scomma & ludibrium redolet, nihil commiserationis præ se ferens. οὐ μὰ τὸν, Non per: Dei nomen, per quem iurare uoluit, non pronunciat, quia eum uidetur iurare, qui summus est, & ineffabilis. ποδαλγής, dolore pedum laborãs. Demiratur eum una nocte alienis etiam pedibus ingredientem, tam prolixam ad inferos uiam confecisse.

Ἀδήλου.

Ὁ τὸν πολυσίνακτον.) Iambi in Philistionem poëtam comicũ, qui tempore Socratis immodico risu præfocatus, mortuus

mortuus est. Reliquit præter comœdias editas librum inscri tum φιλογέλω, quo humanam uitam iucundis salibus et facetijs aspersit & temperauit, quibus & se & suos sola batur, sicut hoc epigramma testatur, quod & à Suida cita tur. fuit autem patria Nicaënsis. Qui gemebundam homi num uitam risu temperaui, Nicaënsis Philistion, hic iaceo, reliquiæ totius uitæ. Sæpe mortuus, scilicet infirmitate. nam frequenter infirmabatur. sic autem nunquam, scilicet ut nūc mortuus iaceo.

Αδέσποτον.

Αὐτῷ καὶ τεκέεσσι.) Sepulchrum uacuum loquitur, quod Androtion sibi ipse, & liberis et uxori ædificauerat. εἰ δ' ἄρα καὶ δεῖ, quod si oportet, suscipiā in me prio res ætate, priores in ingrediendo.

Αδηλον.

Οὔνομά μοι, τί δὲ τοῦτο.) Epicureus quispiam huic mortuo respondet, cuius nec nomē, nec patriam, nec genus, nec uitam, nec quod hic sit tumulatus scire sustinet, quærēs postremū, quis nam ille sit, aut cui hæc dicat. Putant enim Epicurei ad mortuos nihil pertinere, quicquid officij tan dem circa sepulturam eis exhibeatur. Nomen mihi (inquit mortuus) quid autem hoc? respondet Epicureus: patria au tem mihi, ad quid autem hoc? Inclyti sum generis: siquidem obscurissimi. id est, quid tum? etiam si esses obscurissimo ge nere natus, tanti enim referret. Quum uixerim gloriose, re liqui uitam. fortasse etiam ingloriè. Iaceo autem hic nunc. Quis, cui hæc dicis? Hominis Epicurei, sicut dixi, & mi santhropi sunt hæ responsiones, & quem humani casus pa rum tangunt.

Ἀδήλου.

Θάψεν ὁ με κτείνας.) Sequuntur octo epigrămata, de quodam qui interēptus fuit, & à suo interfectore sepultus, ut facinus lateret. Loquitur autē in omnibus mortuus, precans ut ipse latro talem sepulturam consequatur. Primi autem distichi hic est sensus,

Condidit hic latro me celata cæde, sepulchro
Me donans, grates auferat ipse pares.

Quid si hic legendum sit, κρύπτων φόνον.

Secundi,

Occisum sepelis: celare hoc, non sepelire est:
Contingant latro talia busta tibi.

Tertij,

Quamuis me condas, quasi nemo uiderit usquam:
Lumina iustitiæ cuncta nefanda uident.

Quarti,

Occidis, dextra condis me deinde sepulchro,
Qua me occidisti: uindicet hæc Nemesis.

Quinti,

Me exanimem miti si pectore motus humasses,
Præmia cepisses pro pietate deūm.
Nunc quum me tumulo condas iugulator operto,
Talia latro feras, qualia latro facis.

In huius carminis ultimo uersu est iucunda prosonomasia in μετέχοις & παρέχεις, quæ latina lingua reddi non potest.

Sexti,

Occiso manibus tumulum facis: haud ut humes me,
Verùm ut me abscondas, hoc patiare quoq;.

Σιμωνίδου.

Οἱ μὲν ἐμὲ κτείναντες.) Hoc Simonidæ de alio quopiā à latro/

à latronibus iugulato loqui uidetur, & fortasse de eo cuius cadauer in littore inuentũ sepulturæ mandauit. Ac deinceps ab eodem inter quietem admonitus, ne proximo die nauigationi se committeret, in terra remansit. Cæteri qui soluerãt, procellis & fluctibus ipso uidente absorpti sunt. Qua de re & hoc eius distichon in scholijs Aristidis repperi, quod et adscribere libuit. Siquidem ipse quoq; Valerius ait, Simonidem huius beneficij memorem, elegantißimo carmine hoc factum æternitati consecrasse. Cæterum distichon de quo loquor, hoc est:

οὗτος ὁ κείου σιμωνίδεω ἐστὶ σαωτὴρ,
ὃς καὶ τεθνηὼς ζῶντι πάρεσχε χάριν.

Ἰουλιανοῦ.

Οὔ ποτ᾽ ἐμὲ κρύψεις.) Eiusdem est cum superioribus & sensus & argumenti. ὅσσον κρύψαι, eò usq; ut celes. ἀντὶ φόνου τάφον.) Et hæc iucunda uocum collusio.

Ἀπολλωνίδου.

Κάτθανε ἡλιόδωρος.) In Heliodorum, quem post trimestre spacium (quod ὥρη significat) etiã uxor Diogenea fato sequuta est. ἐπὶ πλακὶ τυμβεύονται, in planicie tumulantur.

Σαραπίωνος.

Τοῦτ᾽ ὀστεῦν φωτός.) De osse in littore reperto, quo monemur, ut rerum fluxarum & caducarum fallaci spe præcisa, in hanc spem in quam soluendi sumus, nempe in os simile intueamur. Neq; hoc epigramma pro epitaphio habendum est, sed ad primum librũ transferendũ. ἰχθυβόλος, piscator. Nuncia (inquit) mortalibus, quòd properantes ad alias spes, in talem spem soluamur, id est efficimur os.

Νοσσίδος.

Καὶ κατωυρὸν γελάσας.)Epitaphium Rhintonis poëtæ comici & tragici, figulo patre nati, quem Tarentinum fuisse Suidas perhibet, Noßis autē Syracusanum. uixit tempore primi Ptolomæi. reliquit fabulas comicas & tragicas ultra triginta. Cæterum non requirit à prætereuntibus, ut plerique, lachrymas, sed ut hilariter ridentes prætereant, ipsum alloquendo. Musarum (inquit) quædam parua cantilena, scilicet fuit mea. Sed ex corymbis tragicis peculiarem hederam, id est coronam hederaceam decerpsimus, floruimus præcipuè cothurno et scripto tragico. κάλυξ, propriè significat baccā rosæ, id est rosam quæ operta est, et nō dum emersit. & habet in obliquis secundā ferè breuē. Itaque huic loco neque quoad sensum, neque rationē syllabæ quadrare uidetur. quæ enim est cōparatio rosæ ad hederam? itaque uide lector, quæ huius loci genuina sit lectio.

Μελεάγρου.

Νᾶσος ἐμὰ θρέπτειρα Τύρος.)Hoc epitaphium Meleager ipse sibi iam senio confectus scripsit, quo & totam uitam suā cum genere, patria, & parentibus explicat. Insula (inquit) mea nutrix Tyrus (quā tamen Alexander postea continenti coniunxit) patria autem gignit Atthis, quæ habitatur in Aßyrijs Gadaris. Notabis secundū Stephanū, Gadara ciuitatē esse cauæ Syriæ, quæ & Antiochia & Seleucia dicta est. Inde fuit natus Menippus ille Phœnix philosophus, qui quidem dignū memoria in uita sua geßit nihil, nisi quod ipsius libros multo risu refertos fuisse perhibet Laërtius. Vnde & σπουδογέλοιος dictus est. Quē se sequentibus uersiculis Meleager imitatū esse dicit, id quod et Laërtius confirmat. εὐκράτεω ἔβλαστον, germinaui, id est

natus

natus sum ex Eucrate ego Meleager, qui cum Musis, id est ut poëta, cursitaui primū, id est in iuuenta, cū Gratijs Menippeis: hoc est, perinde ut Menippus risui, & salibus, & festiuitati studui. Scribendum autem est in quarto carmine μενιππείαις, & non ut quidam codices habent μὴ ἱππείαις. εἰ δὲ σύρος.) Excusatio ignobilitatis patriæ. Quod si Syrus, inquit, sum, quid tum postea? Vnam ô hospes patriā inhabitamus, nempe mundum: unum chaos omnes mortales peperit. πουλυετής, annosus autem hæc scripsi, sed erraui in pugillaribus ante tumulū, id est mortem. Senectus enim mihi uicina est, & prope mortem. Sed me loquacem & seniculum tu si alloquutus fueris, χαίρειν, salue, aut gaude, ad senectutem & tu peruenias loquacem.

Διοτίμου.

Ελπίδες ἀνθρώπων ἐλαφραὶ θεαί.) In Lesbum citharœdum, quem spes bonorum consequendorum fefellit, morte præuentum. Nisi spes deæ essent (inquit) leuitatis plenæ, non sic mors abstulisset Lesbum. Qui quondam μετ' ἑρώτων, id est gratiosus sequutus est regem (non explicat quem) sine tamen effectu. proinde iubet ualere spes, deas leuißimas. Tibias iam mutas esse dicit, καὶ ἀπευθέες, & inaudibiles, id est audiri non posse: & Acheronta nec chorum, nec odas morari. Vltimum locū sic emendatius lege, οἵ σ' ἐνέπουσι, κεῖσθ' ἐπεὶ οὔτ' ᾠδὰς οὐ χόρον οἶδ' ἀχέρων. Quæ tibiæ dicunt te iacere, mortuum esse, quoniā neq; odas, neq; chorum nouit Acheron. Nam ἐγὼς quid hic facere poßit, non uideo.

Λεωνίδου.

Τί στοχασώμεθα.) In Pisistratum, in cuius tumulo sculptus erat astragulus unico numero, qui dicitur χῖος, latinis

talus: de cuius ludo Erasmus elegantem & doctum reliquit Dialogũ, & item ante eum Nicolaus Leonicus. Quærit ergo poëta, quid sibi uelit insculptus sepulchro astragalus? num ludo talari sit delectatus, num patria Chios, num uino Chio extinctus occubuerit: quod sibi uidetur ueri simillimum. Quid conijciamus de te (inquit) ô Pisistrate, Chium uidentes sculptum super sepulchrum iacentem astragalum? Nunquid quod Chius, scilicet fueris? Verisimile uidetur. nunquid quod lusor extiteris? non admodum ô bone: πλειστοβόλος, felix iactor, qui plures seniones quàm canes, aut Veneris iactum iecerit. ἢ τὰ μὴ, an ista quidem neq; propè, ἐν ἀκρήτῳ, in uino Chio mero extinctus es. Sanè, uideor, rem attigimus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μνήμης εὐβούλοιο.) Libãdum esse memoriæ consultæ & castæ, id est temperatæ & sobriæ: & cogitandum cõmunem esse portũ orci, id est mortis, ad quẽ omnes cogamur appellere. Quanquam nec hic sensus improbari poßit: Prudenter & modestè bibamus, omnibus est enim moriendum.

Ἀλεξάνδρου.

Ἀνθρώπου οὐ κρολσου.) In sepulchrũ hominis inopis & egeni. χερνήτεω, pauperis, & manu uictum quæritantis.

Καλλιμάχου.

Κυζικοῦ ἢν ἔλθῃς.) Tumulus loquitur. κύζικος, ciuitas est Propontidis, sita in Cherroneso, nomen habens à conditore, qui fuit tempore Iasonis proficiscentis cũ Argonautis in Colchos. Eò, inquit, quũ ueneris, modicus labor est inuenire Ippacum & Didymen. neq; enim obscurum est ipsorum genus. Ac ipsis molestum quidem uerbum dices. attamen dic hoc, quod ipsorum filium Critiam teneo.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τȣ͂ αὐτȣ͂.

Η ῥ ὑπὸ σοὶ χαρίδας.) Quærit ex tumulo, num Charidas sub se quiescat. Respondet tumulus: Si Arimnæ Cyrenæi filium dicis, ὑπ᾽ ἐμοὶ, sub me, scilicet quiescit. Deinde quærit ex Charida, τί τὰ νέρθε; quid sunt quæ infrà sunt? Respondet, πολὺ σκότος. Consequenter quærit, ascensus autem nunquid? nugæ. Pluto autē quid? fabula. Perijmus, scilicet cum corpore & anima. Hic meus sermo uerus est uobis. At si dulcem & gratum uultis πελλαίου, Alexandri bos magnus, id est bucephalus, descendit ad inferos. Vel potius πελλαίου, Philippi, qui in Pella ignobili Macedoniæ oppido natus est, magnus bos, Alexander ipse, mortuus est. Ad huius epitaphij imitationē, nisi fallor, iunior Philippus Beroaldus non dissimile epigramma edidit. Nam & eum ab Epicuri institutis non ualde abhorruisse perhibent. Est autem tale:

Codre quid est infrà? tenebræ. num scansio ad astra est?
Nulla. quid est Pluto? fabula uana hominum.
Quæ natura animæ? quæ corporis. illa perinde
Interit ut corpus, nec magis illa uiget.
Proinde tibi indulge, dum uiuis: dum licet uti,
Vtere delicijs: omnia mors adimit.

Δαμαγήτου.

Πρὸς διὸς ξένιον.) Precantur Menis & Polynicos, ut patri Charino in Thebis Aeolicis habitanti, ipsorum significetur interitus: quē non ita deflendū putant, quanquā à seruis seu mercenarijs (nam pro θνατῶν mihi omnino legendū uidetur θητῶν) per fraudē sint interempti, quàm parentis senectutē iā in orbitate constitutā, &c. Porrò pro πρὸς διὸς, legendū πρὸς ζηνὸς: nā esset trocheus in primo loco.

Stephanus nouem Thebas enumerat, inter quas tamen non uideo Aeolicam: proinde plures fuisse cōstat. ὀλωλότε, *dualis est numeri, perijsse, seu perditus esse.*

Λεωνίδου.

Τίς δαίμων ἀργεῖος ἐπ' ἠρίῳ;) *Cuidā sepulchro inscriptum erat* ἠρίον ἀργείου, *id est monumentū seu sepulchrum Argiui. Itaq; Leonides conspecto hoc titulo, quū nō posset conijcere quis esset, nec ex quoquā homine id inuestigare, quærit ab Echone quis sit, dicēs: ô dea quis est ille Argiuus super sepulchrum? nunquid frater est Dicæotelis? Respondet Echo: Est Dicæotelis. Echo hoc dixit ultimum. num hoc est uerum, ille hic est uir? ille hic est uir. Sequens distichon in Satyrum Tyrium, Sydone sepultum, planum est.*

Πλάτωνος.

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς ἀστὴρ ἐμός.) *Hoc Platonis epigrāma est in Asterem discipulū ipsius, patria Amphipolitanū, uehementer ab eo (honestè tamen) adamatū. Hunc aiunt Philippo Macedone Olynthum obsidente & oppugnante, telū aduersus Philippū his uerbis inscriptum misisse: Aster mittit hoc telū Philippo. quo excepto, & lecto, Philippus eidē remisit aliud his uerbis: Philippus Asterem suspendet patibulo. Est autem hoc epigramma magno affectu pronunciandum, & alludit ad nomen eius. Versionem habes apud Diogenem in uita Platonis.*

Ἀδέσποτον, οἱ δὲ Νέρωνος.

Ἐμοῦ θανόντος.) *Suetonius in uita Claudij Neronis refert, quodā in cōmuni sermone dicēte,* ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί, *me mortuo terra misceatur incendio: subiecisse Neronē, imò* ἐμοῦ ζῶντος. *Vtraq; uox scelerata & detestabilis, & furiæ potius q̄ hominis. Hanc etiam Cicero*

ut inhumanam

ut inhumanam & nefandam libro tertio de Finibus impro bat. Versiculus hic uidetur esse Euripidis: super quo plura uide in Chiliadibus Erasmi. non est autem habendus pro epitaphio, sed ad primum librum referendus.

Ἀδήλου.

Πάντα χερῶν ἄπληστε.) In Attalum iuuenem, alloqui tur Charontem.

Παλλαδᾶ.

Οὐκ ἀπεδήμησας.) In Gesium medicum (de quo etiã suprà libro secundo) qui opum & honoris cupidus acces sit Bizantium ad Zenonem imperatorem, spe lucri faciẽdi: sed morte praeuentus, uoti compos fieri non potuit. Non pè regre profectus es honoris gratia, sed finis, id est mortis: & quanquam claudus existens cucurristi in orcũ, ô Gessie, pedibus rotabilior. ex foelicitate enim, seu accessione opum & honoris, quam uoluebas in animo, uita priuatus es. Nota iucundam uocum allusionem, ἐκ προκοπῆς ἐξέκοπης βιότου.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γέσιος οὐ τέθνηκεν.) In eundem Gesium, quòd ipse sua properantia parcam praeuenerit.

Ἀδήλου.

Γαῖα φίλη, τὸν πρέσβυν.) In laboriosum agricolã Amyntichũ, quẽ ut terra benigne suscipiat precatur, cõmendans eius priorem sedulitatem plantandi, irrigandi, & terrae colendae. Δηοῦς, Et Cerere repleuit, scilicet te ô terra, & aqua sulcos ducens, id est per sulcos aquam ducens θῆκε, fecit, scilicet te εὐλάχανον, olerum feracem. ὀπωροφόρον, fructuum feracem, uel pomorum. ἀνθοκόμει, germina, uel profer.

Αδήλου ποτου.

Πόλιτ7α, τλῆθι πένθος.) *Alloquitur Polittam matrem filius hortans, & admonens, ne ipsius mortem immo dico dolore defleat, partim ideo quod & aliæ matres natos morientes uiderint, partim quod omnibus semel morte sit defungendum. Sunt iambici senarij, quorum media duo carmina debiliora sunt, prima & ultima optima, ad rationem Homericæ aciei conscripta & instructa.*

Αργενταρίου.

Ψύλλος ὁ τὰς ποθινὰς.) *Alloquitur poëta uiatores de Psyllo lenone, qui meretrices meritorias ad adolescentulorum conuiuia ultrò mittebat pro precio. Cuius sepulchrum inectione lapidum minime uiolandum existimat, non quod lucrum captarit, sed quod iuuenes mœchari non docuerit. Græci meretrices longe honestiori uocabulo uocant quàm latini, nempe ἑταίρας, socias. ἐπιμισθίδας, meritorias, mercedem accipientes. ἁπαλόφρονας, teneras. αἰσχρὸν μισθὸν, quippe lenonium. σῆμα λέλογχε νέκυς, sepulchrum sortitus est mortuus: id est, iam rem sacram est consequutus, non amplius prophanus & impius habendus est, quia sepultus. Et ob hanc causam sepulchrum Psylli censet non esse probrose afficiendum. Hinc Polydorus apud Euripidem, et Palinurus apud Virgilium rogant, alter matrem, alter Aeneam, ut sepeliantur, ut liceat tranare Stygiam paludem, & compositis oßibus quiescere, ne prophani inter inferos obambulare cogantur.*

Θεαιτήτου.

Χείμα7ος οἰνωθέντα.) *De Antagoræ familia, quæ hyberno tempore uino somnoq́; sepulta, uniuersa incēdio conflagrauit.*

flagrauit. fuisse autem liberos cum seruis numero octogin/ta, declarat hoc epitaphium. quorum ossa, quia affines dino scere inter se non poterant, mixtim & confuse sepelierunt. οἰνωθέντα, *inebriatam.* πῦρ ὑποσδμάμενον, *ignis, à quo depasti sunt*. Participium indefiniti med. à νέμομαι. προσηκόντες, *affines.* κάλπις, *urna.*

Ἀδήλου.

Τὴν στοργὴν τὴν ἑστοργῆς.) Epitaphium Maximi, *qui ui/uus sepulchrum sibi & uxori suæ parauit, ut* τὴν στοργὴν, *id est charitatem & affectum coniugalem erga suam uxorem etiam mortuus conseruaret & retineret.*

Ἀδήλου.

Νηλειὲς ὦ δαῖμον.) Elegia est, *qua puer* Politta *(de qui bus paulo suprà diximus) mortem suam immaturã deflet, tum quod suo interitu parentes in grauem luctum coniece/rit, tum quod nullum uitæ suæ fructum perceperit, cui gra tißimum fuisset* ἐμπρέπειν μύθοις, *arte oratoria in foro excellere: uerum hoc & alia, ob uitæ breuitatem sibi non contigisse, &c.* Est *enim carmen apertum, et planum.*

Σιμωνίδου.

Πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ πιών.) Timocreon *patria* Rhodius, *ueteris comœdiæ poëta, simultatẽ exercebat cũ Simonide poëta lyrico, et* Themistocle Atheniensi, *in quos etiam (ut* Aristophanes *in* Socratem*) conscripsit comœ/diam, alijsq; maledicis carminibus traduxit.* In *hunc itaq; Simonides iam fato functum, ut epulonem & mordacem, hoc epigramma edidit:*

Multa uorans, & multa bibens, et plurima in omnes
Probra uomens, iaceo Timocreon Rhodius.

Ἀδήλου.

cum tot Inachidis (Inachidæ dicuntur Argiui, à rege Inachо) colla non uertentes: ubi pedis uestigia primum adaptauimus, id est fiximus, ibi & uitam reliquimus. Porrò Othryadæ arma operta mascula cæde, declarant ô Iupiter Thyream esse Lacedæmoniorum. Si quis autem Argiuorum mortem effugit (sicut Herodotus duos superstites fuisse perhibet) fuit ab Adrasto, id est fugitiuus, quemadmodum ille apud Thebas quoq; optimis quibusq; amißis, cum reliquis copijs turpiter aufugit. σπάρτᾳ δ᾽ οὐ τὸ θανεῖν, *&c. Sed enim Spartæ, id est Spartiatis, non mori mors est, sed fugere. Verba uirorum fortium, quibus decretum est aut uincere, aut mori.*

Χαιρήμονος.

Τοῖς ἀργείοις ἴσαι χέρες.) *In eosdem. Loquuntur Lacedæmonij, sicut in superiori. Cæterum primi uersiculi defectum sic comple,* τοῖς ἀργείοις χ᾽ ἁμῖν ἴσαι χέρες, *Argiuis & nobis æquales manus, id est totidem.* ἀπρο φάσιςα, *sine ullo prætextu.* οἰωνοῖς, *uulturibus mortem nuncium reliquimus, id est mutua occidione occisi sumus.*

Σιμωνίδου.

Εὐθυμάχων ἀνδρῶν.) *In Tegeatas, qui contra uim Lacedæmoniorum defenderunt patriam, de quibus etiam suprà.* εὐθυμάχων, *rectà in faciem pugnantium.* εὔμηλον, *pecorosam, seu ouibus abundantem.*

Ανύτης.

Μνᾶμα τόδ᾽ ε φθιμένȣ.) *Sensus est: Sepulchrum hoc mortui Menedaij* εἵσατο, *statuit, fecit, erexit Damis equo, postquam pectus huius cruentus mars percußit. niger au/*

ger autem sanguis ταλαυρίνου, dura pelle munitũ, per corpus bulliendo effusus est, seu ebulliuit, &c.

Σιμωνίδου.

Δίφρυος ἐδμήθημεν.) In Athenienses, qui in Euboea perierunt, in angustijs montis Diphryi, quorum mẽtionem facit Aeschines contra Ctesiphontem. ἐδμήθημεν, domiti, uicti sumus. ὑπὸ πτυχὶ, sub plicatura, id est, in ualle Diphryi mõtis, ubi colebatur Iuno nomen habẽs à mõte. Sepulchrum autem super nos prope Euripum fusum est publice (id est, plebiscito prope fauces Euripi) non immerito. Siquidem amabilem iuuentutem perdidimus, cum suscepissemus asperam nubem belli.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εὐκλέας αἶα κέκευθε.) Leonidem & suos Simonides alloquitur. Inclytos terra tegit ô Leonida, qui tecum hic mortui sunt Spartae spaciosae rex, plurimorũ telorumq; et uelocipedum gemitum equorum, Medorumq; uirorum cum suscepissent bellum.

Νικάνδρου.

Ζεῦ πάτερ, ὀθρυάδα.) Loquitur de Othryade, qui caeteris peremptis superstes esse noluit, nec redire in patriã: sed seipsum iugulauit, quaerens ex Ioue, quẽ aliũ potiorem uirum uiderit. Sed de hac historia iam nimiũ multa.

Θεοδωρίδου.

Τόλμα καὶ ἐς ἀΐδαν.) In Dorotheũ Zosandri filium, qui Phthiotis seruitutis iugũ propulsans interfectus est. Audacia, inquit, & in infernum, et in coelum uirum fert. Quae etiam Zosandri filiũ rogum fecit ascendere, id est, peremit Dorotheum: siquidẽ Phthiae patriae suae liberũ diẽ, id est, libertatẽ mittẽs, ἐρράισθη, cõtusus est quasi malleo, id est, interfectus

interfectus est, in medio σηκῶν, stabulorũ & caprorum.

ΕΙΣ ΑΝΔΡΑΣ ΟΥΚ ΕΠΙ-
ΣΗΜΟΥΣ 6.

Διοσκορίδου.

Εμπορίης λήξαντα.) Sequentia epigrammata scripta sunt in uiros non insignes, quorum nomina & patriæ uix sciuntur: ideo non multa dici de eis possunt. Dabit itaq; candidus lector nobis ueniam, si in tanta obscuritate & uetustate non omnia ad amussim declarauerimus, præsertim omnibus propemodum adiumentis destituti. Primum itaq; epigramma est in Philocritum, qui abdicata mercatura ad agriculturam se contulerat: cui poëta condolet, quòd eius sepulchrũ fluctibus Nili sit opertum, quodq; uiuus mare effugerit, fato tamen functus naufragi tumulũ miser sit cõsequutus. μέμφις, ciuitas Aegypti, quam hodie quidam Alkeiram esse contendunt, quondam sedes regia Sultani. Cætera sunt satis plana.

Αδηλον.

Οὐ μὰ τὸν οὐδὲ λύκωνα.) In claudum, qui ex dolore pedum mortuus est. Hoc epigramma ad secundũ librum potius pertinet: nam scomma & ludibrium redolet, nihil commiserationis præ se ferens. οὐ μὰ τὸν, Non per: Dei nomen, per quem iurare uoluit, non pronunciat, quia eum uidetur iurare, qui summus est, & ineffabilis. ποδαλγὴς, dolore pedum laborãs. Demiratur eum una nocte alienis etiam pedibus ingredientem, tam prolixam ad inferos uiam confecisse.

Αδηλον.

Ο τὸν πολυσίνακτον.) Iambi in Philistionem poëtam comicũ, qui tempore Socratis immodico risu præfocatus,

mortuus est. Reliquit præter comœdias editas librum inscriptum φιλογέλων, quo humanam uitam iucundis salibus et facetijs aspersit & temperauit, quibus & se & suos solabatur, sicut hoc epigramma testatur, quod & à Suida citatur. fuit autem patria Nicaënsis. Qui gemebundam hominum uitam risu temperaui, Nicaënsis Philistion, hic iaceo, reliquiæ totius uitæ. Sæpe mortuus, scilicet infirmitate. nam frequenter infirmabatur. sic autem nunquam, scilicet ut nunc mortuus iaceo.

Αδέσποτον.

Αὐτῷ καὶ τεκέεσσι.) *Sepulchrum uacuum loquitur, quod Androtion sibi ipse, & liberis et uxori ædificauerat,* εἰ δ᾽ ἄρα καὶ δεῖ, *quod si oportet, suscipiā in me priores ætate, priores in ingrediendo.*

Αδηλον.

Οὔνομά μοι, τί δὲ τοῦτο.) *Epicureus quispiam huic mortuo respondet, cuius nec nomē, nec patriam, nec genus, nec uitam, nec quod hic sit tumulatus scire sustinet, quærēs postremū, quis nam ille sit, aut cui hæc dicat. Putant enim Epicurei ad mortuos nihil pertinere, quicquid officij tandem circa sepulturam eis exhibeatur. Nomen mihi (inquit mortuus) quid autem hoc? respondet Epicureus: patria autem mihi, ad quid autem hoc? Inclyti sum generis: siquidem obscurißimi. id est, quid tum? etiam si esses obscurißimo genere natus, tanti enim referret. Quum uixerim gloriose, reliqui uitam. fortasse etiam ingloriè. Iaceo autem hic nunc. Quis, cui hæc dicis? Hominis Epicurei, sicut dixi, & misanthropi sunt hæ responsiones, & quem humani casus parum tangunt.*

Ἀδήλου.

Θάψεν ὅ με κτείνας.) Sequuntur octo epigrāmata, de quodam qui interēptus fuit, & à suo interfectore sepultus, ut facinus lateret. Loquitur autē in omnibus mortuus, precans ut ipse latro talem sepulturam consequatur. Primi autem distichi hic est sensus,

Quid illic legendum sit, κρύπτων φόνον.

Condidit hic latro me celata cæde, sepulchro
Me donans, grates auferat ipse pares.

Secundi,

Occisum sepelis: celare hoc, non sepelire est:
Contingant latro talia busta tibi.

Tertij,

Quamuis me condas, quasi nemo uiderit usquam:
Lumina iustitiæ cuncta nefanda uident.

Quarti,

Occidis, dextra condis me deinde sepulchro,
Qua me occidisti: uindicet hæc Nemesis.

Quinti,

Me exanimem miti si pectore motus humasses,
Præmia cepisses pro pietate deûm.
Nunc quum me tumulo condas iugulator operto,
Talia latro feras, qualia latro facis.

In huius carminis ultimo uersu est iucunda prosonomasia in μετέχοις & παρέχεις, quæ latina lingua reddi non potest.

Sexti,

Occiso manibus tumulum facis: haud ut humes me,
Verùm ut me abscondas, hoc patiare quoq;.

Σιμωνίδου.

Οἱ μὲν ἐμὲ κτείναντες.) Hoc Simonidæ de alio quopiā à latro/

à latronibus iugulato loqui uidetur, & fortasse de eo cuius cadauer in littore inuentũ sepulturæ mandauit. Ac deinceps ab eodem inter quietem admonitus, ne proximo die nauiga tioni se committeret, in terra remansit. Cæteri qui soluerãt, procellis & fluctibus ipso uidente absorpti sunt. Qua de re & hoc eius distichon in scholijs Aristidis repperi, quod et adscribere libuit. Siquidem ipse quoq; Valerius ait, Simoni dem huius beneficij memorem, elegantißimo carmine hoc factum æternitati consecrasse. Cæterum distichon de quo lo quor, hoc est:

οὗτος ὁ κείου σιμωνίδεω ἐστὶ σαωτὴρ,
ὃς καὶ τεθνηὼς ζῶντι παρέσχε χάριν.

Ιουλιανοῦ.

Οὔ ποτ' ἐμὲ κρύψεις.) Eiusdem est cum superioribus & sensus & argumenti. ὅσομ κρύψαι, eò usq; ut celes. ἀντὶ φόνου τάφομ.) Et hæc iucunda uocum collusio.

Ἀπολλωνίδου.

Κάτθανε ἡλιόδωρος.) In Heliodorum, quem post tri/ mestre spacium (quod ὥρη significat) etiã uxor Diogenea fato sequuta est. ἐπὶ πλακὶ τυμβεύονται, in planicie tumulantur.

Σαραπίωνος.

Τοῦτ' ὀστοῦμ φωτός.) De osse in littore reperto, quo mo nemur, ut rerum fluxarum & caducarum fallaci spe præ/ cisa, in hanc spem in quam soluendi simus, nempe in os simi le intueamur. Neq; hoc epigramma pro epitaphio haben/ dum est, sed ad primum librũ transferendũ. ἰχθυβόλος, piscator. Nuncia (inquit) mortalibus, quòd properantes ad alias spes, in talem spem soluamur, id est efficimur os.

natus sum ex Eucrate ego Meleager, qui cum Musis, id est ut poëta, cursitaui primū, id est in iuuenta, cū Gratijs Menippeis: hoc est, perinde ut Menippus risui, & salibus, & festiuitati studui. Scribendum autem est in quarto carmine μενιππείαις, & non ut quidam codices habent μ̃ ἱππείαις. εἰ δ᾽ ἐσύρος.) Excusatio ignobilitatis patriæ. Quod si Syrus, inquit, sum, quid tum postea? Vnam ô hospes patriā inhabitamus, nempe mundum: unum chaos omnes mortales peperit. πουλυετής, annosus autem hæc scripsi, sed erraui in pugillaribus ante tumulū, id est mortem. Senectus enim mihi uicina est, & prope mortem. Sed me loquacem & seniculum tu si alloquutus fueris, χαίρειν, salue, aut gaude, ad senectutem & tu peruenias loquacem.

Διοτίμου.

Ἐλπίδες ἀνθρώπων ἐλαφραὶ θεαί.) In Lesbum citharœdum, quem spes bonorum consequendorum fefellit, morte præuentum. Nisi spes deæ essent (inquit) leuitatis plenæ, non sic mors abstulisset Lesbum. Qui quondam μετ᾽ ἐρώτων, id est gratiosus sequutus est regem (non explicat quem) sine tamen effectu. proinde iubet ualere spes, deas leuissimas. Tibias iam mutas esse dicit, καὶ ἀπευθέας, & inaudibiles, id est audiri non posse: & Acheronta nec chorum, nec odas morari. Vltimum locū sic emendatius lege, οἱ σ᾽ ἐνέπουσι, κεῖσθ᾽ ἐπεὶ οὐτ᾽ ᾠδὰς οὐ χορὸν οἶδ᾽ ἀχέρων. Quæ tibiæ dicunt te iacere, mortuum esse, quoniā neq; odas, neq; chorum nouit Acheron. Nam ἱερὸς quid hic facere posit, non uideo.

Λεωνίδου.

Τί σοχασώμεθα.) In Pisistratum, in cuius tumulo sculptus erat astragulus unico numero, qui dicitur χῖος, latinis

talus: de cuius ludo Erasmus elegantem & doctum reliquit Dialogũ, & item ante eum Nicolaus Leonicus. Quærit ergo poëta, quid sibi uelit insculptus sepulchro astragalus? num ludo talari sit delectatus, num patria Chios, num uino Chio extinctus occubuerit: quod sibi uidetur ueri simillimum. Quid conijciamus de te (inquit) ô Pisistrate, Chium uidentes sculptum super sepulchrum iacentem astragalum? Nunquid quod Chius, scilicet fueris? Verisimile uidetur. nunquid quod lusor extiteris? non admodum ô bone; πλειστοβόλος, felix iactor, qui plures seniones quàm canes, aut Veneris iactum iecerit. ἢ τὰ μὴ, an ista quidem neq; propè, ἐν ἀκρήτῳ, in uino Chio mero extinctus es. Sanè, uideor, rem attigimus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μνήμης εὐβούλοιο.) Libãdum esse memoriæ consultæ & castæ, id est temperatæ & sobriæ: & cogitandum cõmunem esse portũ orci, id est mortis, ad quẽ omnes cogamur appellere. Quanquam nec hic sensus improbari poßit: Prudenter & modestè bibamus, omnibus est enim moriendum.

Ἀλεξάνδρου.

Ἀνθρώπου οὐ κροίσου.) In sepulchrũ hominis inopis & egeni. χερνήτεω, pauperis, & manu uictum quæritantis.

Καλλιμάχου.

Κύζικον ἢν ἔλθῃς.) Tumulus loquitur. κύζικος, ciuitas est Propontidis, sita in Cherroneso, nomen habens à conditore, qui fuit tempore Iasonis proficiscentis cũ Argonautis in Colchos. Eò, inquit, quũ ueneris, modicus labor est inuenire Ippacum & Didymen. neq; enim obscurum est ipsorum genus. Ac ipsis molestum quidem uerbum dices. attamen dic hoc, quod ipsorum filium Critiam teneo.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τῦ αὐτῦ.

Ἠ ῥ᾽ ὑπὸ σοὶ χαρίδας.) Quærit ex tumulo, num Charidas sub se quiescat. Respondet tumulus: Si Arimnæ Cyrenæi filium dicis, ὑπ᾽ ἐμοὶ, sub me, scilicet quiescit. Deinde quærit ex Charida, τί τὰ νέρθε; quid sunt quæ infrà sunt? Respondet, πολὺ σκότος. Consequenter quærit, ascensus autem nunquid? nugæ. Pluto autẽ quid? fabula. Perijmus, scilicet cum corpore & anima. Hic meus sermo uerus est uobis. At si dulcem & gratum uultis πελλαίου, Alexandri bos magnus, id est bucephalus, descendit ad inferos. Vel potius πελλαίου, Philippi, qui in Pella ignobili Macedoniæ oppido natus est, magnus bos, Alexander ipse, mortuus est. Ad huius epitaphij imitationẽ, nisi fallor, iunior Philippus Beroaldus non dißimile epigramma edidit. Nam & eum ab Epicuri institutis non ualde abhorruisse perhibent. Est autem tale:

Codre quid est infrà? tenebræ. num scansio ad astra est?
Nulla. quid est Pluto? fabula uana hominum.
Quæ natura animæ? quæ corporis. illa perinde
Interit ut corpus, nec magis illa uiget.
Proinde tibi indulge, dum uiuis: dum licet uti,
Vtere delicijs: omnia mors adimit.

Δαμαγήτου.

Πρὸς διὸς ξενίου.) Precantur Menis & Polynicos, ut patri Charino in Thebis Aeolicis habitanti, ipsorum significetur interitus: quẽ non ita deflendũ putant, quanquã à seruis seu mercenarijs (nam pro θυητῶν mihi omnino legendũ uidetur θητῶν) per fraudẽ sint interempti, quàm parentis senectutẽ iã in orbitate constitutã, &c. Porrò pro πρὸς διὸς, legendũ πρὸς ζηνὸς: nã esset trocheus in primo loco.

ut inhumanam & nefandam libro tertio de Finibus improbat. Versiculus hic uidetur esse Euripidis: super quo plura uide in Chiliadibus Erasmi. non est autem habendus pro epitaphio, sed ad primum librum referendus.

Ἀδήλου.

Πάντα χέδρων ἀπώλεσε.) *In Attalum iuuenem, alloquitur Charontem.*

Παλλαδᾶ.

Οὐκ ἀπεδήμησας.) *In Gessium medicum (de quo etiã supra libro secundo) qui opum & honoris cupidus accessit Bizantium ad Zenonem imperatorem, spe lucri faciẽdi: sed morte praeuentus, uoti compos fieri non potuit. Non peregre profectus es honoris gratia, sed finis, id est mortis: & quanquam claudus existens cucurristi in orcũ, ô Gessie, fatis rotabilior. ex foelicitate enim, seu accessione opum & honoris, quam uoluebas in animo, uita priuatus es. Nota iucundam uocum allusionem,* ἐκ προκοπῆς ἐξεκόπης βιότου.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γέσσιος οὐ τέθνηκεν.) *In eundem Gessium, quòd ipse sua properantia parcam praeuenerit.*

Ἀδήλου.

Γαῖα φίλη, τὸν πρέσβυν.) *In laboriosum agricolã Amyntichũ, quẽ ut terra benigne suscipiat precatur, cõmendans eius priorem sedulitatem plantandi, irrigandi, & terrae colendae.* δηοῦς, *Et Cerere repleuit, scilicet te ô terra, & aqua sulcos ducens, id est per sulcos aquam ducens* θῆκε, *fecit, scilicet te* εὐλάχανον, *olerum feracem.* ὀπωροφόρον, *fructuum feracem, uel pomorum.* ἀνθοκόμει, *germina, uel profer.*

Αδηλὸν ποτού.

Πόλιττα, τλῆθι πένθος.) Alloquitur Polittam matrem filius hortans, & admonens, ne ipsius mortem immodico dolore defleat, partim ideo quod & aliæ matres natos morientes uiderint, partim quod omnibus semel morte sit defungendum. Sunt iambici senarij, quorum media duo carmina debiliora sunt, prima & ultima optima, ad rationem Homericæ aciei conscripta & instructa.

Αργενταρίου.

Ψύλλος ὁ τὰς ποθινάς.) Alloquitur poëta uiatores de Psyllo lenone, qui meretrices meritorias ad adolescentulorum conuiuia ultrò mittebat pro precio. Cuius sepulchrum inectione lapidum minime uiolandum existimat, non quod lucrum captarit, sed quod iuuenes mœchari non docuerit. Græci meretrices longe honestiori uocabulo uocant quàm latini, nempe ἑταίρας, socias. ἐπιμισθίδας, meritorias, mercedem accipientes. ἁπαλόφρονας, teneras. αἰσχρὸν μισθὸν, quippe lenonium. σῆμα λελογχε νέκυς, sepulchrum sortitus est mortuus: id est, iam rem sacram est consequutus, non amplius prophanus & impius habendus est, quia sepultus. Et ob hanc causam sepulchrum Psylli censet non esse probrose afficiendum. Hinc Polydorus apud Euripidem, et Palinurus apud Virgilium rogant, alter matrem, alter Aeneam, ut sepeliantur, ut liceat tranare Stygiam paludem, & compositis oßibus quiescere, ne prophani inter inferos obambulare cogantur.

Ϲεαιτήτου.

Χείματος οἰνωθέντα.) De Antagoræ familia, quæ hyberno tempore uino somnoq; sepulta, uniuersa incēdio conflagrauit.

flagrauit. fuisse autem liberos cum seruis numero octogin/ta, declarat hoc epitaphium. quorum ossa, quia affines dino scere inter se non poterant, mixtim & confuse sepelierunt. οἰνωθέντα, inebriatum. πῦρ ὑποτυφόμενον, ignis, à quo depasti sunt. Participium indefiniti med. à τύφομαι. προσηκόντες, affines. κάλπις, urna.

Αδηλον.

Τὴν στοργὴν ἣν ἔστοργας.) Epitaphium Maximi, qui ui/uus sepulchrum sibi & uxori suæ parauit, ut τὴν στοργήν, id est charitatem & affectum coniugalem erga suam uxorem etiam mortuus conseruaret & retineret.

Αδηλον.

Νηλεὲς ὦ δαῖμον.) Elegia est, qua puer Politta (de qui bus paulo suprà diximus) mortem suam immaturã deflet, tum quod suo interitu parentes in grauem luctum coniece/rit, tum quod nullum uitæ suæ fructum perceperit, cui gra tissimum fuisset ἐμπρεπέμεν μύθοις, arte oratoria in foro excellere: uerum hoc & alia, ob uitæ breuitatem sibi non contigisse, &c. Est enim carmen apertum, et planum.

Σιμωνίδου.

Πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ πιών.) Timocreon patria Rhodius, ueteris comœdiæ poëta, simultatẽ exercebat cũ Simonide poëta lyrico, et Themistocle Atheniensi, in quos etiam (ut Aristophanes in Socratem) conscripsit comœ/diam, alijsq; maledicis carminibus traduxit. In hunc itaq; Simonides iam fato functum, ut epulonem & mordacem, hoc epigramma edidit:

Multa uorans, & multa bibens, et plurima in omnes
Probra uomens, iaceo Timocreon Rhodius.

Αδηλον.

Αδηλου.

Βαῖα φαγὼν, καὶ βαῖα πιών.) Hic quisquis fuit, superius epigramma inuertit: ut & uitæ & mortis inæqualitatem uideamus. alius interit morbo, nonnulli ferro, plures hodie crapula.

Διοδώρου.

Βάκχῳ καὶ μούσαισι.) In Menandrum comicum, poëtam præstantissimum, quem uolunt omnes numeros rhetoricos suis scriptis esse complexum. Sed hoc epigramma ad titulum εἰς ποιητὰς referendum est. Sepulchrum loquitur. O hospes, Menandrum Diopithis filium Cecropidem sub me teneo, qui curæ fuit Baccho & Musis. ideo Baccho, quod in eius festis recitabantur comœdiæ. cætera plana sunt.

Αδηλου.

Ηόνιον τόδε σῆμα βρότου.) In eum qui in mari periijt, & iuxta littus sepultus est, cuius omnia membra fluctibus disiecta esse dicit. Littorale sepulchrum, inquit, hominis ærumnosi cerne. σπαρτόν, dispersum. ψυχόμενον, quod refrigeratur, seu madescit à scopulis, qui franguntur fluctibus marinis. τῇ μὲν, hic quidem iacet. ὀστέον scribendum in nominatiuo, id est caput, & accipitur pars pro toto. ἐρημοκόμης, depilatum, seu coma denudatum. καὶ χῆρος ὀδόντων, et uiduatum dentibus. Hic autem manuum quintupliciter crescentes ungues, lateraq; σαρκολιπῆ, carnibus denudata. Plantæ autem ex alia parte carentes neruis, & coxarum soluta cōpositio. Hic ille πολυμερής, in multas partes solutus, unus quondam erat. Hei beati, scilicet sunt, quicunq; à doloribus partus, id est statim à natiuitate, solem non uiderunt.

Αδη/

Ἀδήλου.

Μυρίος ἦν ὤνθρωπε πρό τοῦ χρόνος.) Hoc epigrāma te Phidō quispiā quasi alloquitur mortuus, ut in epitaphijs fieri solet, superstites. hortaturq; ut miserā & breuē uitā, plenamq; calamitatibus seu afflictionibus, relinquere, & cōferre se in quietis ueluti portum uelit ad inferos, ut ipse fecerit, omnia sunt plana, si emendate legeris. nam me torsit mirifice aliquantisper uersus secundus. Quid enim esse posset hoc quidem loco χωλοποιός, non reperiebam. fuit autem facta hæc dictio, ut apparet, librariorum siue incuria, seu imperitia, mutata uera scriptura, χ' ὦ λοιπός. hoc enim dicitur, & infiniū fuisse tempus antequam aliquis in lucem prodierit, & futurum reliquum etiam quum ad inferos descēderit similiter infinitum. In tertio uersu, ἢ ὅσον ὅσον, uel est ὅσον, pro τόσον: uel fortasse non ὅσον, sed τόσον scribendū, aut ἴσον. postremo χειμέριον ζωὴν dixit, translatione usus undabundi maris, uitam perturbatam, & quasi tempestatibus, commotam.

Παύλου.

Δαμόχαρις μοίρης.) In Damocharim, qui fuit poëta lyricus, & insignis grammaticus, cuius mentionem Athenæus facit: cuius obitum Coum insulam nō minore dolore, quàm Hippocratis defleuisse dicit. ἠρεμέει, quiescit, tacet. ἀμφιρύτη, circūflua. Sic Homerus Vlyss. primo, νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, &c. πανταχόθεν περιῤῥεομένῃ τῶν ὑδάτων.

Κριναγόρου.

Ω δύστηνὄλβοιο φιλόστρατε.) In Philostratum, non sophistam illum, qui tempore fuit Neronis, & scripsit heroū imagines, & alia: sed eum qui uixit tempore Antonij & Ciceronis,

Ciceronis, quiq; Antonij & Cleopatræ castra ac partes sequutus, magna apud ipsos autoritate & gratia pollebat. Quibus deuictis omnia amisit, spe sua misere frustratus, ita ut denium uix tenui & testacea tumba sit reclusus. Huius itaque uicem Crinagoras condolens, sic eum alloquitur. O infœlix diuitiarum gratia Philostrate, ubi sunt illa sceptra & immensæ regum felicitates, quas scilicet es sectatus? quibusq; uitam tuā semper extulisti? Nunquid eis Nilum, Iudæis existens conspicuus montibus. Sic enim huius loci defectum recte explebis, ἢ ἐπὶ νείλῳ κεῖσαι ἰουδαίοις ὢν περίοπτος ὅροις. *Peregrini labores tuos diuiserunt, nempe Cæsariani milites. tuum autem cadauer tenui iacet in testa.*

Λεωνίδου.

Αρκεῖ μοι γαίης μικρὴ κόνις.) *Loquitur mortuus, contentus sepulchro exiguo & humili, quod sumptuosa & magnifica mortuis tantum sint onerosa, quemadmodū Lucianus de Mausoli loquitur.*

Λολλίου.

Γαῖα ταραντίνων.) *In Atymnium, qui acceptis felicibus augurijs profectus est à Thebis, quæ sunt in Apulia, Tarentum non redijt.* ἀμερίων, *diurnarū rerum mendaces sunt dij.* ὀρφανικῷ δ' ἐπὶ παιδὶ, *etc. Orphanico in filio cum reliquisset uitam.* εὔνιν, *priuationem fecit oculorum, id est filium priuauit oculis paternis.*

Κρινα γόρου.

Δείλαιοι, τι κεναῖσιν.) *In Seleucū Lesbium, & morū probitate & eloquentia clarū, sub primæuo ætatis flore raptum, & in ultimis Hispaniæ finibus in littore sepultum. O miseri, inquit, quid uanis spebus confidentes erramus,*

nocuam

nocuam sentientes uitam? Erat hic Seleucus et sermonibus & moribus per omnia perfectus, sed iuuentute modicum fruens. Vltimos inter Hispanos tā longe à Lesbo iacet hospes in immenso litore. ἀμιτρήτῳ rectius scribitur, et legitur. Epigramma multum uenustum, & elegans, sicut et proximum quod sequitur.

Διοδώρου.

Ιφθίμῳ τόδ᾽ ἐπ᾽ ἀνδρί.) In Achæum iuuenem fortissimum. Chara ciuitas (inquit) ᾔνεσ᾽, assensit, approbauit, laudauit hoc scriptum, seu epigramma super fortē uirum, Achiuum apud fluenta pulchras aquas habentis Ascaniæ (Mysiæ intellige, non Phrygiæ, iuxta Bithyniam. de qua Strabo lib. 12.) Defleuit autem ipsum Nicæa (quæ ciuitas est Bithyniæ.) pater uero, ἐπί οἱ, in ipsum, id est, in ipsius honorem, nempe Diomedes, lapideum & splendidum sepulchrum extendit, infœlix lugens perniciosum malum. Siquidem uisus erat filio suo pendere, persoluere hæc mortuo.

Θεοδώρου.

Οὕτω δὴ πύλιον.) Stomachatur contra parcā ἄκριτον, id est, nullo iudicio præditam, quod Agenoris filium Pyliū uix pubertatis metas egressum rapuerit. ἔθρισας, messuisti, amputasti, occidisti. ἐπιοσεύσασα, irruere faciens, seu incitans fata: quæ uitæ canes uocat, quòd omnes deuorent. O dij immortales, qualis uir iacet ἕλωρ, præda, dilaceratio, tristi orco. ἀμείδητος, ἀγέλαστος, à uerbo μειδιάω, rideo.

Λεωνίδου.

Ηρίον, οἷον νυκτὶ καταφθιμένοιο.) In Aristocratē, quē laudat à gratia formæ, et flauis capillis, tū etiā à suaui tate di

tate dicendi in publico. tum à commoditate compotandi, in super etiam ab hospitalitate, quã uirtutem ueteres fecerunt maximi. Quærit autem ex sepulchro sic: O sepulchrũ, inquit, quod os, id est quæ ossa noctu, id est in obscuro loco mortui abscondes, cuiusmodi ô terra hianti ore deuorasti caput? Multis quidẽ flauis gratijs, id est capillis arridens, scilicet caput, Aristocratis, scilicet tegis, quodq́; omnibus in multa est memoria. Nouerat Aristocrates dulcia, id est popularia concionari: torquere autem supercilium attrahendo nequaquã bonus erat, id est ab omni fastu erat alienus. Nouerat etiam apud crateras Bacchi, id est in symposijs (legitur autem melius & rectius παρὰ κρητῆρσιν, *quàm* παρὰ κρητῆρος) ἄδηριν, *id est à contentionibus semotum,* εὐκύλικα, *aptum & accommodatum poculis sermonem proferre. Et hæc non mediocris uirtus est, nosse quid locus & tempus postulant. Nouerat & hospitibus & incolis mansuete & benigne facere. ô amabilis terra, talem contines mortuum.*

Πέρσου.

Μαντιάδης ὦ ξεῖνε.) *In duos fratres lignarios, in quorum sepulchro duæ secures erant insculptæ, in signum exercitati artificij. Porrò in secundo uersu pro* Δυσμαίη, *scribendũ est* Δυμαίη, *abstracto adiectiuo à* Δύμη, *quæ ciuitas est Achaiæ, ubi sepulti sunt* ξυλόχῳ *luco, apud Homerum est lustrum ferarum* ξύλοχος, ξύλα ἔχων. γενεῆθεν, *à genere montani secures, autem super sepulchrũ* δουροτόμοι, *quibus ligna secantur, artis sunt indices.*

Ἀντιπάτρου.

Εἴπερ ἀνδρομένῳ) *In philosophum, qui uniuersam uitam philosophiæ dedit, ueneno parato, sed non hausto, perēmit tan*

mit tan/

mit tandem sese, confectus senio. Poëta iterum atq; iterum percunctatur, quis sit, & cuias. Nam hoc significat ἀνεί/ρεσθαι, sicut εἴρεσθαι, simpliciter percunctari. ποδαπὸς, cuias. θριασεὺς, id est θριάσιος. θρία, tribus est Atheniensis, ita dicta. οὐ τὸμ ἀρότρον, id est non aratri uitam uixi, non rusticam uitam egi, nec nauticam, sed sapientibus amicã, id est philosophicam. αὐτοθελεὶ, id est, ultrò, sponte. λίαν τὰ, admodum.

Λεωνίδου.

Τίς ποτ᾽ ἄρ᾽ ἐσ; τίνος ἆρα.) Alloquitur poëta sepultum secus uiam, cuius ossa etiam rotis cõterebantur. Quis nam es? cuius uero ossa hæc apud uiam ô miser in semiapparenti te arca nuda manent? Monumentum autem & sepulchrum semper plaustrum ducente uiatore, axe & rota uilia atteruntur. Iam & tua latera conterent currus: O miser, te uero nemo uel lachrymis prosequitur.

Θεοδωρίτου.

Πέτρος ἐγὼ τὸ πάλαι γυρή.) Epitaphium Heracliti philosophi Cynici, patria Lesbij, cuius uitã conscripsit Diogenes Laërtius libro, de quo etiam alibi mentionem fecimus, eiusq; libro, quem de industria stylo obscuriori edidit. Loquitur autem sepulchrum iam uetustate collapsum. Petra ego iam olim rotunda, & infracta uectes, Heracliti intus continens caput. Acuum me contriuit littoralibus calculis similem. Etenim εἰνοδίη (in nominatiuo, non datiuo ponendum est) ego petra prope uiam sita, ἐκτέταμαι, extendor currui omnimoda ferenti (pro curribus) iuuenum seu hominum. Et hæc est causa, cur ita sit attrita, nempe assiduitate curruum prætereuntium. Annuncio autem hominibus ἄσηλος, quanquam cippo seu statua

carens, diurnũ latratorem populi canem habens, id est phi/ losophum Cynicum omnibus allatrare solitum. refert enim Diogenes, hunc cum primis libertate Cynica fuisse maledi/ cum, et turbæ infestum.

Λεωνίδου.

Ἤδη μεῦ τετρῖπται.) *Hoc epitaphium per omnia cum superiori concordat. Iam meum (inquit) contritum est os.* ὑπεκκεκαλυμμένον, *subtus detectũ. In secundo uer su pro* ἁρμονίης, *legendum est* ἁρμονίη τ᾽, *harmoniaq́;, ô uir lapisq́; superincumbens. Iam & tibiæ subtus ex sepul/ chro splendent. quid plus terræ induamus? Siquidem hanc uiam ita præcipitem dissecuerunt homines, contra meũ ca/*
ἐγγαίων. *put euntes. Sed per Plutonem & Mercuriũ & noctem uos obsecro, declinate extra hanc uiam.*

Διοσκορίδου.

Ἐβδομεθ᾽ ὑπὲρ τύμβον.) *In Anaximenem, non illum philosophum Milesium, Anaximandri successorem, sed sa/ cerdotem quendam, qui sacra Orphei celebrauit cum Thy adibus, quæ sacra dicuntur ipsius Cybeles. Alloquitur autẽ poeta Thyadas, quæ dictæ sunt à uerbo* θύω, *quod inter cæ tera significat etiam irruo. O Thyades,* ἄφετοι, *deo sa/ cræ, spargite super tumulum cana lilia, & consueta tym/ pana super cippum, id est sepulchrum Anaximenis rũpite, sonate: & circumuertite longa coma reuolutiones, id est sal tate circa Strymoniã urbem, id est Amphipolim, quæ sic di cta est διὰ τὸ περιῤῥεῖσθαι τοῦ στρυμόνος, ut Stephanus autor est.* ἥ, *quæ ciuitas Amphipolis.* γλυκερὰ πνεύ/ σαντος, *suauiter modulante, scilicet Anaximene in uestris choreis sæpe ad molles, id est iucũdos modos illius saltauit.*

Λεωνίδου.

Λεωνίδα.

Αὐτὰ ἐπὶ κρήθωνος.) In hominem locupletißimum, sed in exiguo sepulchro reconditum. Solus super Crethonē ego lapis, nomen illius manifestans. Crethon autem in terra ci/nis, scilicet est. αὐτὰ, pro solus, sicut apud Homer. Qui prius Gygi par erat, æquabatur diuitijs. qui prius βουπάμμων, multarum opum possessor. βου particula auctiua, et πάσσομαι, poßideo. μιθεῦμαι, pro μυθοῦμαι. ἐν πᾶσι μακαρτὸς, in omnibus beabilis, id est qui beatus dici potuit: Hei, ille quantam terræ particulam tenet? Idem omni/bus usuuenit, quibus interdum amplißima regna, imò ne to tus quidem orbis sufficit, demum minimo tumulo cum cæ/teris contenti esse coguntur.

Καλλιμάχου.

Δαίμονα τίς εὖ οἶδε τὸν αὔριον.) In puerum hodie sanū, & postridie mortuum. Crastinum fatum quis nouit? Epigramma planum & facile.

Θεοφάνους.

Ηρίον οὐκ ἐπὶ πατρί.) Cenotaphium est. nam pater Lysis soli nomini Mantithei facit inferias, quia demortui reliquias terra condere non licuit. Sic Aeneas apud Vergi/lium libro 6. dicit se Deiphobo erexisse cenotaphium:

Mihi fama suprema
Nocte tulit, fessum uasta te cæde Pelasgûm
Procubuisse, super confusæ stragis aceruum.
Tunc egomet tumulum Rheteo in littore inanem
Constitui, & magna manes ter uoce uocaui:
Nomen & arma locum seruant: te amice nequiui
Conspicere, & patria decedens ponere terra.

οὔνομα ταχύσας, *nomini factis inferijs, seu exequijs.* ἀ ταραχὴ *hoc uerbum tractum est, quod parentationes & exequiæ ferè nunquam sine tumultu & turbis fieri solebāt.*

Αντιπάτρου.

Κυλλήνην ὄρος.) *Carmen Phalecium, seu hendecasyllabum, in Apollodorum, à Pisa profectum, & fulmine exanimatum.* πίσσηθεν, *à Pisa, fons & locus, ubi Iouis templum erat extructū.* Διόθεν, *à Ioue. Vltimus huius epigrammatis uersiculus claudicat, uno pede mutilatus. Tu uide quid commodißimè apponatur.*

ΕΙΣ ΑΡΧΑΙΟΥΣ ΤΙΝΑΣ. 7.

Εἰς Κανδαύλην.

Αγαθίου.

ΚΑνδαύλου τόδε σῆμα..) *Epitaphium Candaulæ Lydorum regis, qui à suo satellite Gyge iussu uxoris est occisus, quod eam nudam ipsi uidendam exhibuerat. Quam historiam luculentißimè simul & copiosißimè Herodotus statim in primi libri principio persequutus est.* ἀλιτραίνειν, *iniuriosè afficiendam. Nolebat enim duobus à uiris spectari, sed aut priorem habere, nempe Candaulā: aut scientem, id est uidentem se, Gygam scilicet. Mihi tamē omnino legendum esse uidetur* ἐφισάμενον, *aßistentem. Quinti uersiculi principiū sic legendum est,* χρῆν ἄρα Κανδαύλην παθέειν κακόν. *Nā alludit poëta ad uerba Herodoti, qui sic scribit,* χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς, *Necesse enim erat Candaulæ male euenire. neq; enim sustinuisset aliàs alienis oculis propriam uxorem spectandam exhibere.* παρὰ γὰρ τοῖσι λυδοῖσι, σχεδὸν δὲ καὶ πᾶσιν ἄλλοισι βαρβάροισι, καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν, αἰσχύνην μεγάλην φέρει.

Εἰς σαρδανάπαλον.

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς.) Epitaphium Sardanapali regis Aßyriorum, mollißimi & effœminatißimi, quod à Chœrilo poëta Alexandri magni tempore scriptum nonnulli suspicãtur. Qua in sententia etiã Athenæũ esse uideo, qui libro undecimo, Sardanapali sepulchro scribit hæc uerba ἐπιγεγράφθαι ἐν στήλῃ λιθίνῃ χαλδαϊκοῖς γράμμασιν, ἃ μετενεγκεῖν χοιρίλον ἔμμετρα ποιήσαντα, εἶναι δὲ ταῦτα. ἐγὼ δὲ ἐβασίλευσα, καὶ ἄχρι ἑώρων τοῦ ἡλίου φῶς, ἔπιον, ἔφαγον, ἠφροδισίασα, εἰδὼς τόν τε χρόνον ὄντα βραχὺν, ὃν ζῶσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτον πολλὰς ἔχοντα μεταβολὰς καὶ κακοπαθείας· καὶ ὧν ἂν καταλίπω ἀγαθῶν, ἄλλοι ἕξουσι τὰς ἀπολαύσεις. διὸ κἀγὼ ἡμέραν οὐδεμίαν παρέλιπον τοῦτο ποιῶν. Prædicti autem uersus citantur ab Atheneo libro octauo. ἔφυς, significat naturaliter es, à natura. θυμὸν ἄεξε, auge animum, id est sis læto animo: quoniam lætitia animus augetur, tristitia diminuitur & consumitur. Pro τέρπνα ἔδαην, legendum & corrigendum est ἔπαθον. nam lasciuias & delectamenta non discimus, sed illis iucundè & uoluptuosè afficimur, quod etiam aliàs uno uerbo Græci uocant ἡδυπαθεῖν. Et in fine pro λέλειπται, Athenæus habet λέλυνται, soluta sunt, id est finem acceperunt. Vltimum autem uersiculum Athenæus rectius sic legit, cui adiungit adhuc unum:

ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις, οὐδέποτ᾽ αὐτῆς
λήσομαι. ἐκτήσθω δ᾽ ὁ θέλων τὸν ἀπείρονα χρυσόν.

Idem author ait, Sardanapali sepulchro et hæc uerba fuisse

adscripta: ἔσθιε, πῖνε, παῖζε. Et hæc, πῖνε καὶ παῖζε, θνητὸς ὁ βίος, ὀλίγος ὁ ὑπὸ γῆς χρόνος. θάνατος δ' ὁ θάνατός ἐστιν, ἅπαξ ἄν τις ἀποθάνῃ. Sed satis iam de Sardanapalo. Nã Chrysippus et Crates (qui studiosæ iuuentuti magis admirãdi & imitandi sunt, quàm eneruatus ille, & rex luctu perditus) his carminibus aliter usi sunt, ac in meliorẽ sensum ad hunc modũ interpretati, sicut & Athenæus, & Plutarchus in libello, Quomodo quis se citra inuidiam laudare poßit, sunt authores:

εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε,
τερπόμενος μύθοισι, φαγόντι σοι οὔτις ὄνησις.
καὶ γὰρ ἐγὼ κακός εἰμι, φαγὼν ὡς πλεῖστα, καὶ ἐσθεὶς,
ταῦτ' ἔχω ὅσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ τούτων (Al. μετὰ μου σῶν.)
ἐσθλ' ἔπαθον. τὰ δὲ λοιπὰ καὶ ἡδέα πάντα λέλειπται. (Al. εἶμ' ἰδα σῶ)
ἡ δὲ σοφὴ βιότοιο παραίνεσις, οὐδέποτ' αὐτῆς
λήσομαι· ἐκτήσθω δ' ὁ θέλων τὸν ἀπείρονα χρυσόν.

Εἰς νιόβην.

Ὁ τύμβος οὗτος.) Nemo est qui ignoret fabulam de Niobe, uersa in lapidem, præ luctus magnitudine. itaque neminem etiam futurum spero, quem huius epitaphij sensus fugeret.

Εἰς τὴν αὐτὴν,
Ἀντιπάτρου.

Μούναν σὺν τέκνοις.) In eandẽ Nioben, Tantali atq; Acropes filiam: quæ quum ita decora, tamq; numerosa sobole gloriaretur, ut se etiã Latonæ præferre non dubitaret, hominesq; ab eius sacris arceret, Latonæ iussu effectũ est, ut Apollinis ac Dianæ sagittis uterq; sexus cõfoderetur. Ex hoc Niobe tãto mœrore est affecta, ut ad liberorũ tumulum

in lapidem

lapidem ſit cõuerſa. Quod propterea à poëtis fictum perhibetur, quòd ipſa ſuam ipſius lapideam ſtatuam ſuper liberorum monumẽto poſuerit. Vide Ouid. Metamorph. lib. 6. Alloquitur hoc epigrammate poëta Charõtem. νεκυόστολε πορθμεῦ, ô mortuorum tranſuector ſuſcipe, &c.

ταντάλιδος, id eſt, Niobes Tantalo prognatæ. Dicitur etiam ab Ouidio Tantalis.

Εἰς τὸ αὐτό, Λεωνίδου.

πέτρος ὅτ' ἐν σιπύλῳ.) Nioben in marmor conuerſam, etiamnũ lachrymãs emittere in Sipylo ciuitate Phrygiæ, etiam Pauſanias teſtis eſt: qui aliquando ad illam petram ſe acceſiſſe dicit, ſed cominus & in propinquo ſtanti nihil apparuiſſe, regreſſo & eminus ſpectanti mulierẽ lachrymantẽ apparuiſſe. Tangit hoc etiam Ouid. his uerbis:

Flet tamen, & circundata turbine uenti
In patriam rapta eſt: ibi fixa cacumine montis
Liquitur, et lachrymis etiam nunc marmora manant.

ἑπτὰ δὶς ὠδίνων, bis ſeptem parturiginum, id eſt, ſeptem natarum, et totidem iuuenum mortem lugens. τίδ' ἀλαζόνα μῦθον, Quorſum autem utebatur ita procaci & arroganti ſermone in Deos. Linguæ petulantia non parum multis certum attulit exitium, proinde moderãda eſt, et audienda nobis Minerua apud Sophoclem, ita Vlyſſem ſapienter & ſalubriter admonens:

τοιαῦτα τοίνυν εἰσορῶν, ὑπέρκοπον,
μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος,
μηδ' ἄγκον ἄρῃς μηδ' ἕν, εἴ τινος πλέον
ἢ χειρὶ βρίθεις, ἢ μακροῦ πλούτου βάθει,
ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν

ἅπαντα τἀνθρώπεια. τοὺς δὲ σώφρονας
θεοὶ φιλοῦσι, καὶ συγοῦσι τοὺς κακούς.

Εἰς ἡρὼ καὶ λέανδρον,
ἀντιπάτρου.

Οὗτος ὁ λειάνδροιο διάπλοος.) Antipater accedẽs Hellespontum, ac conspicatus ruinas turris amantium inter se, ait: Hic est Leãdri tranatus, etc. Hoc epigrãma explicatũ inuenies ab Aldo in libello Musæi, cui præfixũ est.

Μελεάγρου, εἰς δάφνην.

Οὐκ ἔθ᾽ ὁμοῦ χιμάροισιν.) In Daphnidẽ pastorem. Pan loquitur, dicens se nec cũ capris ultra esse posse, nec in montium iugis habitare, propterea quòd nihil suauitatis aut delectationis amplius sit in montibus, extincto Daphnide, cuius amore flagrauit.

Εἰς τίμωνα τὸν μισάν-
θρωπον.

Ενθάδ᾽ ἀπορρήξας.) Plutarchus in uita Antonij scribit, Timonem adhuc uiuum hoc epitaphium sibi fecisse, ubi eius quoq; uitam breuiter perstringit. Βαρυδαίμονα, furiosum, uel immitem, uel infesto dæmone agitatam.

Λεωνίδου, εἰς τὸν αὐτόν.

Τὴν ἐπ᾽ ἐμεῦ στήλην.) Longe inhumanius epitaphium priore, quo neq; uult salutari à prætereuntibus, neque exquiri, μὴ τὴν, etc. utinam nõ perficias quam facis uiam. Sin autem prætorieris tacite, neq; sic quã facis perficias, scilicet uiam.

Πτολεμαίου, εἰς τὸν αὐτόν.

Μὴ πόθεν εἰμὶ μάθῃς.) Cupit et se & nomen suum in obscuro relinqui, prætereuntes autem omnes ad suum tumulum occumbere.

Καλλι-

Καλλιμάχου, εἰς τὸ αὐτό.

Τίμων, οὐ γὰρ ἔτ' ἐσσί.) Quærit ex eo, utrum lumen an tenebræ ipsi sint odiosiores? Respondet, tenebræ: propterea quod plures sint apud inferos, quàm superos, quum ipse osor hominum auersetur frequentiã. Cæterum ἐχθρὸν, pro ἐχθίον est positũ, positiuus pro comparatiuo. Præterea infernus à Græcis τόπος πλειόνων dicitur, quod & præsens epigramma uidetur innuere.

Ἡγησίππου, εἰς τὸ αὐτό.

Ὀξεῖαι πάντη περὶ τὸν τάφον.) Plutarchus in uita Antonij, sicut dixi, & huius epigrammatis posteriores duos uersiculos ait esse Callimachi, quẽ uidere potes. Hoc epitaphium sic transtuli:

Et spinæ atq; pali paßim hoc sepsere sepulchrum,
Erecti: lædes, si aggrediare, pedes.
Timon in hoc habitat, tu porrò perge uiator,
Flere iubens omnes carpe uiator iter.

Cæterum οἴμωζε in ultimo uersu non debet habere accentũ circumflexum, sed acutum.

Ἀντιπάτρου σιδωνίου, εἰς τὸν βασιλέα πτολεμαῖον.

Μυρία τοι πτολεμαῖε.) Hoc epigramma ualde planũ & facile exercitij gratia sic Latinum fecimus:

Multum te Ptolemæe pater, multum inclyta mater
Luxit, inornatas dilaniata comas.
Te tuus omnimodis lachrymis defleuit alumnus,
Immundo fœdans puluere caniciem.
Aegyptus molles uulsit pullata capillos,
Constat & Europes ingemuisse domum.

Lucida quin etiam tenebris est condita Phœbe,
Astraq; cœlestes deseruêre uias.
Letali iuuenis cecidisti peste prius, quàm
Arriperes tenera sceptra paterna manu.
At non extinctum retinent te tartara, tales
Reges non orcus, sed Iouis aula fouet.

Ὁμήρου.

Χαλκῆ παρθένος εἰμί.) *Grammatici uolunt hoc epigramma omnium primum fuisse, unde cæteri poëtæ scribendorum epigrammatũ exemplũ sumpserũt. facit huius mentionem Herodotus in libello de uita et educatione Homeri, cuius etiam esse asserit. Quanquã Diogenes Laërtius hoc Cleobulo tribuat, nescio qbus cõiecturis adductus. Equidẽ Ioannes Grammaticus pro carmine quadrato citat primo Analyticorum posteriorum tractatu, etiam Homeri nomine, de circulari demonstratione. ubicunq; enim inceperis, sensus carminis commodißime quadrat. Eius autem uersionem habes apud Laërtium. Scriptum est autem in Midam ciuẽ Cumæ ciuitatis Acoliæ, uel (ut Herodotus uult) in Midam regem Phrygiæ, &c.*

Ἀδήλου.

Τρηχείην κατ' ἐμεῦ.) *Et hoc epitaphiũ propter moriũ asperitatem Timonis, latinum facere libuit, non quod illius inhumanitate, sed epitaphij elegantia sim delectatus. Quis enim tam agresti bellua delectaretur ad humanitatem natus? uersio nostra sic habet:*

Vndiq; spinosis me uepribus obrue puluis:
Obsere uulnificis & mea busta rubis.
Ne qua super uolucris leuiter uestigia firmet:
Solus ego in solo quæro iacere loco.

Quippe

Quippe homines odi, nos illi odere uicißim:
Vmbra nec inferno sum genuina Ioui.
Sed neq; me saluere iube, sed cede uiator:
Si non ridebis, tunc ego saluus ero.
Ergo etiam immitis Timon est mortuus? heus tu
Cerbere, ne morsu te petat ille, caue.
Quicunq; in triuijs me mortuum humauit, acerba
Passus, in exigua nec tumuletur humo.
At qui me uita functum dicuntq;, uocantq;,
Illorum nunquam dulciter ossa cubent.

Ιουλιανοῦ.

Ιουλιανὸς μετὰ τίγριν.) *Iulianus Apostata de se magnificentius hæc quàm uerius iactauit. Siquidem nec strenuus erat prælio (ut Salustij uerbis utar) nec bonus consilio, sed domi & foris iuxtà inutilis. Secundus uersiculus sumptus est ex tertio Iliados, scriptus de Agamemnone, quem Alexander magnus omnium maxime probasse perhibetur.*

Γαιτουλίου.

Παίδων μηδείης.) *In Mediæ filios à matre occisos, propter Glaucen Creontis regiam filiam, quam Iason repudiata Medea duxerat in matrimonium: qua de est elegantißima apud Euripidem tragœdia Medea.* πυρίπνους, *ignem spirans, id est ardens & uehemens æmulatio.* θυμ', *sacrificium, mactationem, id est quòd à matre sint mactati.* μειλίγματα, *demulcimenta, mitigationes, placationes. à* μειλίσσομαι, *quod est in beneuolentiam reducere, & mitigare.* σισυφὶς αἶα, *id est Corinthus, à rege Sisypho sic dicta,* ἀμείλικτον, *immitis, duræ, &c.*

Θεοδώρου τοῦ ἀνθοῦ.

Νηλειὴς ἀΐδης ἐπί σοι δ'.) *Sequẽtes sex uersiculi usq; ad pro/*

ad proximum titulum mihi unum epigramma esse uiden/ tur. neq; tamen inique passurus sum, si quis secùs senserit. Sunt autem scripti in Tityrum mimum & gesticulatorem, qui νεύμασιν ἀφθόγγοις, id est tacitis gestibus comœdias aut tragœdias repræsentabat. Qualem apud latinos Ciceronis tempore Mimum Roscium fuisse accepimus. Dicit itaq; epitaphiũ, huius Tityri artificio & orcum esse delectatum, & iam mortuorum μιμολόγον esse factum. σιγᾶς τὸ χάλκεον, *ferreum taces, id est planè instar mortui, non ut uiuus. quemadmodum* χάλκεον ὕπνον, *ferreum somnum dicuntur dormire mortui: nec ultrà nobis repræsentas priscorum hominum imagines tacitis nutibus. Nunc ô beatißime silentium tuum odiosum est, quo prius demulcebamur, id est delectabamur. Qui Tityrũ et Chrysomatum pro duobus Mimis mauult intelligere, patiatur segregata epigrammata.*

ΕΙΣ ΑΥΛΗΤΑΣ. 8.

Αδήλου.

Ορφεὺς μὲν κιθάρῃ.) *In Telephanem tibicinem, quem tantum laudis tibia assequutũ esse testatur, quantum Orpheus cithara, Nestor eloquentia, Epeus ar/ chitectura, Homerus omnijuga eruditione sibi parauerũt.*

Αδέσποτον.

Ελλὰς μὲν, θήβας.) *Thebani propter Amphionem optimi tibicines ab omnibus Græcis semper sunt habiti. At illi primas in hoc musico artificio Pronomo detulerunt.*

Αρχίου.

Αἰωρῆ θηρὸς ὑμέας ὁ ...) *In Marsiam Satyrum, qui ausus fuit cõtendere cum Apolline, cõtra quem Musæ sententiã tulerunt. De quo etiam alibi. Loquuntur aũt Nym*

phæ

phæ pendenti insultantes, propter temerariam audaciã. τλᾶμον, ô miser, pendes, inquit, sublatus ex densa quercu in aura loris cæsus ferinum corpus pendes. Cum Phœbo in iniustum certamen stetisti, ô Satyre, habitans in cacumine Celænitis. Tuæ autem tibiæ uocem mellisonam (εἰρωνικῶς intellige) nõ amplius Nymphæ, sicut prius in Phrygijs mõtibus, audiemus.

ΕΙΣ ΒΡΕΦΗ. 9.

Ποσειδίππου.

Τὸν παίζοντα περὶ φρέαρ.) *In puerum nomine Astyanacta, trimũ, ludentem circa os putei, qui suæ formæ imagine in aqua resplendente delectatus, cecidit in puteum, & semiuiuus extractus* νύμφας οὐκ ἐμίηνεν, *aquas non contaminauit, suo funere, sed in matris genubus expirauit.* ἐμίηνεν, *est à uerbo* μιαίνω, *polluo, contamino.*

Λουκιανοῦ.

παῖδά με πανταέτηρον.) *Puer loquitur, uetans ne quis ipsius mortem defleat, propterea quòd tametsi parum temporis uixerit, parum etiam malorum huius ærumnosæ uitæ gustauerit. Est epigramma multæ elegantiæ: quod sic, si placuit, legas latine:*

Quinquennem Pluto rapuit me sæuus acerbo
Curarum expertem funere Callimachum.
Parce tamen lachrymis: modico si tempore uixi,
Et modicæ uitæ, nec mala multa tuli.

Ἀδήλου.

Ἀδὴ ἀλιτάνευτε, καὶ ἄτροπε.) *Indignatur poëta morti, de immaturo obitu pueri Callæschri: qui tametsi Proserpinæ futurus sit ludicrũ, graues tamen dolores suis reliquit.* Ἀδὴ ἀλιτάνευτε, *O Orce, seu ô mors, multis*

precibus superabilis, à λιτανεύω oro, rogo. ἀλιτάνευ
τος, inexorabilis. ἄτροπε, immutabilis: qui à proposito
suo flecti & retrahi non potest, proprie dicitur ἄτροπος,
&c. nam plana sunt.

Μακεδονίου.

Γαῖα καὶ εἰλείθυια.) Alloquitur terram & Lucinam infans, quibus utrisq; satisfecit: si quidem & natus est, & mox sepultus, id quod quidam philosophorum fœlicissimũ esse existimant. O uitam nostram ter miserandã. Epigramma facile est.

Αγαθίου.

Αἴβαλε μηδ' ἐγένοντο γάμοι.) Optat poëta nunquam inuentas fuisse nuptias, & toros coniugales. ita enim futurum esset, ut ne qua fieret occasio dolorũ parturientibus. Nũc aũt (inquit in tertio uersu) ter misera mulier pariẽs se det, at uẽtri δυσκόλπῳ, difficiles sinus ad enitendũ puerum habenti, mortuus inest infans. τρισσὴ δ' ἀμφιλύκη, tria crepuscula, id est tres dies cursum perfecerunt, ex quo (pro ἐξότου, legendũ est ἐξότε, si uis uersiculũ emendatum esse) infans inefficaci spe paritur. Et quia mater in nixu cum infante demum mortua est, precatur infanti leuem uentrem, quem pro sepulchro sit habiturus. κούφη, inquit, leuis tibi existat uenter ô infans, pro puluere. ipse enim te fert, & terra non eges.

Αντιπάτρου.

Τὸν μικρὸν κλειόδημον.) In infantem raptum à uento Borea de tabula nauis, & in mari deturbatum. θρῆιξ, Thracius boreas. ἰνοῖ, ô Ino. Stomachatur poëta in eam, quod Melicertæ æqualem & coætaneum seruare non sustinuerit. ἀνοικτείρμων, immisericors.

Διοδώ/

Διοδώρου.

Κλίμακος ἐξ ὀλίγης.) Diodorus compoſuit hoc epigramma in puerum ſuum, cuius interitũ ipſo carmine explicat. Scala ex parua (inquit) paruus infans ἐν Διοδώρου, in ædibus Diodori decidit, confregit autem mortiferè ſeu letaliter uertebram colli. Et notabis, ἀστράγαλον, hoc loco non ſignificare talum, ſed ſpinæ uertebras, quibus collũ incũbit. In ea ſignificatione etiã Homerus Odyſſ. κ. uſus eſt de Elpenore, qui pari modo de ſcala in præceps lapſus eſt. ἐκ δέ οἱ αὐχὴν ἀστραγάλων ἐάγη, collum autem ei ex uertebris confractum eſt. δινηθεὶς προκάρηνος, uolutatus autem, ſeu uertiginatus prono capite. poſtquam uidit ſuum dominum accurrentem. (Siquidem hæc uerba, ἐπεὶ δ᾽ ἴδε θεῖον ἄνακτα, ſic corrigenda ſunt, ἐπεὶ δ᾽ ἴδεθ᾽ εἷο ἄνακτα, ut ſit genitiuus ab ὅς οὗ ἕο, & εἷο. Eſſet enim non ferenda arrogantia, ſi Diodorus ſe ipſe diuinum appellaret. fuit autem facilis lapſus ex his uerbis in illa, præſertim imperitis) ἄνακτα autem pro domino, etiam apud Homerum non ſemel accipi, omnibus notum eſſe opinor. παιδνὰς, pueriles ilico manus extendit. ἀλλὰ συ, Precatur puluerem, ne pueri oſſa grauet, ſed parcat potius διετοῦς κόρακος, bimi corui, id eſt, Aethiopis, uel hoc nomine appellati.

ΕΙΣ ΓΕΡΟΝΤΑΣ. 10.

Αδέσποτον.

Ἑξήκοντ᾽ Τούτης Διόνυσιος.) In Dionyſium Tarſenſem ſexagenarium, qui uxorem non duxerat.

Ἐπὶ τῷ ἑαυτὸν θάψαντι πρὸ τελευτῆς.

Γήρᾳ καὶ πενίῃ τετρυμμένος.) In mendicũ et ſenem, qui

ἐῶσα pro οὖσα. In eodē uersu pro κοῖνα, emenda & scribe κίονα & notabis hic in fœminino genere poni, tametsi masculini quoq; sit generis. In quinto uersu in fine ἀτεκνος scribendū est. Cætera omnia plana. Est enim epitaphiū mulieris iuuenculæ, quæ partu periit.

Διοσκορίδου.

Τὴν γοεραῖς πνεύσασαν.) Eiusdem argumenti ferme cum superiore, in Eupolidis & Nicaretis filiam, quæ uiginti annos nata, cum geminis parturiēs periit. Ordinem aduerte: Littora illa Libyes cis Nilum occultant, εἰκοσέτιν, uiginti annos natam Lamiscen, Nicaretis & Eupolidis filiam, genere Samiam, postremum spirantem lugubribus in doloribus cū geminis infantibus. Sed uos puellæ, quæ puellæ λεχῶια δῶρα, munera quæ puerperæ dari solent, uel puerperæ conducentia, ferebatis, calidas lachrymas super frigidum sepulchrum fundite.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἀρχέλεω με δάμαρτα.) In Polyxenam Archelai Theodecti filiam, consimili casu absumptam. Loquitur autem ipsa Polyxena. ἔννεπε, dic, scilicet me Polyxenā Archelai Theodecti & αἰνοπαθοῦς, grauiter afflictæ Demaretes filiam. ὅσσον ἐπ' ὠδῖσιν, id est quantum ad dolores partus pertinet, dic me etiam matrem. natum autem malus genius uel fatum præuenit, ita ut ne uiginti quidem dies ei concesserit. Ipsa uerò duodeuiginti annos nata occubui, nuper uel modò mater, nuper autem sponsa. πάντ' ὀλιγοχρόνιος, in omnibus parum durans. Plena commiserationis sunt hæc epigrammata, & affectuum: miseras mulierculas adeò periculosis partubus esse obnoxias, ita ut non immerito Medea apud Euripidem dixerit,

πάντων

πάντων δ᾽ ὅσ᾽ ἔσ᾽ ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει,
γυναῖκές ἐσμεν ἀθλιώτατον φυτόν.
Et cætera, quæ uerissimè eo in loco deplorat. Quodq; ter malit stare in acie, quàm semel párere.

Εἰς τὴν πέραν κωνσταντινου/
πόλεως δάμαλιν.

Ιναχίης οὐκ εἰμὶ βοὸς τύπος.) In Bosporo erat sta/tua buculæ ærea posita. Hanc quidam existimabant esse si/gnum Io, quæ à Iunone in uaccam fuerat commutata, traie ctoq; Bosporo dum eam Iuno persequeretur, in Aegyptum aufugerat. Sed statua negat eā se esse, ita dicēs: Nō sum for ma uel effigies Inachiæ bouis, uel uaccæ. nec à me uocatur ἀντωπόν, obuium oculis, siue quod est in conspectu Bo/sporium pelagus. Illam enim prius grauis ira Iunonis exa/gitauit ad Pharum, id est Aegyptum. Ego autem sum Atti cū cadauer, uxor Charetis (fuit hic Imperator Atheniensiū contra Philippum Macedonem, qui multa promisit, & nil præstitit, ita ut eius prōpta, sed uana promissa, prouerbio lo cū fecerint, χάρητος ὑποσχέσεις.) Nauigabā aūt (inquit) quādo ille nauigabat hac, Philippicis aduersarius nauibus. Βοΐδιον ἤκουον ἐγὼ, bucula audiui ego, id est sic uoca/ta sum. nūc aūt Charetis coniunx, utrisq; cōtinentibus dele/ctor, et Asiæ atq; Europæ ibi enī Asia diuiditur ab Europa.

Μελεάγρου.

Οὐ γάμον, ἀλλ᾽ ἀΐδην.) In Clearisten, quæ quum pri ma nocte Venereum congressum, neq; rigidum mariti ha/stile ferre posset, accepit eosdem tibicines ac tædas & fa/ces ad lectum coniugalem & sepulchrum. Non nuptias, sed orcum sponsalem Clearistæ accepit, uirginitatis uincu/la quum solueret. Potes hanc orationem inuertere, quū ipsi

à marito soluerctur uirginitatis cingulum, quod posteà donabatur Dianæ Cinthiæ. Nuper enim uespertinæ nymphæ præ foribus sonabant tibiæ, & thalamorum (pro thalami) plaudebant postes. matutinum autem ululatum ediderunt, seu exclamauerunt, scilicet & fores & tibiæ. ἔνδε, quin etiam (hac particula utimur, rem aliquam exaggerantes) Hymenæus sedatus silentio, in lugubrem cantilenam mutatus est. Eædem autem piceæ, id est tedæ uel faces lucē prætendebant, (δᾳδουχεῖν, est prælucere, uel facem siue funale præferre) iuxta thalamū, & mortuæ ad inferos ostendebant uiam. Notabis tamen, δᾳδούχους etiā magistratus Athenis fuisse, qui in sacris Eleusinæ faces ferebant.

Φιλίππου.

Αρτι μὲν ἐν θαλάμοις.) Eiusdem est argumenti cum superiore. Secundus uersiculus in fine sic legēdus est, καὶ γαμικοῖς ὕμνος ἔχαιρε κρότοις, & nuptialibus plausibus gaudebat hymnus. Luctus autem Hymenæū lasciuienter iuit. ipsa uerò misera nōdum perfectè, siue per omnia mulier aspiciebatur cadauer, id est mortua. O lachrymose Orce, cur maritum à sponsa dissoluisti, αὐτὸς, solus raptitijs lectis, id est connubijs uoluptatem capiens.

Αντιπάτρου σιδωνίου,
εἰς λαΐδα.

Τὴν καὶ ἅμα χρύσῳ.) Elegantißimum epigramma Antipatri Sidonij in Laïdem, quem Cicero uersus hexametros, aliosq; uarijs modis atq; numeris fudisse ex tempore testatur, tantumq; hominis ingeniosi ac memoris ualuisse exercitationē, ut quum se mente & uoluntate coniecisset in uersum, uerba sequerentur. Porrò Laïdē Thessalæ mulieres propter inuidiā in fano Veneris ξυλίναις χελώναις (ut refert

(ut refert Suidas)percussam occiderunt. Loquitur autem sepulchrum. Teneo(inquit) Laïda illam & auro, & purpura, & cum Cupidine deliciantem, & tenera Venere delicatiorem, ciuem maritimæ Corinthi(ciuem dicit, nam patria fuit Sicula, ex Hyccaris ciuitate Siciliæ, authore Strabone.) Pirenes(qui fons est Corinthi limpidißimus) lucidis pellucidiorem liquoribus. Mortalē Venerem, ob quā proci nō ignobiles plures, scilicet fuerūt, quàm puellæ gratia Tyndaridos, id est Helenæ. Decerpentes gratiasq́;, & emptibilē seu uenalē Venerē. cuius & bustū olet odorifero croco. cuius adhuc fragrāti unguento infectū, seu humidū est os, pro ossa: & nitidæ suffititiū anhelitū spirant comæ. Pro qua pulchrū laniauit os, uel faciem, spumigena, id est Venus. Et luctuosum singultiens ingemuit Cupido. Quod si nō omnibus cōmunem seruā fecisset lucri gratia thorū, id est si nō passim omnes admisisset, & in questu formā habuisset, Græcia utiq; tanq̄ pro Helena, pro hac quoq; habuisset laborē, scilicet belli.

Πομπηΐου, εἰς τὸ αὐτό.

Ἡ τὸ καλὸν, καὶ πᾶσιν ἐράσμιον.) In eandem. Quæ pulchrè et amabiliter omnibus floruit, id est quæ omnes pulchritudinis et amabilitatis flores habuit, quæ sola gratiarū flores decerpsit, id est quæ sola grata fuit. nō amplius χρυσοχάλινον, auri infrenē, auricomū solis cursum uidet(usus est hoc epitheto propter solis equos) sopita est, seu dormit somnū omnibus dormiendū. nocturnas lasciuias, et iuuenū æmulationes, & amantiū pruritus seu ardores, & mysticam lucernā, id est consciam secretorum Veneris, ἀπειπαμένη, quum abdicasset, uel recusasset.

Ἀγαθίου, εἰς τὸ αὐτό.

Ἑρπων εἰς ἐφύρην.) In eandem, epigramma planum

& facile. ἀμφικέλευθον, ambiuium, id est in biuio positum. Siquidem ut Pausanias refert, ante urbem Corinthiā cupressorum nemus est, Cranium appellatum, in quo Bellerophontis est temenos, & Veneris Melanidis templum, ac Laidis tumulus, &c. χάραγμα, notamentum, id est epigrāma seu signum. ὢ πόσον ἠϊθέων νόον ἤκαχες, ô quantopere iuuenū mentem torsisti, uel cruciasti. sed ecce obliuionem habitas, elegantia formæ in terra deposita. Attamē ipse Athenæus libro tredecimo dicit, eos αὐτοσχεδιάζειν, id est temere & perperam dicere, qui affirment eam in Cranio sepultā, quum in Thessalia iaceat. Nam si à mulieribus Thessalicis, ligneis testudinibus occisa est, consentaneum uidetur, & eam in Thessalia esse humatam. idq; hoc confirmat epigrammate, quod & adscribere libuit:

Τῆς δέ ποθ' ἡ μεγάλαυχος καὶ ἀνίκητος πρὸς ἀλκὴν
ἑλλὰς ἐδουλώθη κάλλεος ἰσοθέου
λαΐδος. ἣν τέκνωσεν ἔρως, θρέψεν δὲ κόρινθος,
κεῖται δ' ἐν κλεινοῖς θετταλικοῖς πεδίοις.

Græcia nullorum neq; ui, neq; Marte subacta,
Laïdis eximio corpore uicta fuit.
Patre Cupidine nata deo, nutrita Corinthi,
Quam tumulo clausam Thessalis ora tenet.

Ἀδέσποτον.

Ἀκμαίη πρὸς ἔρωτα.) In Patrophilā meretricē. O Patrophila (inquit) uigens ad Cupidinem, et iucunda Veneris opera, hirquos dulces clausisti, extincta sūt philtra (amoris illecebræ) garrula, & cū cantu psalmus (instrumentū hoc loco significat) et poculorū affluētes propinatiōes. ô Orce δυσκίνητε, difficulter mobilis, cur peramabilē meretricē rapuisti? nunquid & tuam mentem Venus insanire fecit?

Φιλοδήμ

Φιλοδήμου.

Ενθάδε τὸ τρυφερῆς.) In Trigonium meretriculam. Hic delicatæ mollis facies, hic iacet Trigonium ebriosarum dedicamentū meretricū. σαβάκχος, Liber pater dicitur, & qui huius sequuntur orgia, quoque dicuntur σαβάκχοι. Suidas σαβάκχας σαλμακίδας simpliciter pro meretricibus exponit. De Salmace fonte Aphroditico, & homines effœminante, etiā in primo libro dictū est. Cui tugurium & domus (δοῦμος, pro δόμος) decuit, cui studiosa ioci garrula mater, scilicet fuit, quā amauit Theon (sophista quispiā, quorū nonnullorū Suida meminit.) quæ sola Veneris orgia præ cæteris mulieribus amauit, quæq; Laidis illecebras attigit. φῦε.) Ad terram poëta loquitur: producito supra cippum ô sacer puluis ministræ, et amatrici Liberi, non rubum, sed teneras albarum uiolarum baccas.

Θυίλλου.

Η κροτάλοις ὀρχηςρὶς.) In Aristion meretriculā. Quæ crepitaculis saltatrix Aristion, quæ circa incensas tædas, et apud Cybelē capilos abijcere, id est pādere noscebat, (Hoc est, quæ in sacris Cybeles circa tædas accensas, quas tenebant, expansis crinibus sciebat saltare. nā per urbem discursabant.) quæ tibia cornuta agitabatur, quæ tres deinceps nouerat meri pateras χὰλοποτεῖν, summis labijs potare, quod Terentius pitissare uocat. Hic sub ulmis requiescit, non ultrà amore, non amplius nocturnis delectatur laboribus. O lasciuiæ, ô furores longum ualete: operitur inferno, quæ prius coronarum floribus operiebatur.

Αδήσποτον.

Εἴκοσι καλλικράτεια.) Miræ uiuacitatis et fœcunditatis est hæc mulier Callicratea, quæ cū uiginti nouē pueros

eſſet enixa, & quinque ſupra centum annos egreſſa, nullam tamen ſenectutis ſenſit moleſtiam. Hoc epigrãma Auſonius *ſic tranſtulit:*

Viginti atq; nouem genitrici Callicrateæ,
Nullius ſexus mors mihi uiſa fuit.
Sed centum & quinq; expleui bene meßibus annos,
In tremulam baculo non ſubeunte manum.

Ἀδεσπότου.

Ἀδ' ἐγὼ ἡ περίβωτος.) *In eandem, hoc nomine maximè celebrem, quod ſub uno marito tam numeroſam ſobolem produxerit.*

Εἰς τὰς Λυκαμβίδας.

Διοσκορίδου.

Οὐ μὰ τόδε φθιμένων σέβας ὅρκιον.) *In filias Lycambæ, quæ, quamobrem ſe ſuſpenderint, purgant ſe, non quòd cum* Archilocho *ſtuprum perpetrauerint, ſicut quidam falſò ſuſpicabantur: ſed ignominioſam infamiam, qua eius maledicis & uirulentis carminibus affectæ fuerant, ferre æquo animo non poterant.* Siquidem Archilochus Lycamben *ſocerum, à quo contumelioſe repudiatus fuerat, eiusq; filias ita uirulentis uerſibus inſectatus eſſe dicitur, ut & pater & filiæ contumeliarum impatientes, ſe laqueo præfocauerint. Proinde iurant per reuerendum mortuorum iuſiurandum, quòd, quanquam infamia notatæ ſint, neque tamen uirginitatem deturpauerint, neq; parentes, neq; patriam* Paron *inſulam celeberrimam, ſed generis ſui probrum & ignominiam, quam in eas* Archilochus *euomuerat, ferre non potuerint.*

Ἀδεσπότου, εἰς τὸ αὐτό.

Ἀρχίλοχον μὰ θεούς.) *Idem proteſtantur etiã hoc epigrammate,*

grammate, se neq; in Platæis uidisse Archilochum, nec in Iunonis delubro cum eo concubuisse. Nam si stupri consuetudinem Archilochus cum ipsis habere uoluisset, nunquam legitimos liberos ex eis habere concupiuisset: hoc est, nunquam honeste earum nuptias ambiuisset.

Αδηλον, εἰ τὸ αὐτό.

Δεξ τεξὴν ἀίδαο θ. ὢ χέρα.) Et hoc est eiusdem generis. iurant enim per dextram Plutonis, & per nigra strata arcanæ Proserpinæ, se reuera etiã sub terra esse uirgines, multa autem turpia probra in ipsarum uirginitatem euomuisse Archilochum: ac uirtutem poëticam non uirorum fortium præclaris factis laudandis impendisse, sed potius ad bellum fœmineum conuertisse. Postremo Musas increpant, quod maledicos & contumeliosos iambos in eas uerterint, mordaci & spurciloquo uiro gratificantes.

Αντιπατρȣ.

Τὰμ μ̀ ἀεὶ πολύμυθομ.) In Bittidẽ, cuius sepulchro quatuor signa insculpta erant: quæ explicans, naturam & ingenium eius poëta ostendit. Semper multiloquam ostendit pica, ebrietatis alumnam patera: Cretensem, arcus, pensa, seu lanæ, operosam seu industriam. Talem hoc se pulchrum σαλευργὸς, id est columna exornatum Bittida occuluit illam nigrore pollutam, nouitiam uxorem (si nõ subest in his uerbis menda) Sed ô uir, & salue, & euntibus in infernum eandem uerborum gratiam redde.

Εἰς γυναῖκα, ἥ τις ἐκαλεῖτο φιδίς, ἀλκαίȣ.

Δίζημαι κατὰ θυμὸμ.) Quæro in animo, inquit, cuius gratia παροδῖτις λίθος, obuius lapis duplex φ duntaxat literam sortitus est, lapicidinis scalptris insculptam.

ad proximum titulum mihi unum epigramma esse uidentur. neq; tamen inique passurus sum, si quis secus senserit. Sunt autem scripti in Tityrum *mimum & gesticulatorem, qui* κύμασιν ἀφθόγγοις, *id est tacitis gestibus comoedias aut tragoedias repraesentabat. Qualem apud latinos* Ciceronis *tempore* Mimum Roscium *fuisse accepimus.* Dicit *itaq; epitaphiũ, huius* Tityri *artificio & orcum esse delectatum, & iam mortuorum* μιμολόγον *esse factum.*

σιγᾷς τὸ χάλκεον, *ferreum taces, id est planè instar mortui, non ut uiuus. quemadmodum* χάλκεον ὕπνον, *ferreum somnum dicuntur dormire mortui: nec ultrà nobis repraesentas priscorum hominum imagines tacitis nutibus.* Nunc *ô beatissime silentium tuum odiosum est, quo prius demulcebamur, id est delectabamur.* Qui Tityrũ *et* Chrysomatum *pro duobus* Mimis *mauult intelligere, patiatur segregata epigrammata.*

ΕΙΣ ΑΥΛΗΤΑΣ. 8.

Ἀδήλου.

Ορφεὺς μὲ κιθάρᾳ.) In Telephanem *tibicinem, quem tantum laudis tibia assequutũ esse testatur, quantum* Orpheus *cithara,* Nestor *eloquentia,* Epeus *architectura,* Homerus *omnijuga eruditione sibi parauerũt.*

Ἀλκέστωτου.

Ἑλλὰς μὲ, θῆβας.) Thebani *propter* Amphionem *optimi tibicines ab omnibus* Graecis *semper sunt habiti. At illi primas in hoc musico artificio* Pronomo *detulerunt.*

Ἀρχίου.

Αἰωρῇ θηρῷον ἱμάσσό μενος.) In Marsiam Satyrum, *qui ausus fuit cõtendere cum* Apolline, *cõtra quem* Musae *sententiã tulerunt.* De *quo etiam alibi.* Loquuntur *aũt* Nymphae

phæ pendenti insultantes, propter temerariam audaciã. τλᾶμον, ô miser, pendes, inquit, sublatus ex densa quercu in aura loris cæsus ferinum corpus pendes. Cum Phœbo in iniustum certamen stetisti, ô Satyre, habitans in cacumine Celænitis. Tuæ autem tibiæ uocem mellisonam (εἰςωνικῶς intellige) nõ amplius Nymphæ, sicut prius in Phrygijs mõtibus, audiemus.

ΕΙΣ ΒΡΕΦΗ. 9.

Ποσειδίππου.

Τὸν παίζοντα περὶ φρέαρ.) In puerum nomine *Astyanacta, trimũ, ludentem circa os putei, qui suæ formæ imagine in aqua resplendente delectatus, cecidit in puteum, & semiuiuus extractus νύμφας οὐκ ἐμίηνεν, aquas non contaminauit, suo funere, sed in matris genubus expirauit. ἐμίηνεν, est à uerbo μιαίνω, polluo, contamino.*

Λουκιανοῦ.

παῖδά με πανταέτηρον.) *Puer loquitur, uetans ne quis ipsius mortem defleat, propterea quòd tametsi parum temporis uixerit, parum etiam malorum huius ærumnosæ uitæ gustauerit. Est epigramma multæ elegantiæ: quod sic, si placuit, legas latine:*

Quinquennem Pluto rapuit me sæuus acerbo
Curarum expertem funere Callimachum.
Parce tamen lachrymis: modico si tempore uixi,
Et modicæ uitæ, nec mala multa tuli.

Ἀδήλου.

Ἅδη ἀλιτάνευτε, καὶ ἄτροπε.) *Indignatur poeta morti, de immaturo obitu pueri Callæschri: qui tametsi Proserpinæ futurus sit ludicrũ, graues tamen dolores suis reliquit.* Ἅδη ἀλιτάνευτε, *O Orce, seu ô mors, multis precibus*

precibus superabilis, à λιτανεύω oro, rogo. ἀλιτάνευτος, inexorabilis. ἄτροπε, immutabilis: qui à proposito suo flecti & retrahi non potest, proprie dicitur ἄτροπος, &c. nam plana sunt.

Μακεδονίου.

Γαῖα καὶ εἰλείθυια.) Alloquitur terram & Lucinam infans, quibus utrisq; satisfecit: si quidem & natus est, & mox sepultus, id quod quidam philosophorum fœlicissimũ esse existimant. O uitam nostram ter miserandã. Epigramma facile est.

Ἀγαθίου.

Αἴβαλε μηδ' ἐγένοντο γάμοι.) Optat poëta nunquam inuentas fuisse nuptias, & toros coniugales. ita enim futurum esset, ut ne qua fieret occasio dolorũ parturientibus. Nũc aũt (inquit in tertio uersu) ter misera mulier pariẽs sedet, at uẽtri δυσκόλπῳ, difficiles sinus ad enitendũ puerum habenti, mortuus inest infans. τρισσὴ δ' ἀμφιλύκη, tria crepuscula, id est tres dies cursum perfecerunt, ex quo (pro ἐξότου, legendũ est ἐξότε, si uis uersiculũ emendatum esse) infans inefficaci spe paritur. Et quia mater in nixu cum infante demum mortua est, precatur infanti leuem uentrem, quem pro sepulchro sit habiturus. κούφη, inquit, leuis tibi existat uenter ô infans, pro puluere. ipse enim te fert, & terra non eges.

Ἀντιπάτρου.

Τὸν μικρὸν Κλεόδημον.) In infantem raptum à uento Borea de tabula nauis, & in mari deturbatum. θρῆιξ, Thracius boreas. ἰνοῖ, ô Ino. Stomachatur poëta in eam, quod Melicertæ æqualem & coætaneum seruare non sustinuerit. ἀνοικτείρμων, immisericors.

Διοδώ-

Διοδώρου.

Κλίμακος ἐξ ὀλίγης.) *Diodorus composuit hoc epigramma in puerum suum, cuius interitũ ipso carmine explicat. Scala ex parua (inquit) paruus infans* ἐν Διοδώρου, *in ædibus* Diodori *decidit, confregit autem mortiferè seu letaliter uertebram colli.* Et notabis, ἀστράγαλον, *hoc loco non significare talum, sed spinæ uertebras, quibus collũ incũbit. In ea significatione etiã* Homerus Odyss. κ. *usus est de Elpenore, qui pari modo de scala in præceps lapsus est.* ἐκ δέ οἱ αὐχὴν ἀστραγάλων ἐάγη, *collum autem ei ex uertebris confractum est.* δινηθεὶς προκάρηνος, *uolutatus autem, seu uertiginatus prono capite. postquam uidit suum dominum accurrentem. (Siquidem hæc uerba,* ἐπεὶ δ' ἴδε θεῖον ἄνακτα, *sic corrigenda sunt,* ἐπεὶ δ' ἴδε θ' εἷο ἄνακτα, *ut sit genitiuus ab* ὅς οὗ ἑο, & εἷο. *Esset enim non ferenda arrogantia, si* Diodorus *se ipse diuinum appellaret. fuit autem facilis lapsus ex his uerbis in illa, præsertim imperitis)* ἄνακτα *autem pro domino, etiam apud* Homerum *non semel accipi, omnibus notum esse opinor.* παιδνὰς, *pueriles ilico manus extendit.* ἀλλὰ σύ, *Precatur puluerem, ne pueri ossa grauet, sed parcat potius* διετοῦς κόρακος, *bimi corui, id est,* Aethiopis, *uel hoc nomine appellati.*

ΕΙΣ ΓΕΡΟΝΤΑΣ. 10.

Ἀδέσποτον.

Ἑξηκοντούτης Διονύσιος.) In Dionysium Tarsensem *sexagenarium, qui uxorem non duxerat.*

Ἐπὶ τῷ ἑαυτὸν θάψαντι πρὸ τελευτῆς.

Γήραϊ καὶ πενίῃ τετρυμμένος.) *In mendicũ et senem,*

qui

qui inedia contritus, ac molestia animi adductus, ultrò in sepulchrum descendit, ibiq; mortuus est. Hoc *si placet male uersum legere, accipe:*

Pauperie & senio consumptus, nemine quoquam
Auxilio misero subueniente mihi,
Ingressus tumulum, tremulis ego deniq; membris
Finiui uitæ tempora dura meæ.
Mutata umbrarum lex est mecum, nec obiui
Antè, dein tectus, sed tumulatus obi.

Λεωνίδου.

Η γρηῦς Νίκω.) *In uetulam uirginis sepulchrum coronantem, quod contrà fieri debebat. Quod poëta indigne ferens, quærit ex Orco, num hoc rectè iudicauerit.*

Αδέσποτον.

Εγὼ φιλαινὶς ἡ 'πίβωτος.) In *Philænidem castißimā mulierem, quam tamen* Polycrates *sophista (non ille* Cyprius, *qui* Ptolemæi *fuit educator, sed qui fuit tempore* Socratis, *contráq; eundem* Anito & Melito *accusationē composuit) probrosis scriptis ut meretricem traduxit.* In *cuius defensionem* Aeschrion *Samius (ut* Athenæus *libro octauo author est)hunc scazontem scripsit.* Quanquā *etiam* Lucianus *in amoribus hanc* Philænidem, *ut impudicam traxare uidetur.* Sed *quid, aut quem deorum & hominū ἀσυκόφαντον* Lucianus *reliquit? petit itaque* Philænis *hoc epigrammate à nautis, ne se traducant fidem habentes* Polycrati, *quem λόγῳ* ὀυ παιπάλημα *uocat, quod perinde ualet atq;* περίτριμμα τῆς ἀγορᾶς, *rabulam & uafrامentum fori.* Alioqui παιπάλημα, *idem est quod* παιπάλη, *melior pars seu flos farinæ.*

Αντι/

Ἀντιφίλου.

Νεκροδόκον κλιντῆρα.) in Philonem uespillonem seu pollinctorē, qui quū efferret loculo mortuū, lapsus sub pondere occubuit. νεκροδόκον, mortuorū susceptricē (aptū epithetō loculi, seu libytinæ) lecticā Philon senex tollens intus, ut acciperet mercedem diurnam, casu ex modico prolapsus, occubuit. erat enim aptus ad mortem. Vocabat autē canicies occasionem. Quem autem alijs ferebat loculū, ipse sibi ipsi grabatum senex inscius ferebat.

Ἀδηλοτόπου.

Τρεῖς ἐτέων δεκάδας.) Sexaginta annorū spacio humanā uitam sapientes uates mensi sunt, quo & se contentū esse dicit. Totius autem temporis optimam partem esse iuuentutis. Hoc epigramma etiam alibi explicatum est.

ΕΙΣ ΓΕΩΡΓΟΥΣ. 11.

Ἀδήλου.

Οὕτω πᾶς ἀπόλωλε.) Epigramma est contra rusticos, sepulturas mortuorū aratro eruentes, et proscindētes uomere: quibus minatur, etiā ipsos similia aliquando ab alijs perpessuros. Ita'ne, inquit, nihil amplius tibi superest ô rustice arandū? iam etiā sepulchra calcant boues? uomer autē (ὕννυς per υ in fine plerunq; reperi) inter mortuos: quid plus, scilicet inde expectatis? aut quantū illud triticū, quod ex cinere, non terra rapietis. Nō semper uiuetis, & uos alius arabit, tam malā omnibus sementē incipientes.

ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ. 12.

Λεωνίδου.

Τίς, τίνος εὖσα γύναι.) Hoc epitaphium, sicut pleraq; alia quæ hactenus annotauimus, est ἀμοιβαῖον, constans ex interrogatione & responsione. Ponitur autem

τῶσα pro οὖσα. In eodē uersu pro κοῖνα, emenda & scribe κίονα & notabis hic in fœminino genere poni, tametsi masculini quoq; sit generis. In quinto uersu in fine ἄτεκνος scribendū est. Cætera omnia plana. Est enim epitaphiū mulieris iuuenculæ, quæ partu perijt.

Διοσκορίδου.

Τὴν γοεραῖς πινύσασαν.) Eiusdem argumenti ferme cum superiore, in Eupolidis & Nicaretis filiam, quæ uiginti annos nata, cum geminis parturiēs perijt. Ordinem aduerte: Littora illa Libyes cis Nilum occultant, εἰκοσέτιν, uiginti annos natam Lamiscen, Nicaretis & Eupolidis filiam, genere Samiam, postremum spirantem lugubribus in doloribus cū geminis infantibus. Sed uos puellæ, quæ puellæ λεχώϊα δῶρα, munera quæ puerperæ dari solent, uel puerperæ conducentia, ferebatis, calidas lachrymas super frigidum sepulchrum fundite.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αρχέλεώ με δάμαρτα.) In Polyxenam Archelai Theodecti filiam, consimili casu absumptam. Loquitur autem ipsa Polyxena. ἔννεπε, dic, scilicet me Polyxenā Archelai Theodecti & αἰνοπαθοῦς, grauiter afflictæ Demaretes filiam. ὅσσον ἐπ᾽ ὠδῖσιν, id est quantum ad dolores partus pertinet, dic me etiam matrem. natum autem malus genius uel fatum præuenit, ita ut ne uiginti quidem dies ei concesserit. Ipsa uerò duodeuiginti annos nata occubui, nuper uel modò mater, nuper autem sponsa. πάντ᾽ ὀλιγοχρόνιος, in omnibus parum durans. Plena commiserationis sunt hæc epigrammata, & affectuum: miseras mulierculas adeò periculosis partubus esse obnoxias, ita ut non immerito Medea apud Euripidem dixerit,

πάντων

πάντων δ᾽ ὅσ᾽ ἔς᾽ ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει,
γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτόν.

Et cætera, quæ ucrißimè eo in loco deplorat. Quodq; ter malit stare in acie, quàm semel párere.

Εἰς τὴν πέραν κωνσαντινου/
πόλεως δάμαλιν.

Ἰναχίης οὐκ εἰμὶ βοὸς τύπος.) In Bosporo erat sta/ tua buculæ ærea posita. Hanc quidam existimabant esse si/ gnum Io, quæ à Iunone in uaccam fuerat commutata, traie ctoq; Bosporo dum eam Iuno persequeretur, in Aegyptum aufugerat. Sed statua negat eā se esse, ita dicēs: Nō sum for ma uel effigies Inachiæ bouis, uel uaccæ. nec à me uocatur ἀντωπὸν, obuium oculis, siue quod est in conspectu Bo/ sporium pelagus. Illam enim prius grauis ira Iunonis exa/ gitauit ad Pharum, id est Aegyptum. Ego autem sum Atti cū cadauer, uxor Charetis (fuit hic Imperator Athenienſiū contra Philippum Macedonem, qui multa promisit, & nil præstitit, ita ut eius prōpta, sed uana promissa, prouerbio lo cū fecerint, χάρητος ὑποσχέσεις.) Nauigabā aūt (inquit) quādo ille nauigabat hac, Philippicis aduersarius nauibus. Βοΐδιον ἤκουον ἐγὼ, bucula audiui ego, id est sic uoca/ ta sum. nūc aūt Charetis coniunx, utrisq; cōtinentibus dele/ ctor, et Asiæ atq; Europæ ibi enī Asia diuiditur ab Europa.

Μελεάγρου.

Οὐ γάμον, ἀλλ᾽ ἀΐδην.) In Clearisten, quæ quum pri ma nocte Venereum congressum, neq; rigidum mariti ha/ stile ferre posset, accepit eosdem tibicines ac tædas & fa/ ces ad lectum coniugalem & sepulchrum. Non nuptias, sed orcum sponsalem Clearisté accepit, uirginitatis uincu/ la quum solueret. Potes hanc orationem inuertere, quū ipsi

à marito solueretur uirginitatis cingulum, quod postea donabatur Dianæ Cinthiæ. Nuper enim uespertinæ nymphæ præ foribus sonabant tibiæ, & thalamorum(pro thalami) plaudebant postes. matutinum autem ululatum ediderunt, seu exclamauerunt, scilicet & fores & tibiæ. ἔνδε, quin etiam(hac particula utimur, rem aliquam exaggerantes) Hymenæus sedatus silentio, in lugubrem cantilenam mutatus est. Eædem autem piceæ, id est tedæ uel faces lucē prætendebant, (δᾳδουχεῖν, est prælucere, uel facem siue funale præferre) iuxta thalamū, & mortuæ ad inferos ostendebant uiam. Notabis tamen, δᾳδούχους etiā magistratus Athenis fuisse, qui in sacris Eleusinæ faces ferebant.

Φιλίππου.

Αρτι μὲν θαλάμοις.) Eiusdem est argumenti cum superiore. Secundus uersiculus in fine sic legēdus est, καὶ γαμικοῖς ὕμνος ἔχαιρε κρότοις, & nuptialibus plausibus gaudebat hymnus. Luctus autem Hymenæū lasciuienter iuit. Ipsa uerò misera nōdum perfectè, siue per omnia mulier aspiciebatur cadauer, id est mortua. O lachrymose Orce, cur maritum à sponsa dissoluisti, αὐτὸς, solus raptitijs lectis, id est connubijs uoluptatem capiens.

Αντιπάτρου σιδωνίου,
εἰς λαΐδα.

Τὴν καὶ ἅμα χρύσω.) Elegantißimum epigramma Antipatri Sidonij in Laïdem, quem Cicero uersus hexametros, aliosq; uarijs modis atq; numeris fudisse ex tempore testatur, tantumq; hominis ingeniosi ac memoris ualuisse exercitationē, ut quum se mente & uoluntate conie cisset in uersum, uerba sequerentur. Porrò Laïdē Thessalæ mulieres propter inuidiā in fano Veneris ξυλίναις χελώναις (ut refert

(ut refert Suidas)percussam occiderunt. Loquitur autem sepulchrum. Teneo(inquit)Laida illum & auro, & purpura, & cum Cupidine deliciantem, & tenera Venere delicatiorem, ciuem maritimæ Corinthi(ciuem dicit, nam patria fuit Sicula, ex Hyccaris ciuitate Siciliæ, authore Strabone.)Pirenes(qui fons est Corinthi limpidissimus)lucidis pellucidiorem liquoribus. Mortalé Venerem, ob quã proci nõ ignobiles plures, scilicet fuerũt, quàm puellæ gratia Tyndaridos, id est Helenæ. Decerpentes gratiasq́;, & emptibilẽ seu uenalẽ Venerẽ. cuius & bustũ olet odorifero croco. cuius adhuc fragrãti unguento infectũ, seu humidũ est os, pro ossa: & nitidæ suffitiũ anhelitũ spirant comæ. Pro qua pulchrũ laniauit os, uel faciem, spumigena, id est Venus. Et luctuosum singultiens ingemuit Cupido. Quod si nõ omnibus cõmunem seruã fecisset lucri gratia thorũ, id est si nõ passim omnes admisisset, & in quæstu formã habuisset, Græcia utiq; tanq̃ pro Helena, pro hac quoq; habuisset laborẽ, scilicet belli.

Γομωπιὸυ, εἰς τὸ αὐτό.

Ἡ τὸ καλὸν, καὶ πᾶσιν ἐράσμιον.)In eandem. Quæ pulchrè et amabiliter omnibus floruit, id est quæ omnes pulchritudinis et amabilitatis flores habuit, quæ sola gratiarũ flores decerpsit, id est quæ sola grata fuit. nõ amplius χρυσοχάλινον, auri infrenẽ, auricomũ solis cursum uidet(usus est hoc epitheto propter solis equos)sopita est, seu dormit somnũ omnibus dormiendũ. nocturnas lasciuias, et iuuenũ æmulationes, & amantiũ pruritus seu ardores, & mysticam lucernã, id est consciam secretorum Veneris, ἀπειπαμένη, quum abdicasset, uel recusasset.

Ἀγαθίου, εἰς τὸ αὐτό.

Ἔρπων εἰς ἐφύρην.) In eandem, epigramma planum

& facile. ἀμφικέλευθον, ambiuium, id est in biuio po/
situm. Siquidem ut Pausanias refert, ante urbem Corinthū cupressorum nemus est, Cranium appellatum, in quo Bel/
lerophontis est temenos, & Veneris Melanidis templum, ac Laidis tumulus, &c. χάραγμα, notamentum, id est epigrāma seu signum. ὦ πόσον ἠϊθέων νόον ἤκαχες, ô quantopere iuuenū mentem torsisti, uel cruciasti. sed ecce obliuionem habitas, elegantia formæ in terra deposita. Atta mē ipse Athenæus libro tredecimo dicit, eos αὐτοσχεδιάζειν, id est temere & perperam dicere, qui affirment eam in Cranio sepultā, quum in Thessalia iaceat. Nam si à mu/
lieribus Thessalicis, ligneis testudinibus occisa est, consentaneum uidetur, & eam in Thessalia esse humatam. idq; hoc confirmat epigrammate, quod & adscribere libuit:

Ἡ δέ ποθ᾽ ἡ μεγάλαυχος ἀνίκητός τε πρὸς ἀλκὴν
  Ἑλλὰς ἐδουλώθη κάλλεος ἰσοθέου
Λαΐδος· ἣν τέκνωσεν Ἔρως, θρέψεν δὲ Κόρινθος,
  κεῖται δ᾽ ἐν κλεινοῖς Θεσσαλικοῖς πεδίοις.

Græcia nullorum neq; ui, neq; Marte subacta,
  Laïdis eximio corpore uicta fuit.
Patre Cupidine nata deo, nutrita Corinthi,
  Quam tumulo clausam Thessalis ora tenet.

Ἀδέσποτον.

Ἀκμαίη πρὸς ἔρωτα.) In Patrophilā meretricē. O Pa/
trophila (inquit) uigens ad Cupidinem, et iucunda Veneris opera, hirquos dulces clausisti, extincta sūt philtra (amoris illecebræ) garrula, & cū cantu psalmus (instrumentū hoc loco significat) et poculorū affluētes propinatiōes. ô Orce δυσκίνητε, difficulter mobilis, cur peramabilē meretricē rapuisti: nunquid & tuam mentem Venus insanire fecit?

Φιλοδή/

Φιλοδήμου.

Ενθάδε τῆ τρυφερῆς.) In Trigonium meretriculam. Hic delicatæ mollis facies, hic iacet Trigonium ebriosarum dedicamentũ meretricũ. σαβάκος, Liber pater dicitur, & qui huius sequuntur orgia, quoque dicuntur σαβάκοι. Suidas σαβάκας σαλμακίδας simpliciter pro meretricibus exponit. De Salmace fonte Aphroditico, & homines effœminante, etiã in primo libro dictũ est. Cui tuguriũ & domus (δῶμος, pro δόμος) decuit, cui studiosa ioci garrula mater, scilicet fuit, quã amauit Theon (sophista quispiã, quorũ nonnullorũ Suda meminit.) quæ sola Veneris orgia præ cæteris mulieribus amauit, quæq; Laidis illecebras attigit. φῦε.) Ad terram poëta loquitur: producito supra cippum ô sacer puluis ministræ, et amatrici Liberi, non rubum, sed teneras albarum uiolarum baccas.

Θυίλλου.

Ηκροτάλοις ὀρχηστρίς.) In Aristion meretriculã. Quæ crepitaculis saltatrix Aristion, quæ circa incensas tædas, et apud Cybelẽ capilos abijcere, id est pãdere noscebat, (Hoc est, quæ in sacris Cybeles circa tædas accensas, quas tenebant, expansis crinibus sciebat saltare. nã per urbem discursabant.) quæ tibia cornuta agitabatur, quæ tres deinceps nouerat meri pateras χανδοποτεῖν, summis labijs potare, quod Terentius pitissare uocat. Hic sub ulmis requiescit, non ultrà amore, non amplius nocturnis delectatur laboribus. O lasciuiæ, ô furores longum ualete: operitur inferno, quæ prius coronarum floribus operiebatur.

Αδέσποτον.

Εἴκοσι καλλικράτεια.) Miræ uiuacitatis et fœcunditatis est hæc mulier Callicratea, quæ cũ uiginti nouẽ pueros

carens, diurnũ latratorem populi canem habens, id est philosophum Cynicum omnibus allatrare solitum. refert enim Diogenes, hunc cum primis libertate Cynica fuisse maledicum, et turbæ infestum.

Λεωνίδου.

Ἤδη μευ̃ τέτριπται.) *Hoc epitaphium per omnia cum superiori concordat. Iam meum (inquit) contritum est os.* ὑπεκκεκαλυμμένον, *subtus detectũ. In secundo versu pro* ἁρμονίης, *legendum est* ἁρμονίη τ', *harmoniaq́;, ô uir lapisq́; superincumbens. Iam & tibiæ subtus ex sepulchro splendent. quid plus terræ induamus? Siquidem hanc uiam ita præcipitem dissecuerunt homines, contra meũ caput euntes. Sed per Plutonem & Mercuriũ & noctem uos obsecro, declinate extra hanc uiam.* ἐγγαίων.

Διοσκορίδου.

Βάλλεθ' ὑπὲρ τύμβον.) *In Anaximenem, non illum philosophum Milesium, Anaximandri successorem, sed sacerdotem quendam, qui sacra Orphei celebrauit cum Thyadibus, quæ sacra dicuntur ipsius Cybeles. Alloquitur autẽ poeta Thyadas, quæ dictæ sunt à uerbo* θύω, *quod inter cætera significat etiam irruo. O Thyades,* ἄφετοι, *deo sacræ, spargite super tumulum cana lilia, & consueta tympana super cippum, id est sepulchrum Anaximenis rũpite, sonate: & circumuertite longa coma reuolutiones, id est saltate circa Strymoniã urbem, id est Amphipolim, quæ sic dicta est διὰ τὸ περιῤῥεῖσθαι τοῦ Στρυμόνος, ut Stephanus autor est.* ἣ, *quæ ciuitas Amphipolis.* γλυκερὰ πνεύσαντος, *suauiter modulante, scilicet Anaximene in uestris choreis sæpe ad molles, id est iucũdos modos illius saltauit.*

Λεωνίδου.

Λεωνίδου.

Αὐτὰ ἐπὶ κρήθωνος.) In hominem locupletißimum, sed in exiguo sepulchro reconditum. Solus super Crethonē ego lapis, nomen illius manifestans. Crethon autem in terra cinis, scilicet est. αὐτὰ, pro solus, sicut apud Homer. Qui prius Gygi par erat, æquabatur diuitijs. qui prius βουπάμμων, multarum opum possessor. βου particula auctiua, et πάσομαι, poßideo. μιθεῦμαι, pro μισθοῦμαι. ἐν πᾶσι μακαρτὸς, in omnibus beabilis, id est qui beatus dici potuit: Hei, ille quantam terræ particulam tenet? Idem omnibus usuuenit, quibus interdum amplißima regna, imò ne totus quidem orbis sufficit, demum minimo tumulo cum cæteris contenti esse coguntur.

Καλλιμάχου.

Δαίμονα τίς εὖ οἶδε τὸν αὔριον.) In puerum hodie sanū, & postridie mortuum. Crastinum fatum quis nouit? Epigramma planum & facile.

Θεοφάνους.

Ηρίον οὐκ ἐπὶ πατρί.) Cenotaphium est. nam pater Lysis soli nomini Mantithei facit inferias, quia demortui reliquias terra condere non licuit. Sic Aeneas apud Vergilium libro 6. dicit se Deiphobo erexisse cenotaphium:

Mihi fama suprema
Nocte tulit, fessum uasta te cæde Pelasgûm
Procubuisse, super confusæ stragis aceruum.
Tunc egomet tumulum Rheteo in littore inanem
Constitui, & magna manes ter uoce uocaui:
Nomen & arma locum seruant: te amice nequiui
Conspicere, & patria decedens ponere terra.

οὔνομα ταχύσας, *nomini factis inferijs, seu exequijs.* ἀ ταραχῆ *hoc uerbum tractum est, quod parentationes & exequiæ ferè nunquam sine tumultu & turbis fieri solebāt.*

Ἀντιπάτρου.

Κυλλήνην ὄρος.)*Carmen Phalecium, seu hendecasyllabum, in Apollodorum, à Pisa profectum, & fulmine exanimatum.* πίσσηθεν, *à Pisa, fons & locus, ubi Iouis templum erat extructū.* διόθεν, *à Ioue. Vltimus huius epigrammatis uersiculus claudicat, uno pede mutilatus. Tu uide quid commodißimè apponatur.*

ΕΙΣ ΑΡΧΑΙΟΥΣ ΤΙΝΑΣ. 7.

Εἰς κανδαύλην.

Ἀγαθίου.

Κανδαύλου τόδε σῆμα..)*Epitaphium Candaulæ Lydorum regis, qui à suo satellite Gyge iussu uxoris est occisus, quod eam nudam ipsi uidendam exhibuerat. Quam historiam luculentißimè simul & copiosißimè Herodotus statim in primi libri principio persequutus est.* ἀλιτραίνειν, *iniuriosè afficiendam. Nolebat enim duobus à uiris spectari, sed aut priorem habere, nempe Candaulā: aut scientem, id est uidentem se, Gygam scilicet. Mihi tamē omnino legendum esse uidetur* ἐφεσταμένον, *aßistentem. Quinti uersiculi principiū sic legendum est,* χρῆν ἄρα Κανδαύλην παθέειν κακόν. *Nā alludit poëta ad uerba Herodoti, qui sic scribit,* χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς, *Necesse enim erat Candaulæ male euenire. neq; enim sustinuisset aliàs alienis oculis propriam uxorem spectandam exhibere.* παρὰ γὰρ τοῖσι λυδοῖσι, σχεδὸν δὲ καὶ πᾶσιν ἄλλοισι βαρβάροισι, καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν, αἰσχύνην μεγάλην φέρει.

Εἰς σαρδανάπαλον.

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς.) Epitaphium Sardanapali regis Aſſyriorum, molliſsimi & effœminatiſsimi, quod à Cherilo poëta Alexandri magni tempore ſcriptum nonnulli ſuſpicātur. Qua in ſententia etiā Athenæū eſſe uideo, qui libro undecimo, Sardanapali ſepulchro ſcribit hæc uerba ἐπιγεγράφθαι ἐν στήλῃ λιθίνῃ χαλδαϊκοῖς γράμμασιν, ἃ μετενεγκεῖν χοιρίλον ἔμμετρα ποιήσαντα, εἶναι δὲ ταῦτα. ἐγὼ δὲ ἐβασίλευσα, καὶ ἄχρι ἑώρων τοῦ ἡλίου φῶς, ἔπιον, ἔφαγον, ἠφροδισίασα, εἰδὼς τόν τε χρόνον ὄντα βραχὺν, ὃν ζῶσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτον πολλὰς ἔχοντα μεταβολὰς καὶ κακοπαθείας· καὶ ὧν ἂν καταλίπω ἀγαθῶν, ἄλλοι ἕξουσι τὰς ἀπολαύσεις. διὸ κἀγὼ ἡμέραν οὐδεμίαν παρέλιπον τοῦτο ποιῶν. Prædicti autem uerſus citantur ab Atheneo libro octauo. ἔφυς, ſignificat naturaliter es, à natura. θυμὸν ἄεξε, auge animum, id eſt ſis læto animo: quoniam lætitia animus augetur, triſtitia diminuitur & conſumitur. Pro τέρπνα ἔδαεν, legendum & corrigendum eſt ἔπαθον. nam laſciuias & delectamenta non diſcimus, ſed illis iucundè & uoluptuoſè afficimur, quod etiam aliàs uno uerbo Græci uocant ἡδυπαθεῖν. Et in fine pro λέλειπται, Athenæus habet λέλυνται, ſoluta ſunt, id eſt finem acceperunt. Vltimum autem uerſiculum Athenæus rectius ſic legit, cui adiungit adhuc unum:

ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις, οὐδέποτ' αὐτῆς
λήσομαι· ἐκτήσθω δ' ὁ θέλων τὸν ἀπείρονα χρυσόν.

Idem author ait, Sardanapali ſepulchro et hæc uerba fuiſſe

 adſcripta

lapidem sit cõuersa. Quod propterea à poëtis fictum per/hibetur, quòd ipsa suam ipsius lapideam statuam super li berorum monumẽto posuerit. Vide Ouid. Metamorph. lib. 6. Alloquitur hoc epigrammate poëta Charõtem. νεκυόστολε πορθμεῦ, *ô mortuorum transuector suscipe, &c.* ταντχλίδος, *id est, Niobes Tantalo prognatæ. Dicitur etiam ab Ouidio Tantalis.*

Εἰς τὸ αὐτό, Λεωνίδου.

πέτρος ἔτ' ἐν σιπύλῳ.) *Nioben in marmor conuer/sam, etiamnũ lachrymãs emittere in Sipylo ciuitate Phry giæ, etiam Pausanias testis est: qui aliquando ad illam pe tram se accessisse dicit, sed cominus & in propinquo stanti nihil apparuisse, regresso & eminus spectanti mulierẽ la/chrymantẽ apparuisse. Tangit hoc etiam Ouid. his uerbis:*

Flet tamen, & circundata turbine uenti
In patriam rapta est: ibi fixa cacumine montis
Liquitur, et lachrymis etiam nunc marmora manant.

ἑπτὰ δὶς ὠδίνων, *bis septem parturiginum, id est, sep/tem natarum, et totidem iuuenum mortem lugens.* τίδ' ἀλαζόνα μῦθον, *Quorsum autem utebatur ita procaci & arroganti sermone in Deos. Linguæ petulantia non pa rum multis certum attulit exitium, proinde moderãda est, et audienda nobis Mineruа apud Sophoclem, ita Vlyssem sapienter & salubriter admonens:*

τοιαῦτα τοίνυν εἰσορῶν, ὑπέρκοπον,
μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεὸς ἔπος,
μηδ' ὄγκον ἄρῃς μηδέν', εἴ τινος πλέον
ἢ χειρὶ βρίθεις, ἢ μακροῦ πλούτου βάθει,
ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν

Καλλιμάχου, εἰς τὸ αὐτό.

Τίμων, οὐ γὰρ ἔτ' ἐσσί.) Quærit ex eo, utrum lumen an tenebræ ipsi sint odiosiores? Respondet, tenebræ: propterea quod plures sint apud inferos, quàm superos, quum ipse utosor hominum auersetur frequentiã. Cæterum ἐχθρός, pro ἔχθιον est positũ, positiuus pro comparatiuo. Præterea infernus à Græcis τόπος πλειόνων dicitur, quod & præsens epigramma uidetur innuere.

Ἡγησίππου, εἰς τὸ αὐτό.

Ὀξεῖαι πάντη περὶ τὸν τάφον.) Plutarchus in uita Antonij, sicut dixi, & huius epigrammatis posteriores duos uersiculos ait esse Callimachi, quẽ uidere potes. Hoc epitaphium sic transtuli;

Et spinæ atq; pali paßim hoc sepsere sepulchrum,
Erecti: lædes, si aggrediare, pedes.
Timon in hoc habitat, tu porrò perge uiator,
Flere iubens omnes carpe uiator iter.

Cæterum εἶπας in ultimo uersu non debet habere accentũ circumflexum, sed acutum.

Ἀντιπάτρου σιδωνίου, εἰς τὸν βασιλέα πτολεμαῖον.

Μυρία τοι πτολεμαῖε.) Hoc epigramma ualde planũ & facile exercitij gratia sic Latinum fecimus:

Multum te Ptolemæe pater, multum inclyta mater
Luxit, inornatas dilaniata comas.
Te tuus omnimodis lachrymis defleuit alumnus,
Immundo fœdans puluere caniciem.
Aegyptus molles uulsit pullata capillos,
Constat & Europes ingemuisse domum.

Lucida quin etiam tenebris est condita Phœbe,
Astraq; cœlestes deseruêre uias.
Letali iuuenis cecidisti peste prius, quàm
Arriperes tenera sceptra paterna manu.
At non extinctum retinent te tartara, tales
Reges non orcus, sed Iouis aula fouet.

Ομήρου.

Χαλκῆ παρθένος εἰμί.) *Grammatici uolunt hoc epigramma omnium primum fuisse, unde cæteri poëtæ scribendorum epigrammatũ exemplũ sumpserũt. facit huius mentionem Herodotus in libello de uita et educatione Homeri, cuius etiam esse asserit. Quanquã Diogenes Laërtius hoc Cleobulo tribuat, nescio qbus cõiecturis adductus. Equidẽ Ioannes Grammaticus pro carmine quadrato citat primo Analyticorum posteriorum tractatu, etiam Homeri nomine, de circulari demonstratione. ubicunq; enim inceperis, sensus carminis commodissime quadrat. Eius autem uersionem habes apud Laërtium. Scriptum est autem in Midam, ciuẽ Cumæ ciuitatis Aeoliæ, uel (ut Herodotus uult) in Midam regem Phrygiæ, &c.*

Αδηλου.

Τρηχείην κατ' ἐμεῦ.) *Et hoc epitaphiũ propter morũ asperitatem Timonis, latinum facere libuit, non quod illius inhumanitate, sed epitaphij elegantia sim delectatus. Quis enim tam agresti bellua delectaretur ad humanitatem natus: uersio nostra sic habet:*

Vndiq; spinosis me uepribus obrue puluis:
Obsere uulnificis & mea busta rubis.
Ne qua super uolucris leuiter uestigia firmet:
Solus ego in solo quæro iacere loco.

Quippe

Quippe homines odi, nos illi odere uicißim:
Vmbra nec inferno ſum genuina Ioui.
Sed neq; me ſaluere iube, ſed cede uiator:
Si non ridebis, tunc ego ſaluus ero.
Ergo etiam immitis Timon eſt mortuus? heus tu
Cerbere, ne morſu te petat ille, caue.
Quicunq; in triuijs me mortuum humauit, acerba
Paſſus, in exigua nec tumuletur humo.
At qui me uita functum dicuntq;, uocantq;,
Illorum nunquam dulciter oſſa cubent.

Ἰουλιανοῦ.

Ἰουλιανὸς μετὰ τίγριν.) *Iulianus Apoſtata de ſe magnificentius hæc quàm uerius iactauit. Siquidem nec ſtrennuus erat prælio (ut Saluſtij uerbis utar) nec bonus conſilio, ſed domi & foris iuxtà inutilis. Secundus uerſiculus ſumptus eſt ex tertio Iliados, ſcriptus de Agamemnone, quem Alexander magnus omniũ maxime probaſſe perhibetur.*

Γαιτουλίου.

Παίδων μηδείης.) *In Mediæ filios à matre occiſos, propter Glaucen Creontis regiam filiam, quam Iaſon repudiata Medea duxerat in matrimonium: qua de eſt elegantißima apud Euripidem tragœdia Medea.* πυρίπνους, *ignem ſpirans, id eſt ardens & uehemens æmulatio.* θυμ', *ſacrificium, mactationem, id eſt quòd à matre ſint mactati.* μειλίγματα, *demulcimenta, mitigationes, placationes. à* μειλίσσομαι, *quod eſt in beneuolentiam reducere, & mitigare.* σισυφὶς αἶα, *id eſt Corinthus, à rege Siſypho ſic dicta,* ἀμείλικτου, *immitis, duræ, &c.*

Θεοδώρου τοῦ ἄνθου.

Νηλειὴς ἀΐδης ἐπὶ σοὶ δ'.) *Sequẽtes ſex uerſiculi uſq; ad pro/*

ad proximum titulum mihi unum epigramma esse uiden/ tur. neq; tamen inique passurus sum, si quis secus senserit. Sunt autem scripti in Tityrum mimum & gesticulatorem, qui νεύμασιν ἀφθόγγοις, *id est tacitis gestibus comœdias aut tragœdias repræsentabat. Qualem apud latinos Ciceronis tempore Mimum Roscium fuisse accepimus. Dicit itaq; epitaphiũ, huius Tityri artificio & orcum esse delectatum, & iam mortuorum* μιμολόγον *esse factum.*

σιγᾷς τὸ χάλκεον, *ferreum taces, id est planè instar mortui, non ut uiuus. quemadmodum* χάλκεον ὕπνον, *ferreum somnum dicuntur dormire mortui: nec ultrà nobis repræsentas priscorum hominum imagines tacitis nutibus. Nunc ô beatißime silentium tuum odiosum est, quo prius demulcebamur, id est delectabamur. Qui Tityrũ et Chrysseomatum pro duobus Mimis mauult intelligere, patiatur segregata epigrammata.*

ΕΙΣ ΑΥ̓ΛΗΤΑΣ. 8.

Ἀδήλου.

Ορφεὺς μὲν κιθάρῃ.) *In Telephanem tibicinem, quem tantum laudis tibia assequutũ esse testatur, quantum Orpheus cithara, Nestor eloquentia, Epeus ar/ chitectura, Homerus omnijuga cruditione sibi parauerũt.*

Ἀδέσποτον.

Ἑλλὰς μὲν, θήβας.) *Thebani propter Amphionem optimi tibicines ab omnibus Græcis semper sunt habiti. At illi primas in hoc musico artificio Pronomo detulerunt.*

Ἀρχίου.

Αἰωρῆ θηρὸς ὑμένος ὁ μενος.) *In Marsiam Satyrum, qui ausus fuit cõtendere cum Apolline, cõtra quem Musæ sententiã tulerunt. De quo etiam alibi. Loquuntur aũt Nym*

phæ

phæ pendenti insultantes, propter temerariam audaciã. τλᾶμον, ô miser, pendes, inquit, sublatus ex densa quercu in aura loris cæsus ferinum corpus pendes. Cum Phœbo in iniustum certamen stetisti, ô Satyre, habitans in cacumine Celænitis. Tuæ autem tibiæ uocem mellisonam (εἰρωνικῶς intellige) nõ amplius Nymphæ, sicut prius in Phrygijs mõtibus, audiemus.

ΕΙΣ ΒΡΕΦΗ. 9.

Ποσειδίππου.

TΟν παίζοντα περὶ φρέαρ.) In puerum nomine Astyanacta, trimũ, ludentem circa os putei, qui suæ formæ imagine in aqua resplendente delectatus, cecidit in puteum, & semiuiuus extractus νύμφας οὐκ ἐμίηνεν, aquas non contaminauit, suo funere, sed in matris genubus expirauit. ἐμίηνεν, est à uerbo μιαίνω, polluo, contamino.

Λουκιανοῦ.

παῖδά με πανταέτηρον.) Puer loquitur, uetans ne quis ipsius mortem defleat, propterea quòd tametsi parum temporis uixerit, parum etiam malorum huius ærumnosæ uitæ gustauerit. Est epigramma multæ elegantiæ: quod sic, si placuit, legas latine:

Quinquennem Pluto rapuit me sæuus acerbo
Curarum expertem funere Callimachum.
Parce tamen lachrymis: modico si tempore uixi,
Et modicæ uitæ, nec mala multa tuli.

Αδήλου.

Αδη ἀλιτάνευτε, καὶ ἄτροπε.) Indignatur poëta morti, de immaturo obitu pueri Callæschri: qui tametsi Proserpinæ futurus sit ludicrũ, graues tamen dolores suis reliquit. Αδη ἀλιτάνευτε, O Orce, seu ô mors, multis

precibus superabilis, à λιτανεύω oro, rogo. ἀλιτάνευτος, inexorabilis. ἄτροπε, immutabilis: qui à proposito suo flecti & retrahi non potest, proprie dicitur ἄτροπος, &c. nam plana sunt.

Μακεδονίου.

Γαῖα καὶ εἰλείθυια.) Alloquitur terram & Lucinam infans, quibus utrisq; satisfecit: si quidem & natus est, & mox sepultus, id quod quidam philosophorum fœlicißimũ esse existimant. O uitam nostram ter miserandã. Epigramma facile est.

Αγαθίου.

Αἴβαλε μηδ' ἐγένοντο γάμοι.) Optat poëta nunquam inuentas fuisse nuptias, & toros coniugales. ita enim futurum esset, ut ne qua fieret occasio dolorũ parturientibus. Nũc aũt (inquit in tertio uersu) ter misera mulier pariẽs sedet, at uẽtri δυσκόλπῳ, difficiles sinus ad enitendũ puerum habenti, mortuus inest infans. τρισσὴ δ' ἀμφιλύκη, tria crepuscula, id est tres dies cursum perfecerunt, ex quo (pro ἐξότου, legendũ est ἐξότε, si uis uersiculũ emendatum esse) infans inefficaci spe paritur. Et quia mater in nixu cum infante demum mortua est, precatur infanti leuem uentrem, quem pro sepulchro sit habiturus. κούφη, inquit, leuis tibi existat uenter ô infans, pro puluere. ipse enim te fert, & terra non eges.

Αντιπάτρου.

Τὸν μικρὸν Κλεόδημον.) In infantem raptum à uento Borea de tabula nauis, & in mari deturbatum. θρῆιξ, Thracius boreas. ἰνοῖ, ô Ino. Stomachatur poëta in eam, quod Melicertæ æqualem & coætaneum seruare non sustinuerit. ἀνοικτίρμων, inmisericors.

Διοδώ/

Διοδώρου.

Καλλίμαχος ἐξ ὀλίγης.) Diodorus compoſuit hoc epigramma in puerum ſuum, cuius interitũ ipſo carmine explicat. Scala ex parua (inquit) paruus infans ἐν Διοδώρου, in ædibus Diodori decidit, confregit autem mortiferè ſeu letaliter uertebram colli. Et notabis, ἀστράγαλον, hoc loco non ſignificare talum, ſed ſpinæ uertebras, quibus collũ incũbit. In ea ſignificatione etiã Homerus Odyſ. κ. uſus eſt de Elpenore, qui pari modo de ſcala in præceps lapſus eſt. ἐκ δέ οἱ αὐχὴν ἀστραγάλων ἐάγη, collum autem ei ex uertebris confractum eſt. δινηθεὶς προκάρηνος, uolutatus autem, ſeu uertiginatus prono capite. poſtquam uidit ſuum dominum accurrentem. (Siquidem hæc uerba, ἐπεὶ δ' ἴδε θεῖον ἄνακτα, ſic corrigenda ſunt, ἐπεὶ δ' ἴδε θ' εἷο ἄνακτα, ut ſit genitiuus ab ὅς οὗ ἑο, & εἷο. Eſſet enim non ferenda arrogantia, ſi Diodorus ſe ipſe diuinum appellaret. fuit autem facilis lapſus ex his uerbis in illa, præſertim imperitis) ἄνακτα autem pro domino, etiam apud Homerum non ſemel accipi, omnibus notum eſſe opinor. παιδνὰς, pueriles ilico manus extendit. ἀλλὰ σύ, Precatur puluerem, ne pueri oſſa grauet, ſed parcat potius διετοῦς κόρακος, bimi corui, id eſt, Aethiopis, uel hoc nomine appellati.

ΕΙΣ ΓΕΡΟΝΤΑΣ. 10.

Αδέσποτον.

Ἑξηκοντούτης Διόνυσιος.) In Dionyſium Tarſenſem ſexagenarium, qui uxorem non duxerat.

Ἐπὶ τῷ ἑαυτὸν θάψαντι πρὸ τελευτῆς.

Γηραιὴ καὶ πενίη τετρυμμένος.) In mendicũ et ſenem, qui

Ἀντιφίλου.

Νεκροδόκον κλιντῆρα.) in Philonem uespillonem seu pollinctorē, qui quū efferret loculo mortuū, lapsus sub ponde re occubuit. νεκροδόκον, mortuorū susceptricē (aptū epitheto loculi, seu libytinæ) lecticā Philon senex tollens intus, ut acciperet mercedem diurnam, casu ex modico prolapsus, occubuit. erat enim aptus ad mortem. Vocabat autē canicies occasionem. Quem autem alijs ferebat loculū, ipse sibi ipsi grabatum senex inscius ferebat.

Ἀδεσπότου.

Τρεῖς ἐτέων δεκάδας.) Sexaginta annorū spacio humanā uitam sapientes uates mensi sunt, quo & se contentū esse dicit. Totius autem temporis optimam partem esse iuuentutis. Hoc epigramma etiam alibi explicatum est.

ΕΙΣ ΓΕΩΡΓΟΥΣ. 11.

Ἀδήλου.

Οὕτω πᾶς ἀπέλωλε.) Epigramma est contra rusticos, sepulturas mortuorū aratro eruentes, et proscindētes uomere: quibus minatur, etiā ipsos similia aliquando ab alijs perpessuros. Ita'ne, inquit, nihil amplius tibi superest ô rustice arandū ? iam etiā sepulchra calcant boues? uomer autē (ὕννυς per υ in fine plerunq; reperi) inter mortuos: quid plus, scilicet inde expectatis? aut quantū illud triticū, quod ex cinere, non terra rapietis. Nō semper uiuetis, & uos alius arabit, tam malā omnibus sementē incipientes.

ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ. 12.

Λεωνίδου.

Τίς, τίνος εὖσα γύναι.) Hoc epitaphium, sicut pleraq; alia quæ hactenus annotauimus, est ἀμοιβαῖον, constans ex interrogatione & responsione. Ponitur autem

τὖσα pro οὖσα. In codẽ uersu pro κοῖνα, emenda & scribe κίονα. & notabis hic in fœminino genere poni, tametsi masculini quoq; sit generis. In quinto uersu in fine ἄτεκνος scribendũ est. Cætera omnia plana. Est enim epitaphiũ mulieris iuuenculæ, quæ partu perijt.

Διοσκορίδου.

Τὴν γοεραῖς πνεύσασαν.) Eiusdem argumenti fermè cum superiore, in Eupolidis & Nicaretis filiam, quæ uiginti annos nata, cum geminis parturiẽs perijt. Ordinem aduerte: Littora illa Libyes cis Nilum occultant, εἰκοσέτην, uiginti annos natam Lamiscen, Nicaretis & Eupolidis filiam, genere Samiam, postremum spirantem lugubribus in doloribus cũ geminis infantibus. Sed uos puellæ, quæ puellæ λεχώϊα δῶρα, munera quæ puerperæ dari solent, uel puerperæ conducentia, ferebatis, calidas lachrymas super frigidum sepulchrum fundite.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αρχέλεώ με δάμαρτα.) In Polyxenam Archelai Theodecti filiam, consimili casu absumptam. Loquitur autem ipsa Polyxena. ἔννεπε, dic, scilicet me Polyxenã Archelai Theodecti & αἰνοπαθοῦς, grauiter afflictæ Demaretes filiam. ὅσσον ἐπ' ὠδῖσιν, id est quantum ad dolores partus pertinet, dic me etiam matrem. natum autem malus genius uel fatum præuenit, ita ut ne uiginti quidem dies ei concesserit. Ipsa uerò duodeuiginti annos nata occubui, nuper uel modò mater, nuper autem sponsa. πάντ' ὀλιγοχρόνιος, in omnibus parum durans. Plena commiserationis sunt hæc epigrammata, & affectuum: miseras mulierculas adeò periculosis partubus esse obnoxias, ita ut non immerito Medea apud Euripidem dixerit,

πάντων

πάντων δ' ὅσ' ἐς' ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει,
γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτόν.

Et cætera, quæ uerißimè eo in loco deplorat. Quódq; ter malit stare in acie, quàm semel párere.

Εἰς τὴν πέραν κωνσαντινου/
πόλεως δάμαλιν.

Ιναχίης οὐκ εἰμὶ βοὸς τύπος.) In Bosporo erat sta/tua buculæ ærea posita. Hanc quidam existimabant esse si/gnum Io, quæ à Iunone in uaccam fuerat commutata, traie/ctóq; Bosporo dum eam Iuno persequeretur, in Aegyptum aufugerat. Sed statua negat eã se esse, ita dicẽs: Nõ sum for/ma uel effigies Inachiæ bouis, uel uaccæ. nec à me uocatur αντωπὸν, obuium oculis, siue quod est in conspectu Bo/sporium pelagus. Illam enim prius grauis ira Iunonis exa/gitauit ad Pharum, id est Aegyptum. Ego autem sum Atti cũ cadauer, uxor Charetis (fuit hic Imperator Atheniensiũ contra Philippum Macedonem, qui multa promisit, & nil præstitit, ita ut eius prõpta, sed uana promissa, prouerbio lo cũ fecerint, χάρητος ὑποσχέσεις.) Nauigabã aũt (inquit) quãdo ille nauigabat hac, Philippicis aduersarius nauibus. Βοΐδιον ἤκουον ἐγὼ, bucula audiui ego, id est sic uoca/ta sum. nũc aũt Charetis coniunx, utrisq; cõtinentibus dele/ctor, et Asiæ atq; Europæ ibi enĩ Asia diuiditur ab Europa.

Μελεάγρου.

Οὐ γάμον, ἀλλ' ἀΐδην.) In Clearisten, quæ quum pri ma nocte Venereum congressum, neq; rigidum mariti ha/stile ferre posset, accepit eosdem tibicines ac tædas & fa/ces ad lectum coniugalem & sepulchrum. Non nuptias, sed orcum sponsalem Clearistæ accepit, uirginitatis uincu/la quum solueret. Potes hanc orationem inuertere, quũ ipsi

à marito solueretur uirginitatis cingulum, quod postea do nabatur Dianæ Cinthiæ. Nuper enim uespertinæ nymphæ præ foribus sonabant tibiæ, & thalamorum(pro thalami) plaudebant postes. matutinum autem ululatum ediderunt, seu exclamauerunt, scilicet & fores & tibiæ. ἔνδε, quin etiam(hac particula utimur, rem aliquam exaggerantes) Hymenæus sedatus silentio, in lugubrem cantilenam mutatus est. Eædem autem piceæ, id est tedæ uel faces lucē prætendebant, (δᾳδουχεῖν, est prælucere, uel facem siue funale præferre) iuxta thalamū, & mortuæ ad inferos ostendebant uiam. Notabis tamen, δᾳδούχους etiā magistratus Athenis fuisse, qui in sacris Eleusinæ faces ferebant.

Φιλίππου.

Αρτι μὲν θαλάμοις.) Eiusdem est argumenti cum superiore. Secundus uersiculus in fine sic legēdus est, καὶ γαμικοῖς ὕμνος ἔχαιρε κρότοις, & nuptialibus plausibus gaudebat hymnus. Luctus autem Hymenæū lasciuienter iuit. Ipsa uerò misera nōdum perfectè, siue per omnia mulier aspiciebatur cadauer, id est mortua. O lachrymose Orce, cur maritum à sponsa dissoluisti, αὐτὸς, solus raptitijs lectis, id est connubijs uoluptatem capiens.

Αντιπάτρου σιδωνίου,
εἰς λαΐδα.

Τὴν καὶ ἅμα χρυσῷ.) Elegantißimum epigramma Antipatri Sidonij in Laïdem, quem Cicero uersus hexametros, aliosq; uarijs modis atq; numeris fudisse ex tempore testatur, tantumq; hominis ingeniosi ac memoris ualuisse exercitationē, ut quum se mente & uoluntate conieciſſet in uersum, uerba sequerentur. Porrò Laidē Thessalæ mulieres propter inuidiā in fano Veneris ξυλίναις χελώναις (ut refert

(ut refert Suidas)percussam occiderunt. Loquitur autem sepulchrum. Teneo(inquit)Laida illam & auro, & purpura, & cum Cupidine deliciantem, & tenera Venere delicatiorem, ciuem maritimæ Corinthi(ciuem dicit, nam patria fuit Sicula, ex Hyccaris ciuitate Siciliæ, authore Strabone.)Pirenes(qui fons est Corinthi limpidissimus)lucidis pellucidiorem liquoribus. Mortalē Venerem, ob quā proci nō ignobiles plures, scilicet fuerūt, quàm puellæ gratia Tyndaridos, id est Helenæ. Decerpentes gratiasq́;, & emptibilē seu uenalē Venerē. cuius & bustū olet odorifero croco. cuius adhuc fragrāti unguento infectū, seu humidū est os, pro ossa: & nitidæ suffititiū anhelitū spirant comæ. Pro qua pulchrū laniauit os, uel faciem, spumigena, id est Venus. Et luctuosum singultiens ingemuit Cupido. Quod si nō omnibus cōmunem seruā fecisset lucri gratia thorū, id est si nō passim omnes admisisset, & in questu formā habuisset, Græcia utiq; tanq̄ pro Helena, pro hac quoq; habuisset laborē, scilicet belli.

Πομπηΐϐ, εἰς τὸ αὐτό.

Η τὸ καλὸν, καὶ πᾶσιν ἐράσμιον.)In eandem. Quæ pulchrè et amabiliter omnibus floruit, id est quæ omnes pulchritudinis et amabilitatis flores habuit, quæ sola gratiarū flores decerpsit, id est quæ sola grata fuit. nō amplius χρυσοχάλινον, auri infrenē, auricomū solis cursum uidet(usus est hoc epitheto propter solis equos)sopita est, seu dormit somnū omnibus dormiendū. nocturnas lasciuias, et iuuenū æmulationes, & amantiū pruritus seu ardores, & mysticam lucernā, id est consciam secretorum Veneris, ἀπείπαμένη, quum abdicasset, uel recusasset.

Αγαθίϐ, εἰς τὸ αὐτό.

Ερπων εἰς ἐφύρην.) In eandem, epigramma planum

& facile. ἀμφικέλευθον, ambiuium, id est in biuio positum. Siquidem ut Pausanias refert, ante urbem Corinthū cupressorum nemus est, Cranium appellatum, in quo Bellerophontis est temenos, & Veneris Melanidis templum, ac Laidis tumulus, &c. χάραγμα, notamentum, id est epigrāma seu signum. ὢ πόσον ἠϊθέων νόον ἤκαχες, ô quantopere iuuenū mentem torsisti, uel cruciasti. sed ecce obliuionem habitas, elegantia formæ in terra deposita. Attamē ipse Athenæus libro tredecimo dicit, eos αὐτοσχεδιάζειν, id est temere & perperam dicere, qui affirment eam in Cranio sepultā, quum in Thessalia iaceat. Nam si à mulieribus Thessalicis, ligneis testudinibus occisa est, consentaneum uidetur, & eam in Thessalia esse humatam. idq; hoc confirmat epigrammate, quod & adscribere libuit:

Ἧς δέ ποθ' ἡ μεγάλαυχος ἀνίκητός τε πρὸς ἀλκὴν
　　Ἑλλὰς ἐδουλώθη κάλλεος ἰσοθέου
Λαΐδος, ἣν τέκνωσεν ἔρως, θρέψεν δὲ Κόρινθος,
　　κεῖται δ' ἐν κλεινοῖς Θετταλικοῖς πεδίοις.

Græcia nullorum neq; ui, neq; Marte subacta,
　　Laïdis eximio corpore uicta fuit.
Patre Cupidine nata deo, nutrita Corinthi,
　　Quam tumulo clausam Thessalis ora tenet.

Ἀδέσποτον.

Ἀκμαίη πρὸς ἔρωτα.) In Patrophilā meretricē. O Patrophila (inquit) uigens ad Cupidinem, et iucunda Veneris opera, hirquos dulces clausisti, extincta sūt philtra (amoris illecebræ) garrula, & cū cantu psalmus (instrumentū hoc loco significat) et poculorū affluētes propinatiōes. ô Orce δυσκίνητε, difficulter mobilis, cur peramabilē meretricē rapuisti: nunquid & tuam mentem Venus insanire fecit?

Φιλοδή-

Φιλοδήμου.

Ενθάδε τὸ τρυφερῆς.) In Trigonium meretriculam. Hic delicatæ mollis facies, hic iacet Trigonium ebriosarum delicamentũ meretricũ. σαββακος, Liber pater dicitur, & qui huius sequuntur orgia, quoque dicuntur σαβακοὶ. Suidas σαβακὰς σαλμακίδας simpliciter pro meretricibus exponit. De Salmace fonte Aphroditico, & homines effœminante, etiã in primo libro dictũ est. Cui tuguriũ & domus (δῶμος, pro δόμος) decuit, cui studiosa ioci garrula mater, scilicet fuit, quã amauit Theon (sophista quispiã, quorũ nonnullorũ Suda meminit.) quæ sola Veneris orgia præ cæteris mulieribus amauit, quæq; Laidis illecebras attigit. φῦε.) Ad terram poëta loquitur: producito supra cippum ô sacer puluis ministræ, et amatrici Liberi, non rubum, sed teneras albarum uiolarum baccas.

Θυίλλου.

Η κροτάλοις ὀρχηστρὶς.) In Aristion meretriculã. Quæ crepitaculis saltatrix Aristion, quæ circa incensas tædas, et apud Cybelẽ capilos abijcere, id est pãdere noscebat, (Hoc est, quæ in sacris Cybeles circa tædas accensas, quas tenebant, expansis crinibus sciebat saltare. nã per urbem discursabant.) quæ tibia cornuta agitabatur, quæ tres deinceps nouerat meri pateras χίλοποτεῖν, summis labijs potare, quod Terentius pitissare uocat. Hic sub ulmis requiescit, non ultrà amore, non amplius nocturnis delectatur laboribus. O lasciuiæ, ô furores longum ualete: operitur inferno, quæ prius coronarum floribus operiebatur.

Αδιέσποτον.

Εἴκοσι καλλικράτια.) Miræ uiuacitatis et fœcunditatis est hæc mulier Callicratea, quæ cũ uiginti nouẽ pueros

esset enixa, & quinque supra centum annos egressa, nullam tamen senectutis sensit molestiam. Hoc epigrãma Ausonius sic transtulit:

Viginti atq; nouem genitrici Callicrateæ,
Nullius sexus mors mihi uisa fuit.
Sed centum & quinq; expleui bene messibus annos,
In tremulam baculo non subeunte manum.

Αδέσποτον.

Αδ᾽ ἐγὼ ἡ περίβωτος.) *In eandem, hoc nomine maximè celebrem, quod sub uno marito tam numerosam sobolem produxerit.*

Εἰς τὰς λυκαμβίδας.

Διοσκορίδου.

Οὐ μὰ τόδε φθιμένων σέβας ὅρκιον.) *In filias Lycambæ, quæ, quamobrem se suspenderint, purgant se, non quòd cum Archilocho stuprum perpetrauerint, sicut quidam falsò suspicabantur: sed ignominiosam infamiam, qua eius maledicis & uirulentis carminibus affectæ fuerant, ferre æquo animo non poterant. Siquidem Archilochus Lycamben socerum, à quo contumeliose repudiatus fuerat, eiusq; filias ita uirulentis uersibus insectatus esse dicitur, ut & pater & filiæ contumeliarum impatientes, se laqueo præfocauerint. Proinde iurant per reuerendum mortuorum iusiurandum, quòd, quanquam infamia notatæ sint, neque tamen uirginitatem deturpauerint, neq; parentes, neq; patriam Paron insulam celeberrimam, sed generis sui probrum & ignominiam, quam in eas Archilochus euomuerat, ferre non potuerint.*

Αδέσποτον, εἰς τὸ αὐτό.

Ἀρχίλοχον μὰ θεούς.) *Idem protestantur etiã hoc epigrammate,*

grammate, se neq; in Platæis uidisse Archilochum, nec in Iunonis delubro cum eo concubuisse. Nam si stupri consuetudinem Archilochus cum ipsis habere uoluisset, nunquam legitimos liberos ex eis habere concupiuisset: hoc est, nunquam honeste earum nuptias ambiuisset.

Ἀδήλου, εἰ τὸ αὐτό.

Δεξ τεξιὴν χεῖρα ϑ. ὑ χέρα.) Et hoc est eiusdem generis. iurant enim per dextram Plutonis, & per nigra strata arcanæ Proserpinæ, se reuera etiã sub terra esse uirgines, multa autem turpia probra in ipsarum uirginitatem euomuisse Archilochum: ac uirtutem poëticam non uirorum fortium præclaris factis laudandis impendisse, sed potius ad bellum fœmineum conuertisse. Postremo Musas increpant, quod maledicos & contumeliosos iambos in eas uerterint, mordaci & spurciloquo uiro gratificantes.

Ἀντιπάτρου.

Τὰν μὲν ἀεὶ πολύμυθον.) In Bittidẽ, cuius sepulchro quatuor signa insculpta erant: quæ explicans, naturam & ingenium eius poëta ostendit. Semper multiloquam ostendit pica, ebrietatis alumnam patera: Cretensem, arcus, pensa, seu lanæ, operosam seu industriam. Talem hoc se pulchrum σκαλευργὸς, id est columna exornatum Bittida occuluit illam nigrore pollutam, nouitiam uxorem (si nõ subest in his uerbis menda) Sed ô uir, & salue, & euntibus in infernum eandem uerborum gratiam redde.

Εἰς γυναῖκα, ἥ τις ἐκαλεῖτο φιδίς, ἀλκαίου.

Δίζημαι κατὰ θυμὸν.) Quæro in animo, inquit, cuius gratia παροδῖτις λίθος, obuius lapis duplex φ duntaxat literam fortitus est, lapicidinis scalptris insculptam.

Nunquid mulieri sub terra occultatæ Chilias erat nomen. Hoc enim annunciat, si sumetur in unum numerus (nam φ per se significat 500. duplicata fiunt mille.) Aut hoc qui dem, id est hæc mea interpretatio non iuit ad rectam uiam, id est, Hoc non recte conieci. Illa miserabile habitans sepulchrum existebat φidis. nunc Sphingis ænigmata Oedipus animaduerti. Laudabilis ingenio ille, qui ex duplici nota elaborauit illud ænigma, lucē ingeniosis, hebetibus aūt tenebras.

Λεωνίδου.

Αὐτὰ τιμόκλει, αὐτὰ φιλώ.) *Trium filiarū Aristodici, quæ omnes pariter partu interierunt, epitaphium.*

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ, ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ μητρὶ, ἐκδιμένη ἐν βυζαντίῳ.

Ω ξένε, τί κλαίεις?) *Agathius Scholasticus, qui primus hæc epigrammata collegit, hoc epitaphium in memoriam suæ ipsius matris conscripsit. Est autem ualde modestum, & nimis apertum. Itaq; plura interpretationis gratia non addemus. Nam de hoc Agathio pleraque etiam in principio admonuimus.*

Μελεάγρου.

Δάκρυά σοι καὶ νέρθεν.) *Haud dubie Meleager omnium epigrammatariorum uetustißimus, hoc epitaphium in suam ipsius uxorem composuit. est enim plenum maximis & ardentißimis affectibus, quibus non nisi erga nobis charißimos moueri & affici solemus.* δάκρυα δυσδάκρυτα, *lachrymas lachrymosas et infœlices,* πολυκλαύτῳ, *multū deflendo. Libo monimentū desideriorū, seu amorum, monimentū beneuolentiæ.* οἰκτρὰ γὰρ οἰκτρὰ, *perquàm miserabiliter charā te etiā inter mortuos Meleager defleo, uacuā ad Acheronta gratiā. putat enim omnē luctū*

&

et omnia munera quæ illuc mittimus, esse inania et irrita, et nemini proficua. αἶ αἶ, *Heu heu, Vbi desiderabile mihi germen? rapuit Orcus, rapuit, tempestiuũ seu uigentẽ florẽ inquinauit puluis. Sed tibi supplico terra omniũ altrix, istã quam miserrimã quiete tuis sinubus ô mater amplectere.*

Τυμνέω.

Μή σοι τοῦτο φιλαινὶ.) *Consolatur Philænidem, ne sibi graue uideatur, quòd procul ab Aegypto in Græcia sit humata, propterea qđ ad inferos ubiq; tantundem sit itineris. Ne tibi hoc Philæni ualde sit* ἐπικαίριον, *acerbũ, triste, letale, anxiũ (aliás enim ut sæpe suprà* ἐπικαίριον *est, qđ tentat uitalia, & præsentẽ mortẽ adfert) Si non apud Niliũ terrã fatalem es cõsequuta. sed te libertatis hic habet sepulchrũ, scilicet Athenis.* ἐστι γὰρ ἴσα πάντοθεν εἰς ἀίδην ἐρχομένοισιν ὁδός, *id est ducit euntes Vndique par Stygias semita subter aquas.*

Σαπφοῦς.

Τιμάδος ἅδε κόνις.) *In uirgunculam mortuã ante nuptias, quã ab ipsius æqualibus detonsis etiã comis defletam esse dicit Sapho. In tertio uersu pro* ἃς τοῦ ἀποφθιμένας *scribe* ᾇ τοῦ ἀποφθιμένᾳ, *in datiuo. Quanquã & prior lectio per defectũ linguæ Atticæ locũ habere potest, cuius demortuæ gratia æquales amabilẽ comã posuerũt.* νεοθῆγει, *recenter acuto. Hũc morẽ tondendi cæsariẽ, aiunt etiã hodie in Creta usitatũ esse, ubi pheretrũ plenũ est capillis cognatorum. Hoc epigramma Politianus ita transtulit:*

Timadis hic puluis, quæ dulces ante hymenæos
Excepta est nigro Persephones thalamo.
Illius heu fato cunctæ de uertice amatam
Aequales ferro subsecuere comam.

Καλλιμάχ/

Καλλιμάχου.

Τιμονόη, τίσδ' ἐσσί.) Callimachus accedens sepul/chrũ, prima dictione inspecta dixit, Timonoe quis es? etc. χῆρον εὐθυμένη, uiduum Euthymenem, est enim accusatiuus contractus.

Ιοάννου ποιητοῦ.

Εἰς πόσιν ἀθρήσασα.) Nosto pudica matrona moriẽs, sic loquuta est: Maritũ intuita apud extremæ Parcæ fila, laudaui et terrenos (id est inferos deos, et cõiugales, id est, Iunonem: illos quidem, quod uiuum reliqui maritum: hos autem, quod talem, id est adeò benignum & beneuolũ. Sed utinam maneat pater nostris liberis, id est utinam pupil/lis non superinducat nouercam.

Τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ αὐτό.

Τοῦτο σαοφροσύνας.) Illud castitate tua dignum præ/mium inuenisti Nosto, lachrymas tibi maritus libauit mortuæ. γαμέτας, pro γαμέτης, maritus.

Κύρου ποιητοῦ.

Τρεῖς ἐτέων δεκάδες.) In Mæam, quam per omnia comparat Penelopæ. θηλυτέρην δ' ἥρπαζε. Ostendit eam in ipso flore iuuentæ esse raptam. Omnia quæ oppres/sit munia Penelopes.

Ιουλιανοῦ.

Αὐτὴν Θεοδότην.) Ipsam Theodotem pictor, scilicet expreßit. Vtinam uero ab arte aberrasset, id est utinam non potuisset cõsequi quod fecit, & obliuionem dedisset lugen/tibus. Nam quoties picturam aspicimus, toties flemus re/cordatione Theodotes.

Λεοντίου.

Σῆμα ῥόδης, τυρίη δὲ γυνή.) Honestißimũ epigramma in

ma in Rhoden Tyriam, honestam quoque matronam, & uxorem Gemelli iurisconsulti. κηδομένη τεκέων, *curam habens liberorum. Ipsa semper memorabilis lectum ornauit (scilicet castitate & pudicitia) Gemelli, qui prius bonorum institutorum, id est legum peritam fecit urbem (quod opus est iurisconsulti) anus quidem, id est iam annosa mortem inuenit. Vtinam mille circulos, id est innumeros annorum circuitus uixisset.* τῶ ἀγαθῶν οὐ δεχόμεσθα κόρον.) *Hæc sententia concordat cum illa Platonis,* κόρος οὐδεὶς τῶ καλῶν. *sed discrepat ab illa Homerica,* πάντων μὲν κόρος ἐςί, *&c.*

Ἀγαθίου, εἰς τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ.

Τὰν πάρος ἀνθήσασαν.) *In Eugeniam puellam, & sororem Agathiæ, formosam, & poëtridam, & iuris peritam, quam mortuam defleuerunt Musæ, Themis, & Venus. Quæ prius floruit in uenustate et camœna, quæq; gloriosi memor fuit iuris, eã Eugeniã, &c. nã plana sunt quæ sequuntur.*

Ἰουλιανοῦ αἰγυπτίου.

Οὔνομα μὲν καλή.) *Et hoc perelegans est epigrãma, in Calen mulierem, & specie & moribus formosam.* χαρίτων ἐξαπόλωλεν ἔαρ.) *Hoc hemistichium in omnes formosas, et immatura morte sublatas usurpare possumus.* συνευνῳ, *marito soli erat Venus, cæteris omnibus Pallas* ἐρυμνοτάτη, *inconcußißima, firmißima, nullis blandicys aut illecebris ad turpia uincibilis.* εὐρυβίης, *uiolentus, uel cuius uis latè patet.*

Τοῦ αὐτοῦ τωθασικόν, *id est derisorium.*

Σοὶ σορὸν εὐλάιγγα ῥοδλοί.) *Hic datiuus est à nomi natiuo*

natiuo Rhodo, declinationis quartæ contractorum. Huius *epigrammatis latinam interpretationem sic addidimus:*

Hæc tibi busta Rhodo struxit de marmore coniunx,
Proq; tua miseris multa salute dedit,
Vt benefactrici: quod libertate potitus,
Omnibus optata, sit cito morte tua.

Παλλαδᾶ.

Νύμφα πρεσβυγενής.) *In uetulam, quæ simul & uitam & uictum finiuit.* Epigramma *planum & facil. : nisi quod* ἀποκερματίζειν *significat, & pecuniã & substantiam totam absumere.*

Εὐτολμίου.

Υἱέος ὠκυμόρου.) *De matre, quæ immodico luctu filij ante tempus mortui, exhalauit animam.* συνεξέχεεν, *simul effudit.* οὐδ' ἔσχεν, *&c. neq; habuit retrogradum, respirans lamentari, id est à lamentando nõ habuit regressum respirandi, sed pariter & luctum & uitam finiuit.*

Ἀδέσποτον.

Ὕστατον εἰρήνησε.) *Eiusdem argumẽti cũ superiore.* ἀμφὶ τάφῳ, *circa sepulchrũ.* ὅσσον ἐχάνδανε, *quantũ capere potuit matris dolor.* οὐκ ἔτ' ἔσχε, *nõ amplius potuit reuocare tenorem spiritus.* θυλητῆραι, *etc. Obiurgat matres, ob luctus intemperantiã. Notabis in hoc uersu diphthongũ in uerbo* ἐμετρήσασθαι *quoq; corripi, quod et alibi animaduerti. Et semel quod memini apud Homerum* ὀδυσ. ῆ. πρὸς δόμον ὑψηλόν, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται.

Παλλαδᾶ.

Ηρπασέ τις νύμφην.) *Quidam rapuit nouã nuptam nomine Penthesileam, quem Pentheus sponsus cum iuuenibus cum esset insequutus, & manus cum aduersario conseruisset,*

seruiſſet, uiginti quinque ex ſuis amiſit, quorum hoc eſt epitaphium. σκλήσας, deprædatus, furatus, ſcilicet dæmon agmen animarũ delectantium, id eſt iuuenũ, qui delectabantur in illis nuptijs. πολυδήμος, forũ hoc loco ſignificare uidetur, ubi communiter ſunt ſepulti. νύμφη, &c.) Hoc uerſiculo ad nomen ſponſi & ſponſæ reſpicit, & alludit, nam uterq; à luctu dicitur: & fuerunt amborũ nuptiæ iuuenibus ſatis luctuoſæ.

Αἰμιλιανοῦ.

Ελκε τάλαν παρὰ μητρός.) De matre, quæ fortaſſe ferro iugulata, infantem filiũ ad ſugendum inuitat. Trahe, inquit, ô miſelle à matre, quã nõ amplius mammam emulgebis: trahito poſtremam ſcaturiginem mortuæ. Iam enim gladijs deficit ſpiritus, ſed matris charitas & in inferno παιδοκομεῖν, ſobolem nutrire uel curare didicit.

Αδήλου.

Υστάτιον φώνησε κλυτή.) Theano moritura, maritũ nauigantem ſic dolens alloquitur. ἀτρύγετον, ſignificat hoc loco ἀκαταπόνητον, ineluctabilem, inuincibilem. & uides non tantum de terra & mari dici. ὅμευνε, σύνευνε, marite. Piæ coniugis affectum ex hoc epitaphio licet animaduertere: ſicut & ex eo quod ſequitur, ubi coniunx & maritum & liberos plorare uetat, nihil aliud poſtulans quàm ut ſui memoriam retineant.

Αδιοπότου.

Αλκηστις νέη εἰμὶ.) Cõparat ſe Alceſtidi, quæ pro marito ſuo Admeto mortẽ obijt, de qua extat elegantiſſima tragœdia apud Euripidem. Verſiculi ſunt aperti, & faciles.

Αδήλου.

Εὐχέσθω τις ἔπειτα.) Et hoc epigramma mulie-
brium

brium miseriarum non uulgarem partem indicat: quod, quia leue est, pro more nostro Latinum fecimus, non certe in aliud quàm ut studiosis ad parem exercitationem ansam daremus, & animum adderemus, uidentibus nos tam libere nugari:

Optet, si qua uolet, sobolem: est effata Polixo,
Dirupto natis perdita uentre tribus.
Et ruit in manibus trepidæ obstetricis: at illi
Protinus ex aluo prouenere foras,
E matre extincta uiui: sic flebile fatum
Huic uitæ munus dempsit, at hisce dedit.

Ασκληπιάδου.

Αρχεάνασσαν ἔχω.) *Hoc epigramma paulo aliter sub nomine Platonis citat Laërtius, quod Politianus ad hunc modum transtulit:*

Archeanasse mihi meretrix Colophonia nunc est,
Cuius & in rugis insidet acer amor.
Ah miseri, prima tetigit quos illa iuuenta
Igne suo, medij uos rapuere rogi.

Athenæus libro 13. etiam Platoni atribuit, idemq; his uerbis citat:

ἀρχεάνασσαν ἔχω τὴν ἐκ κολοφῶνος ἑταίραν,
ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων πικρὸς ἔπεστιν ἔρως.
ἆ δειλοὶ, νεότητος ἀπαντήσαντες ἐκείνης
πρωτοπόρου, διʼ ὅσης ἤλθετε πυρκαϊῆς.

Αδήλου.

Μὴ δὲ καταχθονίους.) *Pater & filia loquuntur ad Ammiam, se non commissuros ut etiam apud inferos conuenientibus muneribus careat, sed in eius gratiam & sepulchrum & columnam erexisse.* Pro δαίμονος *in primo car/*

mo carmine, legendum est δαίμοσιν, ut respondeat præcedenti adiectiuo καταχθονίοις, eodem numero & casu. Cætera satis patent.

Αδήλου.

Μή με θοῶς κύδιστε.) Harmonia rogat uiatorem, ne celeriter prætereat insopitis pedibus, sed spectet atq; exquirat, quis & cuias sit. sic enim fore, ut cognoscat Harmoniam, cuius genus inter homines sit clarum. ἐν μερόποις, pro μέροψι, à nominatiuo μέροπος, τοῦ μερόπου: sicut μάρτυρος, τοῦ μαρτύρου: sicut aliaq; pleraq; nomina, quæ duplicis sunt inflexionis. πάντα γὰρ, &c. Omnia enim quæ mortalibus ferunt gloriā, uidere licet: nobilitatem, amabilitatem, mores, castitatem: huius sepulchrum si quis inspexerit: Animā autē eius exuto corpore ad cœlū uolasse.

Αδήλου.

Νικόπολιν μαραθῶνος.) Marathonus maritus posuit hic in saxo Nicopolin uxorem, humectans lachrymis capsam marmoream. Sed nil plus habuit. quid enim plus uiro, quàm luctus soli super terram uxore mortua?

Ερυκίου.

Ατθὶς ἐγὼ· κείνη γὰρ ἐμοὶ πόλις.) Puella Attica loquitur, rapta ex Athenis ab Italis, & demum in Cyzico ciuitate Cherronesi sepulta. Epigramma ualde simplex, & apertum.

Αγαθίου.

Ναὶ λίτομαι παροδῖτα.) Rogat uiatorem mulier Thessalica, ut ipsius mortem marito dignetur significare, uolens ab eodem sibi cenotaphium erigi, ut nouitiæ uxoris recordetur: & hoc epigramma non eget interpretatione, nisi quis cupiat me soli lumen inferre.

Αδήλου.

Ορᾷς πρόσωπον κασίης.) Perquàm festiui iambi de Caßia, quæ tametsi mortua, uirtutibus tamen facilius no scitur animi pulchritudo, quàm corporis. Videntur autem eius adscripti esse imagini.

Αδέσποτον.

Τῆ δέ ποτ' ἀκτερέϊστον ἐδέξατο.) Præsens Laodice uim & manus hostium fugiens, præcipitauit se in uoraginem, ubi erecta fuit ei statua ærea: qua uetustate temporis collapsa, maximus proconsul Asiæ eidem sepulchrū apposita etiam statua ædificauit. ἀκτερέϊστον, insepultam, non persolutis exequijs. à uerbo κτερίζειν, quod est parentare. σῆμα δ' ἀμαλδύναντος, sepulchrum autem demoliente improuiso tempore. ἔκδηλον θῆκε, clarum, conspicuum fecit. Et quum animaduertisset alibi puellæ æream effigiem ingloriè iacentem, huic circulo, id est circulari basi imposuit.

Κριναγόρου.

Υμνίδα τὴν εὐάνδρου.) Hymnida Euandri amabile ludicrum, domigenitum, puellam facetam, nouennem, rapuisti, ὦ ἄλλης, id est ὦ ἀλαδῆτε, non obliuiscende Orce. Quid immaturum immittis fatum ei, quæ omnino tua aliquando futura erat?

Αντιπάτρου.

Οὐχὶ βαθυζώνων ἱππαρχία.) Hoc epigramma non est Antipatri Sidonij, sed Macedonij, qui magni Alexandri uixit temporibus, cui etiam libros suos obtulit. Est autem scriptum in Hipparchiam Metroclis philosophi sororem, quæ & ipsa desertis fœmineis negocijs philosophiæ disciplinis se tradidit, & Crati, cuius uitam maximè amabat, nupsit.

nupsit. De qua plura apud Laërtium & Suidam. Loquitur itaq; Hipparchia, suam uitam & studium explicans. Non profundè cinctarum ego Hipparchia officia seu opera mulierum, Cynicorum autem elegi fortem seu duram uitam. neq; mihi unquam pallæ fibulatæ, neq; sinuosus uel laciniosus cultus, non delibutum unguento, siue opimũ & pingue mihi placuit reticulum. Pauimentum autem baculo socium & comes, penula duplex, & cubilis humi strati positio. Nobis autem potior uita erat Mænalia Atalanta (quæ fuit uenatrix) tanto, quanto sapientia præstantior montanis cursibus. εὐμαρὶς, *etiã pro solea ponitur, quæ facile exui & indui potest.*

Καλλιμάχου.

Κρητιάδα τὴν πολύμυθον.) *In Crethidẽ puellã, genere Samiam, aptam iocis & lusibus quondam, nunc autẽ somno, id est morte sopitam. Versiculi plani.*

Ἀδήλου.

Εὐήθης Τρύτωνος.) *In Euethem Trytonis filiam inauspicatè natam, quippe quæ natum enixa perijt. Primus uersiculus sic ordinandus est,* εὐήθης τρύτωνος ἐπ' οὐκ ἀγαθαῖς ἐλοχεύθη, *Euethes Trytonis filia nequaquam bonis auspicijs nata est. neq; enim sic perijsset misera.* ἀρτιτόκος, *nuper enixa. multa, scilicet bona, deduxit unicus infans cum ea ad inferos. decimam uero auroram non excessit, scilicet ipse puer.*

Ἀντιπάτρου.

Ἤπου σε χθονίας.) *Poëta alloquitur Artemiam, quæ & ipsa geminos enixa, ex partu cum altero infante perijt, alterum uiuum reliquit. Forsitan te (inquit) subterranea ô Artemias ex cymba, scilicet Charontis, Cocyti*

ponentem uestigium in littore, defunctū infantem nuper puellari ferentem brachio, uel cubito, miseratæ sunt innuptæ puellæ Dorides in Orco sciscitantes fatum tuum. Tu autem lanians genas tuas, lachrymis pronunciasti: Heu miserabile uerbum, geminam enixa ô chare sobolem, alteram quidem uiro Euphroni reliqui, alterā autem adduco mortuis.

Ἡρακλείδου.

Α κόνις, ἀρτίσκαπτος.) In eandem, epigramma paulò priore argutius et ingeniosius. Puluis (inquit) nuper egesta uel effossa, in fronte colūnæ fluitauit foliorum semimarcidæ coronæ (quibus quondam conspergebantur sepulchra) Literam decernentes ô uiator, petrā intueamur, misera fouere ossa profitetur alicuius. ξεῖν'.) Puella dubitantibus respondet. Artemias sum, patria Cnidus, Euphronis ueni in lectum, puerperij non expers facta sum. Duos autem simul pariens, alteri quidem reliqui uiro ducem siue stabilimentū senectutis, quem autem adduco memoriale mariti.

Θεοδωρίδου.

Εὐρύχορον περὶ σῆμα.) Hoc est, late patens circa sepulchrum Phanaretes, quondam puellæ totonderunt flauos Thessalicæ cincinnos, id est capillos. Primitus enixā & infelicē, id est quam primus partus interemit, trepidantes mœrore circa nympham, Larissam autem charam, tristitia, dolore affecit, & parentes.

ΕΙΣ ΔΟΥΛΟΥΣ. 13.

Διοσκορίδου.

Δοῦλος ἐγώ.) Seruus studium, diligentiam, & fidem suam etiam mortuus hero pollicetur, quem ipse uiuum liberis suis magistrum & alumnum præfecerat. εὐαίων', felicis seculi hominem. ἀσινῆ, innocuū. Quod si, inquit,

ſi, inquit, præ ſenectute ad me ueneris, etiam in orco me ſeruum habebis.

Ἀδὲσπότου.

Σοὶ καὶ νῦν ὑπὸ γῆν.) *Etiam hic non alia pollicetur, ſed ſemper ſe prioris beneuolentiæ memorē futurū, propterea quod heri ſui beneficio & opera bis è grauiſſimo morbo ſit ſanitati reſtitutus, ac demum ſufficienti quoq; tugurio, id eſt ſepulchro donatus. Cæterum* μάνης, *nomen ſeruile fuit apud ueteres, de quo ſic Suidas:* μάνης ὄνομα πέρσου, ὃς ἀγοράσας ἐκ τῶν τῆς πόρσων βασιλείας ἐπὶ τοῦ μεγάλου κονσταντίνου, τὰ χριστιανῶν ἔπραξε δόγματα. κλίνεται μάνεντος. *Ex hoc facile eſt conijcere, cur pro ſeruo accipiatur.*

Δαμαγήτου.

Ζωσίμη, ἣ πρὶν ἐοῦσα.) *Morus:*

Antè fuit ſolo Zoſime niſi corpore ſerua,
Nunc fato pars eſt hæc quoq; miſſa manu.

Διοσκορίδου.

Εὐφράτην μὴ καῖε.) *Hic propter ſeruilis conditionis humilitatē, neq; flammis rogalibus uult abſumi, neq; aqua conſpergi, ne neutrum horum elementorū ſuis ſordibus contaminetur, ſed petit ſimpliciter terra obrui, dicens ſe Perſam eſſe, & quidem* αὐθιγενῆ, *& reuerenter colere tam aquam quàm ignem.*

Ἀπολλωνίδου.

Ἠλλάχθη θανάτοιο.) *Alius quidam beneficium ſuum prædicat, quòd pro domino ſuo ultrò mortem obierit.*

Ἀδήλου.

Μάνης οὗτος ἀνήρ.) *Qui ſeruus fuerat, mortuus tantū potētiæ obtinet, quantū maximus ille Perſarū rex Darius.*

ΕΙΣ ΗΡΩΑΣ. 14.

Εἰς λαέρτην,

Ἀδέσποτον.

Ψήχει καὶ πέτρην.) In Laërtem patrem Vlyssis primũ est epitaphiũ. Ψήχει, confricat, conterit & petram longum tempus, nec ferro parcit, sed una consumptione omnia pariter perdit. Sicut & hoc Laërtæ sepulchrum, quod prope littus, scilicet Ithacense, paulum tamen remotè, gelidis ex pluuijs spargitur. Nomen quidem herois semper nouum. neq; enim camœnas ἀμβλύνειν, hebetare, uel frangere æuũ, etiam si uoluerit, potest. In hanc sententiã paßim multa leguntur apud poëtas in cõmendationem immortalitatis, quã Musæ uiris claris et præstãtibus conciliãt.

Ergo cum silices, cum dens patientis aratri
Depereant æuo: carmina morte carent.
Cædant carminibus reges, regumq́; triumphi,
Cædat & auriferi ripa beata Tagi.

Et alibi Ouidius:

Effugiunt auidos carmina sola rogos.

Nec abludit illud Virgilianum ab hac sententia:

Marmora Mæonij uincunt monumenta libelli:
Viuitur ingenio, cætera mortis erunt.

Quid, quod ipse Virgilius Niso & Euryalo suæ poëseos uirtute immortalitatem ausus est polliceri, ubi sic inquit:

Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt:
Nulla dies unquam memori uos eximet æuo.

Sed & Propertius elegãtißimè scripsit, sola poëmata morte uacare, his uerbis:

Nam neq; Pyramidum sumptus ad sidera ducti,
Nec Iouis Elei cœlum imitata domus,

Nec

Nec Mausolei diues fortuna sepulchri,
Mortis ab extrema conditione uacat.
Aut illis flamma, aut imber subducet honores,
Annorum aut ictu pondera uicta ruent.
At non ingenio quæsitum nomen ab æuo
Excidet: ingenio stat sine morte decus.

In hanc sententiam, si lubet, lege eiusdem poëtæ tertij libri primam elegiam. Sed quid hoc immensum pelagus sum ingressus, quum in hoc omnes poëtæ consentiant, & ipsi aperte uideamus, omnia uetustate aboleri & consumi, sola carmina ingeniose elaborata nulli interitui esse obnoxia? Sed de hac re aliás copiosius.

Βιάνορος, εἰς ἐτεοκλέα
καὶ πολυνείκην.

Οἰδίποδος παίδων.) Execrandorum fratrum Eteoclis & Polynicis filiorum Oedipi epitaphium, qui singulari certamine congreßi, mutuis uulneribus occubuerunt. De quibus Euripides in Phœnißis, & Statius libro undecimo.

πανώλης, per omnia perniciosum bustum, adhuc uiuentiũ sentit hastilia, id est odia. Illos neq; Orcus domuit, et in Acheronte pugnant. illorũ & sepulchrum contrarium est. & igni ignem manifestarunt contrariũ, scilicet esse. O miserabiles filij. ἀκοιμήτων, insopita, id est quæ sopiri & sedari non possunt, qui tetigistis hastilia. Omnia hæc acerbũ & irreconciliabile odiũ loquuntur. Cæterum Etheocles ueræ, & non fucatæ gloriæ appetentem, significat: Polynices autem, contentiosum. id quod Etheocles fratri apud Euripidem quoq; obijcit, inquiens,

ἀληθῶς δ' ὄνομα πολυνείκην πατὴρ
ἔθετό σοι, θεία προνοίᾳ, νεικέων ἐπώνυμον.

Ἀντιφίλου, εἰς πρωτεσίλαον.

Θεσσαλὲ πρωτεσίλαε.) In Protesilaum, qui ut Philostratus refert in Heroïcis, uiginti annos natus ad Troiam profectus est, ac primus è naui exilijt in littus Troianũ, & interfectus est à Dardano, id est Aenea, ut exponit Palaephatus, deditq; suo casu auspicium Troiae ruiturae. Thessale Protesilae, te quidem longũ aeuum celebrabit, qui incepe ris Troiae debitũ casum. Corpus autem tibi sub ulmis adumbratũ, ἀμφικομεῦσι, curãt, ornant, concinnãt nymphae, inuisi Ilij è regiõe, id est in Cherroneso. Arbores (pro δυσμίμητα, rectius legitur δυσμείλικτα) immitigabiles, si quando murũ Troianũ uiderint, aridam effundunt comam. Philostratus refert, Protesilai tumulum esse in Cherroneso loco edito, nymphasq; ibi ulmos hac lege posuisse, ut spectãtes Ilium rami cito florescerent, statimq; foliorũ profluuiũ paterentur, anteq; tempus exarescerẽt, quod Protesilai casum indicarent, altera uerò arboris pars uiueret atq; uigeret, id quod hoc loco etiam poëta attigit. Quanta inter heroas olim erat ira, cuius pars adhuc inimica in inanimatis extat ramis.

Εἰς ἀχιλλέα.

Τύμβος ἀχιλλῆος.) In Achillẽ. ῥηξήνορος, uiros frangentis, aut perrumpentis. δεῖμα, terrorem. Sed uulgo dicunt, canem mortuũ non mordere. Cui ergo posit esse terrori? αἰγιαλῷ, &c. Littori autem imminet, scilicet sepulchrũ, ut gemitibus maris honestetur filius aequoreae Theti(dis.

Εἰς ἀχιλλέα, καὶ πάτροκλον.

Ἄνδρε δύω φιλότητι.) Bene precatur mortuis, tum quod insignes amici inter se fuerint, & armis omniũ praestantißimi.

Εἰς

Εἰς αἴαντα, ἀσκληπιάδου.

Αὐτ' ἐγὼ ἁ τλάμων.) Querimonia uirtutis super Aiace, non iustitia, sed dolo & fraude Vlyßi postposito. Hoc epigramma Alciatus sic transtulit:

Aiacis tumulum lachrymis ego perluo uirtus,
Heu misera albentes dilacerata comas.
Scilicet hoc restabat adhuc, ut iudice Graio
Vincerer, & causa stet potiore dolus.

Vrsinus, idem sic:

Dilaniata comas, uisu miserabilis eheu
Consideo ad cineres hic Telamoniadæ.
Icta dolore graui, mihi quod fraus callida quondam
Iudicibus Graijs ante locata fuit.

Ἀντιπάτρου, εἰς τὸ αὐτό.

Σῆμα παρ' αἰάντειον.) Eiusdem argumenti. θυμοβαρὴς, grauem animo mœrorem habens. ἀπλόκαμος, sine capillis. πινόεσσα, sordibus plena. nam πίνος sordes significat. ἄρσενος ἀκμᾶς, masculum uigorem. Sensus est, Arma ipsa Achillis haud dubie dicerent, nos cupimus masculum uigorem magis, quàm obliquos sermones. Si placet, lege etiam nostram poëticam interpretationem:

Ad tumulum Aiacis Rheteo in littore uirtus
Aßideo mœrens, squalida, tonsa comam,
Quòd non iudicio uirtus superarit, Achiuûm,
Sed fraus insigni perfidiosa dolo.
Arma ipsa inuicti sese faterentur Achillis,
Malle uirum fortem præ bene uersiloquo:

Ἀρχίου, εἰς τὸ αὐτό.

Μοῦνος ἐναιρομένοισιν.) Aiacem poëta alloquitur, fato factum esse, quòd à Græcia Achilleis armis nõ sit donatus, quanquam solus oppugnatas naues ab incendio defenderit, ne qua hostili, sed sua ipsius manu caderet. Pro ἐναιρομένοισιν, legendum est ἐναιρομένῃσι. referendum est enim ad νηυσὶ, nauibus, qui iam oppugnabãtur, seu uastabantur, ὑπέρμαχον ἀσπίδα, propugnatorem seu protectorem clypeum cũ extulisses, grauem Troianorum semper sustinuisti martem, neq; te saxorum pepulit strepitus, non nubes iaculorum, nõ ignis, nõ hastilium, non ensium fremitus. Sed tanquã prominẽs litus, & firma tanquã petra seu rupes collocatus, sustinuisti procellam hostium. Quòd si te armis Achillis non armauit Græcia digne pro uirtute, ὅπλα, arma præbens munus, fatorum consilijs in hoc errauit, ut ab nullo inimicorum, sed tua manu mortem posses capere.

Εἰς τὸ αὐτό.

Σῆμα τόδ' αἴαντος.) Quod & sua manu, & gladio mortem sibi consciuerit, propterea quod Clotho non alium huic percussorem reperire potuerit. μεμαῦα, perempta, id est, cum conaretur omnibus modis inuenire.

Λεοντίου.

Κεῖται ἐνὶ τροίῃ.) Sensus est, iacere quidem Aiacem Telamonium in Troia sepultum, sed nemini hostium suæ cædis gloriam tribuiße. Neque enim tantæ audaciæ uirum ullo tempore inuentum esse, qui eum occidisset, propterea sibi ipsi manus admouiße. ἀντιβίων, hostiũ, cuius uis est contra nos. παλάμῃ θῆκεν ὑπ' αὐτοφόνῳ, manui supposuit, siue addixit propriæ, siue seipsam perimenti.

Τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸν
αὐτόν.

Αἴας ἐν τροίῃ.) Aiax in Troia iacens, post infinito/rum certaminum gloriam accusat non inimicos, sed amicos. Nam horum peruerso iudicio mortis sibimet inferendæ exorta est occasio.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἕκτωρ αἴαντι.) Hoc distichon docte simul & eleganter explicauit Erasmus, in prouerbio ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα. Sed hoc demiror, neminem hactenus animaduertisse pro εἷς θάνατος, aut legendum esse εἰς θάνατον, uel ἦν θάνατος. Quanquam enim utrique & Aiaci & Hectori dona mutuo data fuerint exitio, neque tamen unà aut eadem morte, neque iisdem instrumentis & interfectoribus perierunt: sed hic ab Achille occasione balthei, quo etiam postea ad currum alligatus tractus est: ille suis manibus, & gladio Hectoreo. Vnde satis liquere arbitror, εἷς θάνατος germanam lectionem esse non posse, sed harum alteram à nobis ostensam.

Εἰς τὸ αὐτό.

πικρὴν ἀλλήλοις ἕκτωρ χάριν.) Hoc epigramma superioris distichi est quasi explicatio. Ostendit enim quàm utrique acceptum munus fuerit letale & mortiferum, ut certum sit inimicorum munera esse inauspicata. Hanc autem historiam habes Ἰλιάδ. η. φερασπις, scutifer, seu gestator clypei septemplicis. τὴν δὲ χάριν, &c. Quam autem horum munerum fuerit amara gratificatio, in morte experti sunt. μεμηνότα, insania correptum. δίφρια, aduerbialiter, & sonat bigaliter, id est, bigis alligatum, siue dum bigis traheretur alligatus.

alligatus. οὕτως ἐξ ἐχθρῶν, *Adeo ab inimicis per se interficientia mittuntur munera, sub titulo gratificationis seu beneficij fatalem mortem habentia.* Hoc loco *expendenda ueniunt dona, quæ* Nessus Herculi, Medea Iasonis *nouæ nuptæ, & Iupiter* Prometheo *miserit, & aliorum.*

Αντιπάτρου, εἰς
πρίαμον.

Ηρωος πριάμου.) Priamus *loquitur de exiguitate sui sepulchri: non quòd ea dignus sit, qui pro dignitate regia meruerit amplißimum, sed quòd inimicorum manibus sit ita tumulatus.*

Ακυράτου, εἰς ἕκτορα.

Εκτορ ὁμηρείοισιν.) *Vis hoc epigramma penè uerbum uerbo expressum? accipe:*

Hector Mæonijs *semper celebrate libellis,*
Condita dijs uiuo quo duce Troia *stetit.*
In te Mæonides *cessauit, teq́; perempto,*
Hector, *conticuit & liber* Iliados,

Εἰς τὸν αὐτὸν,
ἀδέσποτον.

Μή με τάφῳ σύγκρινε.) *Non uult comparari sepulchro, necq; tumulo mensurari, qui uniuersæ* Græciæ *restiterit.* Quippe *cuius* Ilias, *ipse* Homerus, Græcia *&* Achiui *fugientes sint sepulchrum.* Epitaphium *magnificum, et* Hectore *dignum.*

Αρχίου, εἰς τὸν αὐτόν.

Καὶ γενέταν τοῦ νέρθε.) Et *genitorem, & nomen, & patriam, et pro quibus pugnans sit mortuus, hoc epigramma indicat.* Pro ὦ ξεῖν᾽, *melius legitur ratione carminis,* ὦ ξέν᾽.

Εἰς τὸν

Εἰς τὸν αὐτόν.

Εἴτινα πώποτ' ἀκούσας.)In eundem Hectorē, cuius & uirtus & fortitudo laudatur, quod & robustis fuerit uiribus, & intrepidus bellando. Διομήδης ἀνὴρ, id est Achilles. Siquidem Διομήδη mulier Lesbia, Achillis fuit concubina, cuius etiam Homerus memīnt Iliados libro nono, his uerbis:

αὐτὰρ ἀχιλλεὺς, εὗδε μυχῷ κλισίης εὐπήκτου.
τῷ δ' ἄρα παρκατέλεκτο γυνὴ, τὴν λεσβόθεν ἦγε
φόρβαντος θυγάτηρ διομήδη καλλιπάρῃος.

Quod hoc diligentius indicamus, ne quis intelligat Hectorem à Diomede esse occisum, id quod magna esset hæresis in grammatica. αἴας πρὸ τρώων, Terra pro Troianorum. αἴας, pro γαίας, κατ' ἀφαίρεσιν, sicut non raro apud Homerum. ne quis intelligat hic Aiacem, deceptus uocum similitudine.

Εἰς ἀλέξανδρον τὸν μακεδόνα.

Ἕκτορι μὲν τροίη συγκάτθανεν.)Ostendit hoc epigramma, cum claris & eximijs uiris unà quoque interire gloriam & uirtutem patriæ. Sicut Hectore mortuo Troia cecidit, sublato Alexandro & uirtus inuicta Macedonum fracta est. Cum decessisset Epaminondas, Thebanorū quoque uires hebetatæ sunt. Atheniensium quoque respublica fortißimis uiris & imperatoribus amißis prorsus eueruata est. Recte itaque concludit, patrias à uiris claris claras esse & illustres, non contrà uiros claritatem sumere à patria.

Παρμενίωνος, εἰς τὸν αὐτόν.

Φθίσθαι ἀλέξανδρον.)Falsam esse famam, Alexandrū esse mor-

esse mortuum, propterea quod etiam Apollinis oraculo prædictum sit, Orcum inuictos nō attingere, id est magnos homines morte non extingui.

Γεμίνου.

Χείρ με πολυκλείτου.) *In depictam effigiem Salmonis filij Aeoli, regnantis quondam in Elide, qui dum æreo ponte constructo, & superinductis curribus tonitrua imitaretur, per Iouem fulmine ictus, & in tartaram præcipitatus est. Meminit huius etiam Virgilius Aeneid. lib. 6. graues pœnas dantis, Dum flammas Iouis & sonitus imitatur Olympi. Cæterum pro* χείρ με πολυκλείτου, *scribendum est* χείρ με πολυγνώτου. *Siquidem Polycletus neq; fuit pictor, neq; Thasius, sed sculptor siue statuarius. Polygnotus uero, testimonio Plinij libro 35. cap. 9. & Suidæ, pictor fuit celeberrimus, & genere Thasius. Fuit præterea pictoribus consuetudo, ut operibus suis sic subscriberent,* χεὶρ πολυγνώτου. *Statuarijs autem,* ποιεῖ πολύκλειτος, *quam & hic poëta obseruasse uidetur. Præterea pro* βροταῖς, *scribe* βρονταῖς. ἀντεμάνην, *qui cōtra Iouem tonitrubus insaniui. Qui me et in Orco populatur iterum, & me fulminibus iaculatur, odio habens etiam muti figuram. Compesce Iupiter fulmē, remitte iracundiā: sum enim signum sine spiritu. ne cum in animatis bellum geras.*

ΕΙΣ ΙΑΤΡΟΥΣ 15.

Θεοσεβίας.

Εἶδεν ἀκεσορίη τρία.) *De hoc Ablabio, cuius hic meminit, nihil adhuc apud ullum idoneum authorem reperi. ipsum tamen epigramma sic sum interpretatus:*

Vidit tres luctus tonsis medicina capillis,
Hippocrate extincto, & uitam linquente Galeno,

Nunc

Nunc fata Ablabij lachrymis deplorat acerbis,
Post hunc in terris uerita apparere superstes.

Αδήλου.

Θεσσαλὸς ἱπποκράτης.)*Hoc epigrãma transtulit nõ imperite* [redacted] Thomas Morus, [redacted]:

Thessalus Hippocrates,*Cous genere,hac iacet urna,*
Phœbi immortalis semine progenitus.
Crebra trophæa tulit morborum armis medicinæ,
Laus cui magna,nec id sorte,sed arte,fuit.

Heu quanto satius fuisset huic diuino uiro his quietis, tranquillis & tutis literarum studijs inseruire, quæ magna cum laude, & studiosorum utilitate tractare potuißet, quàm tantis tamq́; periculosis amplißimi regni negotijs semet implicare atque immergere, unde pauci sine discrimine enatant. ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι, ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ. Documento *sit hic uir, hominibus philosophicis, aulas regum & principum parum esse æquas & beneuolas, nisi quis per omnia ijsdem scite attemperare noverit indulgendo, & assentando, & approbando quælibet: quod quàm sapientis uiri grauitatem & integritatem deceat, non ualde quæritur. Sed ad propositum regrédiamur.*

Αδήλου.

Παυσανίαν ἰητρὸν ἐπώνυμον.)Hic *Pausanias patria fuit Siculus,oriundus ex Gela, amator* Empedocis, *quem* Laërtius *tradit hoc epigramma in eum cõposuisse,sed paulò aliter citat:quem uidere potes, ubi & interpretis latinã uersionem inuenies.Confert aũt illum ob artis præstantiam*

Aesculapio

Aesculapio, et recte uocatum ait Pausaniam. Dicitur enim πανσανίας, à sedandis doloribus. nam multos pernicio/sis morbis contabescentes, à morte liberauit.

ΕΙΣ ΙΞΕΥΤΑΣ, id est, in Aucupes. 16.

Ἀντιπάτρου σιδωνίου.

Ο πρίν ἐγὼ καὶ ψῆρα.) De Alcimene aucupe, qui dum arcu, uel potius funda petit aues, in altũ speculatus, ictus à dipsade perijt. Qui prius, inquit, ego Alcimenes & sturnũ (ψὰρ ψᾶρος) et rapacem arcebam, abigebam à semine, altiuolantem Bistoniã, id est Thraciã gruem (Est enim Bistonia urbs Thraciæ) corij seu lori, χερμαστῆρος, sustinentis saxum tortilia membra tendens (uidetur mihi periphrasis esse fundæ) uolucrum arcebam pro/cul nubem, id est multitudinẽ. Cum me, pro mea quæpiam letifera iuxta talos dipsas uipera carni ex mandibulis amaram immittens bilem, sole piuuauit. Ecce ut ea quæ in æthere sunt speculans. quæ autem ante pedes mihi clades ad/uoluebatur, non animaduerti. De dipsade, cuius ictum in/extinguibilis & letalis sitis consequitur, Lucianus erudi/tum opusculũ reliquit, quod nos ante decennium latinum fecimus. Meminit eius etiam Lucanus in nono, ubi Aulum signiferum à quadam percussum esse scribit. Alciatus hoc epigramma transtulit.

Ισιδώρου.

Ιξῷ καὶ καλάμοισιν.) De Eumelo aucupe, qui nona/ginta annos uictum sibi parauit uisco & calamis, licet te/nuem, liberalẽ tamen: nec unquã uentris gratia cuiquã tur/piter est assentatus. Quid hoc homine dici potest beatius, aut fœlicius? qui uere hos iucundissimos Senecæ uersiculos usurpare potuit: O quan/

O quantum bonum est
Obstare nulli, capere securas dapes.
Humi iacentem scelera non intrant casam,
Tutusq; mensa capitur angusta cibus,
Venenum in auro bibitur.

Et reliqua, quæ sequuntur. Hæc ab omnibus quidem leguntur, & magno plausu approbantur, sed nescio quî fiat, ut quemq; nihilo secus sortis suæ pœniteat: non animaduertentem, quantum dulcedinis suppeditet uiuere λιτῶς μὲν, ἀλλ᾽ ἐν ἐλευθερίῃ, nec cuiquam gnathonicè & parasiticè γαστρὸς ἕκητι manũ deosculari, aut alia fœdè palpantium indigna subire ministeria. Qualia multa illis ferenda & facienda sunt, qui hodie aulas sectantur, in quibus nihil est synceritatis, nihil amoris, nihil fidei, sed omnia plena simulationis et perfidiæ, omnia plena delationis, proditionis, criminationis, inuidiæ, æmulationis, odij, & turpißimarum assentationum, tum etiam ampullarum, & uerborum sesquipedalium. Expertus loquor, quippe qui in his aulicis fluctibus sum non mediocriter iactatus, & ferè semper ab ijs quibus maximè fidebam, omnium maximè deceptus, falsus, impeditus, proditus, et perditus. Itaq; ego sic statui, ubiuis tutius, beatius, sanctius, & suauius aliquẽ uiuere posse, quàm in aula, ubi nullus est respectus honestatis, nulla ratio eruditionis, nulla autoritas integritatis, nulla gratia probitatis, nullũ præmiũ uirtutis, nullus honos literarum: ubi pluris fit amusus eques, quàm uir literatus, et uitæ integer: ubi in precio sunt Centauri, contemptis bonis: ubi primas tenẽt Turini illi fumorum uenditores, & palpones, & adulatores, & proditores, & delatores, & parasiti, & reliquæ pestes, per quas aula quotidie nõ dicẽdis modis arroditur:

ubi clancularijs detractoribus & susurronibus plus habetur fidei, plus etiam datur præmij, quàm uiro graui & omnibus uirtutibus exornato. Sed quid hanc immensam uitiorũ lernã, aulam inquã, sum ingressus? quæ centum Augeæ stabulis est fœdior & contaminatior, ita omnium uitiorũ stercoribus et merdis est oppleta, ut ne à trecentis quidẽ Herculibus purgari & mundari queat, nedum à me paucis uerbis describi, & pro dignitate depingi. Concludã igitur hũc locũ his suauißimis Senecæ uersiculis, quos in Thyeste suo chorus recitat:

Rex est, qui metuit nihil.
Hoc regnum sibi quisq; dat.
Stet, quicunq; uolet, potens
Aulæ culmine lubrico.
Me dulcis saturet quies,
Obscuro positus loco,
Leni perfruar ocio.
Nullis nota Quiritibus
Aetas per tacitum fluat.
Sic, quum transierint mei
Nullo cum strepitu dies,
Plebeius moriar senex.
Illi mors grauis incubat,
Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur sibi.

Μνασάλκου.

Αμπαύσῃ καὶ τῆδε.) In Pœmandrum aucupem. Dicit autem poëta, posthac aues liberè quieturas, mortuo Pœmandro Mallio, qui neq; uisco, neq; calamis, sicut antè consueuerat, eas sit capturus.

ΕΙΣ ΙΧΘΥΑΣ. 17.

Ἀδήλου.

Κύματα & τρηχύς.) Loquitur delphinus. Fluctus & aspera tempestas ad aridam traxerunt delphinem, peregrinis commune spectaculum fortunæ (Quid si pro ξείνοις, legendum sit ξύνης?) Verum in terra misericordiæ locus (ἐλέως. ω. Atticè) Siquidem uidentes moti pietate, statim me ad tumulum coronauerunt. Hic uersiculus melius sic legitur, εὐθὺς πρὸς τύμβόν μ' ἔστεφον εὐσεβέες. alioqui uersus abūdabit una syllaba. Nunc mare quod me peperit, perdidit. Quæ igitur ponto fides (Τίς δ' ἄρα) qui neq; proprijs alumnis parcit. Neq; nobis prior lectio improbatur, τίς παρὰ πόντῳ, &c.

ΕΙΣ ΚΙΘΑΡΩΔΟΥΣ. 18.

Λεοντίου σχολαστικοῦ.

Ορφέος οἰχομένου.) In Platonem citharœdū, quem Orpheo comparat, quippe in quo ueteris musicæ uestigium quoddam, & quasi fluxum quendam resedisse dicit: sed eo quoq; defuncto, funditus extinctā. Hæc musica, qua ueteres uirorum fortium gesta canebant, animi ad arma, & quasuis res honestas & arduas inflāmabantur: nūc prorsus degenerauit (ut author est Plutarchus in sua musica, & Athenæus) in quandam mollem & effœminatam lasciuiam, & multiplicem uociferationem sibi placentem, nec aliud sonantem quàm re, mi, fa, sol, la. Quid enim aliud audis nostros musicos paßim non dico canentes, sed cum omniū nausea & tædio ululantes, quàm la, sol, fa, mi, re, ut, &c. At nō sic ueteres. Sed quæ disciplina nō fuit corrupta? προτέρων μελέων, priorum cantilenarum. Vetusta carmina laudem merentur. nam noui cantus, qui hodie indies

nascuntur, nouis numis sunt deteriores. καὶ φρεσὶ καὶ παλάμαις.) Vides duo requiri in perfecto citharœdo, et manuũ agilitatem, seu promptitudinẽ, & musices cognitionẽ. alterũ enim sine altero mancũ est. Veteris musicæ encomium elegantissimum habes apud Athenæum libro 14.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων αἰγυπτίου.

Ἡ γλυκερὸν μέλψασα.) In Calliopen citharistriam. Quæ cecinit dulce & robustũ, quæ sonitũ uocis sola fœmineo pectore rupit, iacet tacita: tantũ ualuerunt stamina Parcæ, ut clauderent resonantia labia Calliopes.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὔτι φύσις θήλεια.) In eandem, quod neque natura fœminea, neq; cani capitis imbecillitate uocis uigorem dissoluerit, sed quod uix communis legibus mortis cesserit, & uocẽ conpresserit. Quibus uerbis intelligimus eã ætate bene matura decessisse.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Φεῦ, φεῦ, τὴν δεκάτην.) In Ioannam citharistriam, quam decimã Musam uocat. ἑλικωνίδα, musam. λυράοιδον, fidibus succinentem. τερετίσματα, modulamina. desiuerunt cantilenæ, tanquam cum Ioanna omnia pariter perierint. Et fortassis legem sanxerunt dignam nouem Musæ, ut sepulchrum Ioannæ pro Helicone habeant.

ΕΙΣ ΚΥΝΗΓΟΥΣ. 19.

Ἀδήλου.

Αἰετοὶ ἀρχίου υἱέ.) Loquitur sepulchrum. Ecce tibi Archij fili Pericles lapidea ego sto columna, monumentum uenationis. Omnia tibi circa sepulchrum fabricata

bricata sunt, equi, iacula, canes, furculæ, et retia super fur/culas. σάλικες, perticæ, quibus retia sustinentur, sicut etiam in primo libro ostendimus. Heu, heu lapidea omnia, circumcursitant autem feræ. Ipse autem uigesimum annum agens, profundum seu inexperrectilem somnum habes.

Ἀγαθίυ.

Τὸν κρατερὸν πανοπῆα.) Validum Panopea uena/torem leonum, λασιοστέρνων, hirsutis pectoribus prædi/tarum punctorem pantherarum, bustum habet. Concaua à terra interfecit terribilis scorpius, quum uulnerasset talum montiuagum. ταρσὸν ὀρεσιβάτην, plantam, quæ per aspera montium incedit. αἰγανέη, iaculum autem mise/rum, uenabulaq; in terra iacent. Heu, heu, audaciũ ludicra caprearum, scilicet cupida.

Ἀδήλον.

Εἶχε κορωνοβόλον.) Habuit pedum, seu iaculum (κο ρωνοβόλον est unica dictio, & dictum est à feriendis seu percutiendis cornicibus) paupertatis famelicũ Ariston in/strumentum, id est quo famem suam ægrè sustentabat, quo pernices seu uolucres iaculabatur anseres (Sed notabis hoc loco χῆνας ratione metri & sensus stare non posse, partim quod hæc dictio habeat primam longam, partim quod anse res minimè sunt pernices, quanquam etiam uolent. itaq; ui/dendum est quæ germana sit lectio) Sensim obambulans do loso gressu, qualis ille, scilicet erat, ad decipiendum obli/quis oculis pascentes. Nunc ille quidem in orco est, iaculũ autem ipsius orbum est stridore & manu. præda autem tumbum superuolitat. Hoc epigramma rectius refertur ad titulum aucupum, quàm uenatorum.

ΕΙΣ ΜΕΘΥΣΟΥΣ. 20.

Αδήλου.

Μορτάδα τῇ ἱεραῖς.) In Mortada anum mero/bibam & multibibã, in cuius sepulchro insculptũ erat dolium. ἄφθονον ἀκρήτου, &c. me qui apud lacũ Bacchi hausi ex calice copiosum merum, seu ubertatẽ me/ri, nunc mortuam non tegit exiguus puluis: sed mihi sepul/chrum est signum lætitiæ.

Αντιπάτρου σιδωνίου.

Τῆς πολίης τόδε σῆμα.) In Maronidem aniculam bibacem & loquacem, cuius tumuli insigne erat calix. φιλάκρητος, amatrix meri. ἀκτεάνῳ, paupere, ege/no. Non pro liberis, neque pro egeno patre liberorum lu/get: unum hoc luget sub sepulchro, quod Baccho aptum in/strumentum, Baccho non sit plenum. Hoc epigrãma & nos pro more nostro interpretati sumus, non genialiter, sed popinaliter, ut sequitur:

Hæc est annosæ urna Maronidos: ipse sepulchro
Insculptum cuius cernis amice scyphum.
Multiloqua & uinosa fuit: neq; mortua natos
Natorum'ue inopem fletq; doletq; patrem.
Vnum hoc deplorat, quòd sic scyphus aptus Iaccho,
Ad tumulum Bacchi munere sit uacuus.

Αργεντα ρίου.

Η Βρόμιον στέρξασα πολὺ πλέον.) Facetum epi/taphium uinosæ aniculæ, quæ apud Minoêm falsò fassa est cædem mariti sui, ut & ipsa tanquam Danaïdes aquam in dolium fundere cogatur, tantum in hoc ut dolium uideat. Quæ Bacchũ (inquit) amauit multo plus quàm nutrix Ino, loquax illa & pampinea anus Aristomache (pampinea, id

est

est uinosa)quando sacram subijt terram,omnis autem spiritus contabuit, quem prius plurimum ex calicibus percepit fruendo. Dixit hæc Minoï pridem, Age, *uel fer urnam leuem,afferam ferrugineam ex Acheronte aquam*. Et ego, παρθενίην, *sponsum occidi(sicut* Danaïdes *perdiderunt sponsos suos)* Hoc *autẽ dixit falso,ut uideret & inter mortuos dolium.*

Ἀντιπάτρου.

Οὐκ οἶδ' εἰ Διόνυσον ὀνόσσομαι.) In Polyxenum, *qui noctu bene potus regrediens ex agro è conuiuio, in lubrico colliculo lapsus collum fregit.* Quos *quidem uersiculos etiam latinitate donauimus:*

Haud scio num Bacchũ accusem,an largũ Iouis *imbrẽ:*
Lubricus incertos fallit uterq; pedes.
Rure etenim potus dum forte Polyxenus *ibat,*
Ex *lubrico lapsus colle barathra subit.*
Nunc *procul à Smyrna patria iacet:ergo cauebis*
Nocte *salebrosas ebrius ire uias.*

Λεωνίδου.

Μαρωνὶς ἡ φίλοινος.) Hoc *epitaphiũ planè concordat cũ superiore,* τῆς πολιῆς τόδε σῆμα μαρωνίδος, *&c. nec habet opus interpretatione.*

Διοσκορίδου.

Τὴν τίτθην ἱέρων σιληνίδα.) In Silenidem, *quæ etiã mortua prope torcularia tumulum est sortita.* Versiculorum *sensus est:*Nutricem Hieron*(proprium nomen est)*Silenidem, *quũ biberet merũ à nullo premebatur poculo(quamlibet illud magnum,graue,aut capax erat)intra agros posuit,id est sepeliuit, ut meri amatrix illa etiam mortua torcularibus uicinum haberet tumulum.*

Ἀδήλου.

Τὴν ἱλαρὰν φωνήν.) In Praxitelem Musarum studiosum, & commodum compotorem. Hilarem uocem & honorificam ô uiatores, nempe χαίρειν, bono, commodo dicite Praxiteli. Erat ille uir Musarũ sufficiens pars, id est non mediocris poëta, atq; iuxta uinum κεχηνὼς, lætus, iucundus. O salue Andrie Praxiteles, id est ex Andro. Sicut Terentius, Andrium ego Critonem uideo. &, Hei uereor, ne quid Andria apportet mali, &c.

ΕΙΣ ΜΟΙΧΟΥΣ. 21.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

OὐΧ ὁσίοις λεχέεσσιν.) In adulterum, qui repentina ruina tecti unà cum adultera est oppressus. Hoc epigramma propter detestandi sceleris iustam uindictam quoq; uertere libuit:

Probrosis thalamis delectabatur adulter,
Coniugis alterius furta nefanda sequens.
Quum subitò ruit alta domus, mœchosq; scelestos
Texit adhuc mixtos illa ruina simul.
Sic uno impliciti laqueo retinentur: & ambo
Amplexus nondum deseruere suos.

ΕΙΣ ΝΑΥΑΓΗΣΑΝΤΑΣ,

id est in naufragos. 22.

Ἀνακρέοντος.

KAὶ σὲ Κλεηνορίδη.) Sequitur hoc loco titulus admodum prolixus de naufragis, piscatoribus, et alijs qui diuersis casibus in undis perierunt. Plurimum autem hominibus obscuris, et solo nomine notis, de quibus nõ multa dici possunt. Nos itaq; obscuriores tantum uersiculorum locos, & uerba remotiora explicabimus, addituri quoque

argumenta & historias epigrammatum, ubi aliquid certi deprehenderimus. Est autem primum Anacreontis de Cleorida, qui patriæ uisendæ desiderio fretus, noto hybernis temporibus naufragus interijt. ὥρη γάρ σε πέδησεν ἀνέγγυος, Tempus enim te alligauit illegitimum, scilicet ad nauigationem: seu infidum, cui fidere nõ debebas. Humidi autem fluctus tuam amabilem ætatem obruerunt.

Λεωνίδου.

Εἴη ποντοπόρῳ πλόος.) Naufragus sepultus in littore prosperã nauigationem soluentibus precatur, quæ si secus cesserit, nõ debere nautas undã inhospitalem, sed suam ipsorum audaciam accusare, quod non ipsius exemplo præmoniti, ab eius sepulchro retinacula soluerint.

Πλάτωνος.

Ναυηγοῦ τάφος.) Et mari et terra mori homines. Morus:

Naufragus hac situs est, iacet illa rusticus urna:
Ad Styga siue salo, par uia, siue solo.

Λεωνίδου.

Ναυηγοῦ τάφος εἰμί.) Hoc distichon concordat cum superiori Leonidæ. ἀνάγονται, à portu prouehunt.

Ποσειδίππου.

Ναυτίλοι ἐγγὺς ἁλός.) Aegre fert naufragus, quòd prope mare à nautis sepeliatur, cũ adhuc fluctus exhorrescat. nihilo secus tamẽ eos saluere iubet, qui ipsius sunt miserti.

Πλάτωνος.

Ναυηγόν με δέδορκας.) Naufragus spoliatus uestimentis ab homine, & nudus relictus, hoc piaculum conqueritur. ἠδέσατο, reueritum est, postremo indumento me nudare. ἀταρβήτοις, impauidis. τόσσον ἄγος, tantũ piaculũ, scilicet spoliare naufragũ, & nõ tumulare. cætera plana sunt.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πλωτῆρες, σώζοισθε.) Et hic bene precatur nauiganti bus, ut prætereuntes naufragi sepulchrum agnoscant.

Σιμωνίδου.

Τοὺς δέ ποτ' ἐκ Σπάρτας.) In cenotaphio hoc erat inscriptum. ἀκροθίνια, primitias propriè frugum signi ficant, quæ à summo aceruo tolli solent.

Καλλιμάχου.

Ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες.) Epigramma facile, cuius principium planè cōcordat cum illo Euripidis quod est in Medea, εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος, &c.

Τοῦ αὐτοῦ.

Νάξιος οὐκ ἐπὶ γῆς.) In Naxium Lycum mercatorem, qui Aegina nauigans, naui fracta submersus est. νάξιος, ex Naxo, quæ una est ex Clycladibus. αἰγινῆθεν, ab Ae gina iuxta Athenas. ἄλλως, in uanum, nequicquam. ἐκ ρύου σῶ, &c.) Regula notanda nauigantibus, quam etiam approbat Hesiodus libro posteriore. ἐρίφων δυομέ νων, hœdis occidentibus, id est, in Capricorno.

Λεωνίδου.

Εὔρου με τρηχεῖα.) Cenotaphium est, sicut superius in Callæschrum in Libyco mari submersum. Euri me, inquit, aspera & alta procella, seu tempestas, & nox fluctus ob scurati Orionis afflixerunt. perdidi autem uitam. θέων, currens in medio Libyco pelago. Et ego quidem nūc in ma ri uertor uel agitor, piscibus gaudium: mendax autem hic adest lapis, quia in hoc sepulchro non tegor.

Γετουλίου.

Ἀπελοποννήσες.) In Astydamanta Cydonium, id est Cretensem,

Cretensem, Damidis filiũ, qui inter Peloponnesum, & Cretam ad Maleæ scopulos naui fracta perijt. μαλέω ἐκαμπτόμενον.) Scribit enim Strabo, Maleam promontorium per quinq; millia passuũ in mari protendi, esseq; periculo sam ibi nauigationẽ, propter reflantes inde uentos. ἀλλ' ὁ μὲν ἤδη, etc. Sed ille iam impleuit belluarum marinarũ uentres. Mendax autem sepulchrum mihi in terra statuerunt, scilicet Cretenses. Quid autem hoc mirandum est de Cretensibus, qui mentiuntur etiã Iouis sepulchrũ apud eos esse. Alludit ad uulgatũ illum uersiculũ, κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, quo & Paulus, & Callimachus in hymnis usi sunt.

Αδέσποτον.

Παῦσαι νηὸς ἐρετμά.) Nec remos nec rostra nauium hic suo sepulchro uult appingi, ut naufragi sepulchrum cognoscatur. Quorsum enim spectat, inquit, eius iacturæ quam in undis acceperat, homines qui in terra sunt denuo reminisci?

Ισιδώρου αἰγεάτου.

Τὸ χῶμα, τύμβος ἐστι.) Orat rusticũ, ut boues inhibeat, & uomerem suspendat, nec aggerem præsentem, qui sepulchrum est, aratro proscindat, quod demortui cinerem sit moturus: in quem cõueniat non semen triticeum, sed lachrymas spargere. Sunt autem iambi senarij.

Αντιπάτρου.

Οὐδετέρης ὅλος εἰμί.) Hoc epigramma Vrsinus sic transtulit:

Neutra habet integrum, nec terra nec unda, sepultum:
Aequa adeo pars nunc ceßit utriq; mei.
Nam pisces carnem medio absumpsere profundo,
Ossa sed in gelido littore sparsa iacent.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τȣ̃ αὐτȣ̃.

Ἀνθέα τὸν ναυηγόν.) In Anthea naufragũ, qui quum ad ostia Penei fluminis Thessaliæ tabulæ auxilio natasset, & iam iam omnia maris pericula esset euasurus, à lupo occiditur: quod equidem miserandum est, & lugendum. sicut & eius casus, qui sequitur, est perquàm miserabilis:

Στατυλλίου φλάκκȣ.

Λαίλαπα, καὶ μανίην.) Hoc epigramma à Moro sic translatum est:

Aequoris insanas euasit naufragus undas,
Tristius Afra salo præbet harena solum.
Dum iacet ecce graui pressus prope littora somno,
Nudus, & infesto fessus ab usq; freto,
Vipera trux peremit. frustra fugis æquora, frustra
Heu miser, in terris debita fata tibi.

Ισιδώρου.

Οὐχ εἷμα νικόφημον.) Iambi senarij, quibus negat quidam neque se fluctibus, neque astrorum occasu in mari Libyco esse submersum, sed in summa trãquillitate siti enectum. ἀνηνέμῳ, uentis carente. idem est quod νήνεμος. ἔφρυγη, tostus, siue exiccatus sum siti. Et hoc, inquit, uentorum opus fuit, heu quantum malum nauitis aut spirantes, aut constricti.

Στατυλλίου.

Γρυνέα τὸν πρέσβυν.) In Grynea piscatorem in mari suffocatum, ac postero die sub auroram depastis manibus eiectum. Libuit & hos uersus latinos facere:

Longæuum æquorea uiuentem Grynea cymba,
Cuius opus fuerant hamus, arundo, linum,

Vndi/

Vndiuago rapidus submersit in æquore uentus,
Eiectum in littus mane cadauer erat,
Depastum palmas: quis mentem piscibus esse,
Qui modo roserunt quo periêre, neget?

Λεωνίδου ταραντίνου.

Θῆριν τὸν τριγέροντα.) In Therim piscatorem senem *admodum, qui nullis procellis absorptus, sed senio confectus decesßit, & à piscatoribus sepultus.* Therin, inquit, *nonagenarium, à fœlicis capturæ naßis uiuentem (quanquam* κύρτος proprie *uas sit iunceum, quo piscatores utuntur) qui mergis plus natauit. piscium deprædatorem, uerriculatorem (à σαγήνη, quod uerriculum significat, est σαγηνεύς) antrorum subingressorem (χηραμοδύτην, à χήραμος antrum, & δύω subintro) non multiscalmæ nauigationis nauigatorem, id est qui longinquas & magnas nauigationes nunquam suscepit, sed tantum piscatoria cymba usus est.* Attamen neque arcturus perdidit, neq; procellæ *subuertit multas annorum decadas: sed mortuus est in tugurio iunceo, quemadmodũ lucerna, longo extinctus in tẽpore ultroneus.* Sepulchrum autem *ei neq; filij adornauerũt, neq; coniunx, sed cooperator piscatorum chorus.*

Ἀβδαίου μιτυληναίου.

Ὁ γριπεὺς διότιμος.) In Diotimum, *qui naiculæ sua & ad piscandum usus est, & pro domo, eademq; postea combustus.* ἶκτο, *uenit: tertia persona præteriti plusquamperfecti, ab* ἱκνέομαι. αὐτερέτης, *ultroneus remex.* παραμύθιον, *solatium, quo uitam solabatur & sustentabat.*

Ἀργενταρίου.

Δύσμορος ἐκρύφθη.) Et hoc est *cenotaphij epigramma, in*

ma, in nautam Pnytagoram, cuius hic est sensus: Infœlix cadauer ponto occultatum est, quod apud undam mater Lysidice infinitis modis (seu multifariam) defleuit, mendacem intuens & uacuũ tumulum. Sed me fatum mortuum cum mergis fecit simul fluitantem Pnytagoram. obtinui autem in Aegæo mari mortem. πρυμνούχους, *puppim sustinentes ordinans ex Borea rudentes. Sed neq; sic nauticum reliqui cursum, sed à naui aliam apud mortuos inscendi cymbam. nempe Charontis, qua transuectus est.*

Ετρούσκου μεσσηνίου.

Η μία καὶ βιότοιο.) *In Hieroclidam piscatorem, qui sua cymba qua uictum sibi parauit, etiam mortuus est combustus. Vna nauis, inquit poëta, & ad uictum & ad Orcum duxit Hieroclidam, communes sortita fines nutriuit piscantem, combußit mortuum, simul nauigans & ad capturam, simul nauigans & in Orcum. Beatus piscator, propria naui & pontum nauigabat, & ex propria cucurrit in Orcum.*

Φιλίππου.

Ηπείρῳ μ' ἀποδοῦσα.) *Naufragus quidam mare alloquitur, cuius cadauer ciectum fluctibus hinc inde trahebatur, sic dicens: Continenti me mortuum redditum ô asperum mare trahis, cineris adhuc reliquũ proiectamentum, siue stercus.* σκύβαλον *quid proprie significet, in primo libro diximus. Et in Orco naufragus ego solus, neque in terra pacem habebo ab horrendo scopulo. Aut me sepeli, imperium obtinens in undis: aut reddens terræ, illius non amplius furare mortuum.*

Τοῦ αὐ-

Τοῦ αὐτοῦ.

Ηιόνι τόδε σῆμα.) Hoc epigramma suprà in titulo, εἰς ἄνδρας ἐπισήμους, declarauimus. Vnde mihi Planudes, qui post Archiam hæc epigrammata nouo delectu habito digeßit, fuisse uidetur malæ memoriæ: neque enim raro idem epigramma bis aut ter posuit. sicut & illud Βιάνορος de Clitonymo tyrannicida, quod sequitur, libro primo sub titulo εἰς δίκην habuimus. quare hic consultò prætereo.

Ηρακλείδου σινωπέως.

Λαῖλαψ καὶ πολὺ κῦμα.) Tlesimenes naufragus loquitur, ostendens & procellis & fluctibus, & occasu arcturi, & tenebris, neq; non æstu Aegæi maris suam nauem esse dißipatam, et se pariter oneribus in profundo oppressum. Proinde postulat se defleri à parentibus, & sibi monumentum extrui.

Ερυκίου.

Οὐχ ὅδε δειλαίου σατύρου.) Sensus est: Non hoc miseri Satyri sepulchrum est, non sub hac, ut sermo est, requiescit pyra Satyrus. Sed sicubi quendam pontum auditis, amarum illum & uicinum, seu proximum alluentem Mycalem capras pascentem (Est autem μυκάλη mōs Cariæ) in illa uorticosa & infœcunda adhuc iaceo aqua furente, accusans Boream. Intelligit autem mare Pamphylium.

Θεαιδήτου.

Ναυτίλοι ὦ πλώοντες.) Ariston Cyrenæus precatur nautas per Iouem hospitalitiū, ut patri Menoni dicant, eum iacere apud Icarias petras, in Aegæo mari extinctum. Sunt au-

Sunt autem hæc epigrammata ſimplicia, multi candoris, & minimæ ambitionis.

ἀσκληπιάδου.

Ὦ παρ' ἐμὸν στείχων.) Et hic orat uiatorem, ut patri Meleſagoræ in Chio dicat, è naufragio ſibi nihil relictum eſſe præter nomen Euippi, cætera omnia ſecum marinis fluctibus eſſe abſorpta.

Πέρσου.

Εὔρου χειμέριαι.) Hoc eſt: Euri hybernæ procellæ te euoluerunt ô Philli, multum defleto nudum in littore uiniferæ Leſbi, apud planiciem campeſtrem. (Siquidem σφυρὸν, καὶ τῶν ὀρῶν τὸ ἐπίπεδον, καὶ κατώταἶον, authore Heſychio ſignificat) excelſæ autem petræ iaces ad radicem. ἁλιβρεκτῳ, marinis aquis irriguam. ab ἅλς mare, & βρέχω proluo, irrigo.

Νικαινέτου.

Ηρίον εἰμὶ Βίτωνος ὁδ' οἰπορε.) Præſens epigramma nihil habet obſcuri, niſi quod τορώνη hoc loco nomen ſit ciuitatis Thraciæ, & ἀμφίπολις ciuitas Macedoniæ ex aduerſo Thraciæ: ideo dicta Amphipolis, quòd eam ex omni parte ambiat & circumfluat Strymon fluuius. Vide Stephanum.

Λεωνίδου.

Αρχαίης ὦ θινὸς.) Senſus eſt: O ueteris arenæ pondus inſtar cippi erectū, dicas quem tenes, aut cuius, aut cuiatem? Phintonem Hermioneа filiū Bathyclis, quem magnus æſtus perdidit, arcturi procella uſus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πάρμις ὁ καλλιγνώτου.) In Parmidem piſcatorem, qui iulide piſce arundine extracto, & mordicus apprehenſo, ac lu-

ac lubricitate in guttur illapso præfocatus est. Parmis (inquit) Callignoti filius littoralis, qui piscator summus, scilicet erat, κίχλης, id est turdi piscis, ἢ σκάρου, & scari, quem ex omnibus piscibus Oppianus libro primo & ruminare, & uocalem esse his uerbis testatur,

καὶ σκάρον, ὃς δὴ μοῦνος ἐν ἰχθύσι πᾶσιν ἀναύδοις
φθέγγεται ἰκμαλέην λαλαγήν, καὶ μοῦνος ἐδωδὴν
ἄψοῤῥον πόιησιν ἀνὰ στόμα, δεύτερον αὖθις
δαινύμενος μήλοισιν ἀναπτύων ἴσα φορβήν.

Plura super hoc pisce uide in annotationibus Frãcisci Massarij Veneti, uiri harum rerum peritissimi. καὶ λάβρου πέρκης, & impetuosæ percæ, δελεάρπαγος, escã rapientis, & quæcunq; caua antra petrasq; submersas depascunt, captura ex prima, quando iulidem saxatilem mordicus apprehendens, exitiosam è mari sustulisset, perijt. lubrica etenim quum è manu erupisset, intrauit in angustum guttur, mouendo, scilicet se. Et ille quidem prope funiculos, & arundinem, & hamos expirauit (ἀπὸ ἧκε πνοιήν) dum uolueretur, uel uolutatus, fila quum compleuisset fatalia: illo autem mortuo piscatore, piscator hoc aggessit sepulchrũ. Nõ dissimili fato consumptus est ante annos aliquot in Germania quidam sacrificus piscandi & natandi peritissimus, qui quum manu in quodam profundo gurgite percã cepisset, oriq; inseruisset, ut ad sodales enataret, perca in gulam illapsa, miserum sacrificulum in manibus sodalium nihil nõ tentantium exanimauit.

Φλάκκου.

Εὐρου χειμερίοις.) Huius epigrammatis (quod & Angelus Politianus, et Marullus, nisi fallor, eruditissimè transtulerunt)

lerunt) hic est sensus: Hebri hybernis frigoribus tener puer alligatus, lubricis pedibus dissecuit glaciem. Cuius tracti, & uehementer allisi collum, abscidit acutum frustum fluuij Bistonij, id est Thracij. Et altera quidem pars abrepta est uorticibus: mater autem relictū solum caput sub sepulchro posuit. lugens autem misera, fili, fili, inquit, partē quidem tui rogus, partem uero tui amara sepeliuit aqua. Versiones latinas ad manum, quum hæc scriberem, non habebam, alioqui addidissem.

Αδδὶσποτου.

Πάντα τὶς ἀρήσαιτο.) Ecce mirabilem casum Theugenis naufragi, quem nauigantem multitudo gruū superuolantium unà cum naue depreßit. Eam ob rem putat hic poëta omnem nauigationem esse fugiendam, ut uarijs & difficulter euitandis periculis obnoxiam. κεκμηὸς, defessa, pro κεκμηκός.

Λεωνίδου.

Ναυηγὸς γλαύκοιο.) In Anthea, qui pelagi periculis defunctus & liberatus, in fluuio perijt. Nereides deæ maris, Nymphæ fluuiorum.

Ιουλιανοῦ.

Χαῖρέ μοι ὦ ναυηγέ.) Bene precatur naufrago, iubens eum accusare uentos, & non fluctus: quòd ab illis sit extinctus, horum autem opera in terram eiectus, & à parentibus per hoc sepultus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πλαδς, ναυηγόν με λαβών.) Naufragus ad nauigantem loquitur, petens antè sepeliri, & monens ut Maleæ promontoria caueat, ac semper prosperam nauigationem consequatur. Si autem eo neglecto abierit, ut parē gratiam

auferat,

auferat, id est ad eum modum in undis submergatur.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὔτι σε πόντος ὄλεσε.) In mercatorē, propter auaritiā in mari suffocatū, epigrāma: quod sic Latinū fecimus:

Haud mare te sæuum, haud rabies uiolentior auræ
Extinxit, sed opum non saturanda sitis.
Terra mihi tenuem det uictum: ex æquore quærat
Lucrum alius, quem non æstus & unda mouent.

Τȣ̃ αὐτȣ̃.

Χθὼν σε τίκεν.) Planū est epigrāma, nisi quod πλȣ́τῆος genitiuus est, à nominatiuo πλȣτεύς, Pluto.

Τȣ̃ αὐτȣ̃.

Υπατίȣ τάφος εἰμί.) Et hoc nihil habet obscuritatis, quod uel puerum remorari poßit.

Αντιφίλȣ.

Ηδη πȣ̃ πάτρης πελάσας.) In eum, qui sibiipsi iam patriæ littoribus appropinquanti male ominatus est, futurum, ut in crastinum infelici nauigatione iactaretur, quod & factum esse ait: & propterea omne crastinū uerbum, tanquam infaustum omen esse cauendum, quod ne minima quidem dicta lateant Nemesin. Epigramma satis clarum est.

Απολλωνίδȣ.

Ην ἄρα μιλήτου.) Et hic cupit patri Diogeni Milesio annunciari luctuosum nuncium, quod scilicet in Aegeo pelago submersus, in Andro sepultus iaceat.

Αντιπάτρου.

Πᾶσα θάλαττα, θάλαττα.) Omne mare esse mare, id est ex æquo periculosum, nec aliud alio magis accusandū, tametsi diuersis nominibus appellētur, innuit Aristogaras.

σκαρφανεὺς λιμὴν, portus Locrorum, ἀ σκάρφῃ ciuitate in Locris. Vide Stephanum.

Φαλαίκου.

Φεῦγε θαλάσσῃ ἔργα.) Hoc epigramma non est epitaphium, pertinens propriè ad primum librū, quod ita latinis uersiculis expreßimus:

Aequora, uela, rates fugiens, cole uomere terram,
Longam si uitam dulce uidere tibi est.
Longam dat uitam tellus: sed in æquore uasto
Haud facile est canum cernere sæpe caput.

Λεωνίδου.

οὐδ' εἴ μοι γελόωσα.) Et hoc epigramma sic latinum facere libuit:

Non ego, uel tumidas si Triton strauerit undas,
Vel spiret Zephyri mollior aura mihi,
Inscendam naues: formido pericula, uentis
Iactatus ualidis, quæ grauia antè tuli.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ατρομος ἐκ τύμβου.) Iubet naufragus, ut intrepidè à sepulchro nauta funes soluat. se enim pereūte, alios prospere & feliciter nauigasse.

Ηρακλείδου.

Απισχ' ἀπισχε χεῖρας.) Iambici sunt senarij. Loquitur naufragus ad rusticū, ut manus contineat, nec puluerem seu terram circa eius sepulchrum secet, propterea quod ex defleta gleba nulla spica unquam sit exoritura.

Γλαύκου.

Οὐ κόνις, οὐδ' ὀλίγου.) Sensus est: Non puluis, nec modicum petræ pondus, sed Erasippus, scilicet est, quā cernis, scilicet petrā, ipsum uniuersum mare sepulchrū. perijt enim

cum

cum naui, ossa autem illius alicubi putrescunt, solis mergis nota dicere, id est de quibus soli mergi comperta nouerunt dicere.

Αντιπάτρου.

Δύσμορε Νικάνορ.) Sensus est: Infelix Nicanor, in cano fatate, id est peremptę ponto, iaces sanè peregrino nudus in littore, aut ad petras. Beatæ aũt illæ ædes, inanes seu cassę sunt, & totius Tyri spes perijt. neq; quicquam possessionum tuarum te eripuit. heu miserande, perijsti multis laboribus perfunctus, piscibus & pelago.

Θεοκρίτου.

Ανθρωπε ζωῆς.) Vitæ parcendum esse dicit Theocritus, nec intempestiuè nauigandum. nam uitã per se satis fugacem & breuem esse.

Θεοδωρίδου.

Κλαύδες πόντου.) In Timarchum, distichon notũ. Cæterum λὶψ, latinis est Africus, qui aduersus Vulturnũ flat. Vide Gellium libro 2. capite 22.

Ονέσου.

Οὔνομα κηρύσσω.) Petra loquitur de Timocleis cenotaphio, epigramma apertißimum.

Αδηλον.

Ναυτίλε, μὴ πεύθου.) Extemporali uersione sic:

Heus bone, ne quæras cuius sim nauta sepulchrum,
Sed fruere ipse mari, prosperiore tamen.

Διοδώρου.

Ἐῤῥοις ἰονίοιο.) Male hic poëta mari Ionio imprecatur, quòd tam multos deuoret. Pereas, inquit, Ionij ô multũ terribile mare & immisericors (πολυπτοίητε, à πτοιέω terreo) Orci fretum nigerrimi: quod tot susceperis. Quis ô

infelix tua percensere poterit iniqua, ærumnosorum fatum obseruans, dolores, & quantum occasionum cito perituris socijs naui cum uniuersa, mersisti fluxu marino, uel fluctibus marinis.

Αργεντaρίου.

Οὗτος ὁ καλλαίσχρου.) Cenotaphiū Callæschri, qui in Syrtibus Libycis perijt. Hoc, inquit, est Callæschri uacuum sepulchrū, quem profundus fluxus labi seu excidere fecit, Libycos percurrentē meatus. Tractus quando Orionis retrò conuertit, id est retraxit, maris profunditatem, æstus ab odioso occasu, scilicet omnium siderum. Et illū quidē deuorauerunt iactatū in mari belluæ. mutū autem cippus titulū seu literā sortitus est hunc. συρμὸς, suprà in epigrāmate tractum significat fluctuantis undæ, non serpentis.

Ξενοκρίτου.

Χαῖταί σου στάζουσιν.) In Lysidicen puellam Tarsensem. Capilli tui destillant adhuc salsuginem infelix puella, posteaquam naufragá perijsti in mari ô Lysidice. Siquidē quum pontus concitaretur, metuens maris iniuriam, super cauo ligno excidisti. Et tuum quidem loquitur tumulus sepulchrū, & terrā Tarsum. Ossa autē in frigido alluuntur littore. Amarū Aristomacho genitori malum: qui te deducens ad nuptias, neq; puellam duxit, neq; cadauer.

Ζανοῦ.

Ψυχρὰν σεῦ κεφαλῆς.) Sensus est: Tui capitis curam agam frigidū & ripense litus ad miserabile affundens cadauer. Neq; enim te mater ad sepulchrum deplorans nouit Alexante, tuam mortem marinam. Sed te deserti & inhospitales loci suscipient terræ, uicini littori. πλαταμῶνες, propriè dicuntur loca spaciosa & deserta prope mare,

subiectas

ſubiectas petras habentia. Vide Heſychium, & Suidam. ὡς᾽ ἔχῃμεν, ut habeas arenæ portionem modicam, multã autem lachrymam ô hoſpes, poſtquam ad exitioſam cucurriſti mercaturam.

Ἀλκαίου.

Στυγνὸς ἐπ᾽ ἀρκτούρῳ.) Triſtis eſt ſub arcturo nautis nauigatio: ex graui autem procella Aſpaſio amaram concinnauit mortem. Feliciter prætereas tumulum ô uiator. Corpus autem pontus celauit, Aegæo dum aſpergitur pelago. Iuuenũ lachrymoſa omnis eſt mors. in mari autem plurimi luctus multum defletæ, ſeu multilachrymabilis nauigationis. Hoc epigramma ſapit antiquitatem.

Λεωνίδου.

Ἠχήεσσα θάλασσα.) Poëta mare alloquitur. O reſonans mare, quid Timaris filium ſic nauigantem non multa cum naui Teleſtagorã ferociter fluctibus ſæuiens, pronum præcipitaſti in pontũ cum onere, copioſam undã aſfundens? Et ille quidem alicubi laris (nam καύαξ larũ ſignificat) aut piſciuoris mergis (quanquã idem mihi ſignificare uidentur hæ duæ dictiones) τεθρήνητ᾽, luctu defletus eſt (pro τεθρήνηται, à θρηνέω) exanimis lato in pelago. Timares autem uacuum filij defletum uidens tumulum, deplorat filium Teleſtagoram.

Ἀθηνοδώρου.

Ἐν πόντῳ Σώδαμις.) Epitaphium Sodamis Cretenſis, præſtantis piſcatoris. nam περιοσὸς hoc loco præſtantem ſignificat, quo impenſius eius mors deflenda ſit. Sed mare neq; piſcatores diſcernit, quantumuis tandem ei ſint familiares.

Ἀντιπάτρου.

Δᾶμις ὁ νικαεύς.) In Damidem nauclerum, qui quum ex mari Ionio quum ipsam nauim, tum connauigantes seruasset, ipse hybernæ niuis frigore solutus perijt. Verborum sensus hic est: Damis ex Nicæa oriundus, minimam nauem quondam ex ponto Ionio ad terram gubernans Pelopis, id est ad Argos, onerariã quidem nauem & omnem nauis inscensorum populum fluctibus & tractu uentorum errantes illæsus seruauit. Demissa autem ad petras anchora, frigidis mortuus est ex niuibus, quum inclinasset, scilicet se senex. Ecce ut portum dulcem alijs dedisti hospes, ipse lethes portum subijsti: id est, qui alijs uitæ author extitisti, ipse mortẽ oppetijsti.

Παγκρατίου.

Ὤλεσεν αἰγαίου.) Perdidit Aegæis fluctibus immanis sublatus Africus Epieridam, hyadibus occidentibus, ipsa cum naui & uiris. cui hoc sepulchrum lachrymatus uacuum filio pater fabricauit.

Λεωνίδου.

Αἰεὶ λῃσταὶ, καὶ ἁλιφθόροι.) In Timolytum mercatorem, quem latrones Cretenses prædæ gratia in mare Creticum per præceps dederunt, quorum latrocinium & immanitatem accusat, sic inquiens: Semper latrones & marini piratæ, neq; iusti Cretenses. Quis Cretensium nouit iustitiam? Sicut & me nauigantem (tametsi pro ὡς, melius legeretur οἱ) quum non admodum opimo onere Creticum pepulerunt Timolytum in mare miserum. & ego quidem ab in mari uiuentibus laris defletus sum, tumulo autem nõ subest Timolytus. ὕπο pro ὕπεστι, sicut ἔνι pro ἔνεστι, & ἔπι pro ἔπεστι.

Τῶ

Τῦ αὐτῦ.

Κὴν γῇ, κὴν πόντῳ κεκρύμμεθα.) Nauta loquitur nomine Tharsys, miserabilem uitæ suæ exitũ indicans, qui cum explicãdæ ancoræ gratia ductu funis mare esset subingressus, camq; liberasset, & iam ascendendo uellet emergere, & manus ut subduceretur nautis præberet, à grandi quodam cœto marino usq; ad umbilicum est deuoratus. Sic autem loquitur: Et in terra, & in ponto occultatus sum. hoc superfluum ex Parcis Tharsys Charmidi filius perfecit. Siquidem propter ancoræ detentum uel subiectũ pondus, in mare deorsum fluitans, inq; Ionium humidum fluctum descendens, illam quidem seruaui, ipse autem retrogradus ex profundo uadens iam, & nautis manus extendens, uel prebens, deuoratus sum. talis ad me immanis & grandis cœtus uenit, deglutiuit autem me usq; ad umbilicum. Et dimidium quidem nautæ frigidum pondus ex mari nostri, id est mei sustulerunt, dimidium autem pristis, id est bellua marina abripuit (ita à sectione undarum appellata, maximum animal in mari Indico, de quo uide annotationes doctißimas Francisci Massarij. Apud Virgilium in 5. est nomen nauis, ubi ferè semper perperã legitur pistris pro pristis.) Littore autem in hoc malæ reliquiæ Tharsys, ô uir, id est uiator, uel hospes, absconderunt. patriam autem non iterum acceßimus.

Τῦ αὐτῦ.

Τετρηχυῖα θάλαττα.) Phileus mari stomachatur, quod non remotius eum in littus expuerit, ut saltem mortuus mari non esset uicinus. O exasperatum seu tumultuosum mare, &c. τετρηχυῖα, deducitur à ταράττω, ἀξω, τετάραχα, & per syncopen & mutatione α in η τέτρηχα. Vnde

χα. Vnde participium τετρηχὼς τετρηχυῖα. Vide Cornucopiæ.

Ἀσκληπιάδου.

Ὀκτώ μευ πήχεις.) Et hic mare alloquitur his uerbis: Octo cubitos dista à me, ô asperum mare, & inunda, ac uociferare quanta tibi potestas est, id est quantũ poteris. Si autem Eumaris sepulchrum destruxeris, aliud quidem nihil utile, inuenies autem ossa & cinerem.

Σιμωνίδου.

Σῶμα μὲν ἀλλοδαπή.) Corpus quidem extraneus celat cinis, in Ponto autem ô Clisthenes Euxino fatum te depræhendit mortis errantem, dulci autem & mellito ad domum reditu frustratus es. Neque uenisti in Chium circumfluam, uel mari cinctam.

Τοῦ αὐτοῦ.

Φῆ ποτὲ Τίμαρχος.) Hoc neque ullius nautæ, neque naufragi est epitaphiũ, sed adolescentis cuiusdam, patrem super morte sua consolantis.

Ἀντιπάτρου.

Καὶ νέκυν ἀπρήυντος.) Conqueritur de mari naufragus, quod neque mortuo sibi liceat esse quieto, propter eius resonantem fragorem. Et mortuum, inquit, immansuetum conturbabit me mare Lysim, deserto occultatum sub saxo. Duriter semper resonans ad aurem, & apud mutum sepulchrum. Quid me ô homines hunc transtulistis? Quod flatu me uiduauit, non amplius oneraria naui mercatorem, sed exigui nautam remigij factum naufragũ. Qui ex ponto quærens uitam, ex ponto & mortem attraxi.

Ἀρχίου.

Ἀρχίου.

Οὐδὲ νέκυς ναυηγός.) Idem conqueritur & hic Theris, ut uideas hæc duo epigrammata eiusdem esse argumenti. Neq; mortuus naufragus in terram Theris eiectus, fluctibus uigilum obliuiscar litorū. Siquidem ad saxa quæ mari franguntur, prope pontum hostilem, hospitum manibus consequutus sum sepulchrum. Notabis hoc loco χοιράδες dici, saxa sub mare aliquantulum eminentia & nigra, ut porco natanti similia esse uideantur: quæ ἁλιῤῥήκτους uocat, quod à mari subinde tundantur & frangantur, à ῥήσσω, rumpo. ἔκυρσα, est à uerbo κύρω, sicut aliàs quoque. αἰεὶ δὲ βρομέοντα, Semper autem frementem & inter mortuos maris ego miser audio strepitum aduenientem. A laboribus autē neq; Orcus me sopiuit, quando solum neque mortuus facili inclinatus sum quiete.

Ἀντιπάτρου.

Ναυαγοῦ τάφος εἰμί.) Concordat cum superiori disticho, cuius initium est ἄτρομος ἐκ τύμβου, &c.

Ισιδώρου.

Ex γαιωμορίης.) In Eteoclem, quem deserta agricultura, libido nauigandi & mercaturæ exercendæ cepit. Verborū sensus hic est: Ex agricultura Eteoclem marina spes traxit, peregrinæ mercatorem negociationis. Dorsa autem Tyrrheni calcabat maris, sed simul cum naui in faciē præcipitatus (πρηνιχθεὶς, à πρηνίζω) illius aquas subijt uehementer & impetuose furente flatu. Non igitur areas idem perflat & in uela uentus. ὡὐτὸς, pro ὁ αὐτὸς, per synalœpham Atticam.

Θεοφάνους.

Οὐ προϊδὼν Θεότιμε.) Theotimum poëta alloquitur,

Non

Non prospiciens ô Theotime malum occasum pluuij arctu ri, letalem attigisti nauigationem. Quæ te per Aegæũ naui multas sedes habente currentem, cum tuis socijs duxit ad infernum. Hei, hei, *Aristodice autem & Eupolis, qui te pepererunt, lugent uacuum sepulchrum complectentes.*

ΕΙΣ ΝΕΟΥΣ ΚΑΙ
ΝΕΑΣ. 23.
Καλλιμάχου.

ΔΩδεκέτη τὸν παῖδα.) *Gaudeo equidem me tandem è tot naufragis incolumem emersisse. Quanquam ualde uerear, necubi interpretando in scopulos errorum impegerim, quod hic titulus ualde obscuras personas tractauerit. Sed spero candidum Lectorem non grauatè mihi ueniam daturum, uidentem me diligenter & fideliter mihi comperta sibi communicare & impertire. Quis autẽ tam Lynceis oculis est præditus, qui in tanta antiquitate nõ interdum cæcutiret? Equidem in multis mihi saltem diuinandum est, in plerisq; coniecturæ sequendæ, perpauca uero sunt quæ librorũ subsidio explicantur. Porrò præsens titulus iuuenum et puellarum aliquot immaturas mortes tractat, ut uideas humanam uitam omni ex parte incertam, miseram, & caducam, ac luctus & lachrymarum plenißimam. Est autem primum distichon Callimachi, in Nicotelem, magnæ spei puerum, qui duodecim annos natus perijt.*

Αδέσποτον.

Ἀδίης μὲν σήλησεν.) *Hoc epigrãma uidetur esse ipsius Aetherij poëtæ, cuius meminit Suidas, præsertim cum dicat Ruphinũ filium etiam studijs poëticis excellenter fuisse institutum, sed tamen admodum iuuenem fato functum.*

Loquitur autem ipse iuuenis. Orcus quidem depopulatus est meæ iuuentutis autumnum, abscondidit autem auito sepulchro hoc lapis. nomine Ruphinus eram, filius Aetherij, matre autem ex Agatha (nam mihi ἀγαθῆς propriũ nomen esse uidetur) sed frustra natus sum. Etenim ad summum, scilicet fastigium aut culmen, Musæq; & pubertatis florem postea quam uenerim, hei sapiens, id est eruditus in Orcum, & iuuenis in Erebum. Plora & tu, uidens has literas, longum ô uiator: iam enim natus es uiuens, aut filius aut pater.

Παύλου σιλεντια-
ρίου.

Πολλά σοι ἐκ βλεφάρων.) *Desunt huic epigrammati hi duo priores uersiculi, qui infrà plene ponuntur, & repetuntur, ut uideatur horum epigrammatum collector malam habuisse memoriam.*

εἰκαὶ ὧδε ξείνοις σε λεόντιε γαῖα καλύπτει,
εἰκαὶ ἐρικλαύτων τῆλ' ἔθανες γονέων.

Est autem scriptum in Leontium puerum, cuius hic est sensus: Quanquam apud peregrinos te ô Leontie terra tegat, quanquam procul mortuus es à parentibus ἐρικλαύτων, multum plorantibus, multæ tibi ex superciliis uirorum sepulchrales siue exequiales fusæ sunt lachrymæ, ualde misero luctu laniatorum. Omnibus enim eras admodum adamatus, quippe omnium communis existens iuuenis, communis existens socius. heu heu perniciosa & immitis existebat Parca, neq; tuæ pubertati infœlix parcens.

Ἀγαθίου.

Θεσμοὶ μὲν μεμέληντο.) *In Agathonicum adolescentem iuris peritũ. Leges quidẽ meditatæ erant cõsuetæ Agathonico,*

thonico, parca autem formidare non didicit leges. Sed ip/ſum raptum ſapientibus priuauit conſultis. Nam θέμιστες conſilia ſignificant, conſultaq; & lege ſancita, quæ petun/tur à iuriſconſultis. Porrò ἤμερσε, priuauit, eſt à uerbo ἀμέρδω, quo etiam Homerus Odyſſ. θ' utitur, de De/modoco muſico, τὸν πέρι μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθόν τε κακόν τε, ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δί/δου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν. Oculis quidem priuauerat. nondum legitima plenum ætate, miſerabiliter autem ſupra ſepulchrũ ingemuerunt ſocij iacentem ſui chori mundum, ſiue decus, ſeu ornamentum deplorãtes. Ipſa uero comam uellens luctu uerberabatur mater, heu, heu, uteri laborem ſciens. Attamen beatus ille, qui in iuuentute extinctus effu/git citius uitæ delicta. Ob hanc memorabilem ſententiã pue rorum & iuuenum intempeſtiuæ mortes, minus flebiles eſſe uidentur. Nam quo citius morte auferuntur, tanto quo/que impenſius multis peccatis & flagitijs, ut de miſerijs taceam, ſubtrahuntur.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Ὥριος εἶχέ σε παστάς.) In Anaſtaſiam iuuenculam, ſede cim annos natã, quæ nondũ uno anno in matrimonio cõple to deceſſit. Tempeſtiuus habuit te nuptialis thalamus, intẽ/peſtiuus ſuſtulit te tumulus. belle florentiũ Gratiarũ flos ô Anaſtaſia. Tibi genitor, tibi amaras maritus lachrymas li bat. tibi fortaſſe et portitor mortuorum fundit lachrymas. neq; enim totum annum cõſumpſiſti cum marito, ſed ſede/cennem, heu, detinet te ſepulchrum.

Ερατοσθένους, εἰς τὸ αὐτό.

Φεῦ, φεῦ ἀμετρήτων χαρίτων.) In eandem. Heu, heu, immenſarum Gratiarum uer dulce obfuſcat, uel tabefacit,

circa

circa te crudiuororum hycms inferorum. Inferos uocat ὠμοφάγους, crudiuoros, propter demortuorum cadauera, quæ subinde deuorant. καὶ σὲ μὲν ἥρπασε, Et te quidem rapuit tumulus à solari splendore, quintum ad undecimum amarum ducentem annum. Tuum autem maritum genitoremq; malis affecit, uel excæcauit mœroribus uel doloribus, quibus plus sole lucebas Anastasia.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Εὐστάθιε, γλυκερὴν μὲν ἔχεις.) In cereã imaginem Eustathij formosi pueri. Eustathie, inquit, dulcem quidem habes formam, sed te ceram uideo: quasi diceret, cereum te uideo, sed non uiuum. Neque ultra tibi illud dulce uerbum sedet in ore. tua autem belle florida pubertas, heu, heu, nequicquam nunc terræ est cinis. Quintum & decimum etenim cum attigeris annũ, quatuor sex solos uidisti soles (uidetur his uerbis subesse menda: numerus enim discrepat, nisi locum nõ recte capiam) neq; tui aui thronus opem tulit, scilicet tibi, neq; genitoris diuitiæ. Omnis autem tuam imaginem uidens iniustam Parcam accusat, propterea quòd talem heu, nimium immitis extinxit pulchritudinem.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων αἰγυπτίου.

Ἄγριός ἐστι Χάρων.) Ingeniosum & perquàm elegans hoc est epigrãma ἀμοιβαῖον, quo Charontẽ immanitatis ob raptũ iuuenem accusat, et iterũ excusat ad hunc modũ. Agrestis seu crudelis est Charon? respondet: Potius mitis est. Rapuit iam iuuenẽ? respõdet: Sed mẽte seu intellectu senibus parẽ. Delectatione, id est uoluptatibus eũ priuasti? respõdet: Auertit, hoc est, liberauit eũdẽ quoq; à laboribus.

Non

Non nouit nuptias? respondet: Neque nuptiarum dolores.

Παύλου σιλεντιαρίου, ἐπὶ τῇ
ἰδίᾳ θυγατρί.

Λέκτρα σοὶ ἀντὶ γάμων.) Pauli Silentiarij epigramma in propriā filiam, cuius hic sensus est: Lectum tibi pro nuptijs sepulchralem ô uirgo puella strauerunt palmis luctuosis parentes. Et tu quidem delicta uitæ & labores effugisti. Ipsi autem, scilicet parentes tui, luctuum amaram habent nubem. Duodennem enim te terra Macedonica tegit, pulchritudine iuuenem, moribus autem senem.

Εὐτολμίου.

Παρθενικὴν ἑλένην.) Virginem Helenā post fratrem modò mortuum misera mater planxit dupliciter. Proci autem luxerūt similem luctū. licuit enim unicuiq; flere eam, quæ adhuc nullius erat, tanquam suam.

Διογένους ἐπισκόπου
ἀμισοῦ.

Σοὶ τό δε διόγενες.) De huius epigrammatis authore parum compertum habeo, nisi quòd Amisus & Sinopis nobilißimæ ciuitates sint Ponti, quas bello Mithridatico Lucullus cepit. Verborum autem sensus hic est. Tibi hoc ô Diogenes uirescentis monumentum pubertatis ponto in Euxino posuit Phryx genitor, heu, à patria quàm procul, duxit autem te nutus Dei patris, fratri, id est patruo luctū debitum. Qui te coopertum sacra manu, & precatione uicinum beatorum fecit tripudio.

Κριναγόρου.

Ηρνήσαντο καὶ ἄλλαι.) Abnegarunt etiam aliæ suum prius nomen insulæ incelebres, in uirorum uenerūt cognomen (pro ἐς, lege εἰς) uocemini etiam uos amatoriæ: neque ulla indi-

ulla indignatio erit uobis hanc appellationem permutanti/bus. Puero enim, quem tumulo diuinæ ſuppoſuiſtis glebæ, nomen & formam ipſe dedit amor. O terra ſepulchralis, et apud litus mare puero tu quidē leuis incūbe, tu uerò ſilēs.

Σαμίου.

Υστατα δὴ τάδ᾽ ἔειπε.) Vltima ſanè hæc dixit charā ad matrem Porgo lachrymabunda, collū manibus comple/xa: Hic utinam maneas apud patrem, parias autem melio/ri fato aliam, tuæ canæ ſenectutis curam agentem.

Λεωνίδου.

Η παῖς ᾤχετ᾽ ἄωρος.) Puella abijt intēpeſtiua in ſepti/mo anno in Orcum, ante canam ætatem miſera, deſiderans uiginti menſes natum fratrem infantem, immitem qui degu/ſtauerat mortem.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αἶ, αἶ, λυγρὰ παθοῦσα.) De hac quoq; incertum eſt, quid mali ſit paſſa: niſi intelligamus, & hanc ante legitimū tempus fato functā eſſe. Cætera per ſententiā intelliguntur.

Σιμωνίδου.

Αἶ, αἶ, νοῦσε βαρεῖα.) Heu, heu, morbe grauis, quid ani mabus inuides hominum, ut amabilem apud iuuentutem ma neas? Qui etiam Timarchum dulci æuo priuaſti iuuenem, priuſquam uideret iuuenem uxorem.

Καλλιμάχου.

Ἠῷοι μελάνιππον.) Matutini Melanippum ſepeliui/mus, ſole autē occidente Baſilo mortua eſt uirgo, ſuis per/empta manibus. uiuere enim fratre in ignem poſito non ſu/ſtinuit. geminum autem domus uidit ſiue inſpexit malum, patris Ariſtippi. triſtata eſt autem Cyrene tota, felici ſobo/le uiduatam uidens domum.

Βιάνορος.

Θεονόης ἔκλαιον ἐμῆς γάμον.) Maritus Bianor de propriæ uxoris morte loquitur. Theonoës deplorabã meæ nuptias, sed propter pueri (quem ex ea susceperam) spes leuiores gemiscebam in dolores. Nunc autem me & puero inuida quædam priuauit Parca. Heu, infantem mentitus sum & te relictum. O Proserpina, hoc patris in lachrymis audi, pone infantem in sinus matris mortuæ.

Παρμενίωνος.

Παρθενικῆς τάφος εἰμ' Ἑλένης.) Virginis tumulus sum Helenes. luctu autem propter fratrem antè mortuum, duplices matris habeo lachrymas: procis autẽ reliqui communes dolores. eam enim quæ nondũ ullius erat, omnium spes deplorauit ex æquo.

Ἀντιπάτρου θεσσαλονικέως.

Αὐσονίη με λίβυσσαν.) Epitaphium seruæ Libycæ, cuius hic est sensus: Ausonius me Libycam tenet puluis, prope autem Rhomam iaceo, uirgo hanc iuxta arenam. Quæ autem me nutriuit Pompeia, loco filiæ deploratam tumulo texit liberali, ignem alium accelerans, nempe nuptialem: quem præuenit, neq; pro uoto nostro incendit lampada Persephonæ.

Ἄδηλον.

Αἲ, αἲ, τοῦτο κάκιστον.) Et hoc epitaphio lugubris & miserabilis casus exprimitur. Heu, heu, hoc est pessimum, quando deplorant mortuum sponsum aut sponsam. quando autem utrosq;, scilicet deplorant, id uero est longe deterrimum. Sicut Eupolin & Glycerium, quorum Hymenæum, id est nuptias extinxit in prima nocte prolapsus thalamus. Haud pulchre hic luctus æquilibris. sic ille quidẽ Nica filium,

lium, tu uero deplorasti Eudice *filiam.* Ad *socerum & generum hæc poëta loquitur. Aut pro* Νικία, *legendum est* Νίκα: *aut pro* ἐκλαυσας, κλαύσας, *ut stet uersiculus.*

Θεοδωρίδου.

Θεύδοτε, κηδεμόνες.) *Theudote, curatores magnam lachrymã in te mortuũ fleuerũt, uana face incensa.* In*felix,* δηνόλινε, *ter intẽpestiuo fato sublate, tu pro nuptijs et pubertate reliquisti suauißimæ matri fletus & dolores.*

Παύλου σιλεντιαρίου.

Εἰ ξ' ἐπὶ ξείνοις.) Hoc *epigramma suprà explicatum habes.*

Αδηλον.

Επτάδι με δὶς λυκάβαντας.) *Puella loquitur.* Bis *septem me annos habentem abripuit fatum, quam solam* Di*dymo patri* Thalea *peperit.* O *Parcæ, cur in tantum immites, scilicet estis? neq; ad nuptiales thalamos dixistis, neq; ad amabilis opera filiorum procreationis.* Equidem *parentes me nuptialem ad* Hymenæum *erant ducturi: odiosi autem* Acherontis *domũ intraui.* Sed *ô dei, precor, matrisq; lachrymas patrisq; sedate, tabescentium propter me mortuam.*

Διοδώρου.

Ημιτελῆ θαλαμόν τε.) *Semiperfectum thalamumq;, & prope nymphicos lectos iuuenis relinquens exitiosam uiã iuisti* Orci Thonion. A*staciam autem ualde conturbasti, quæ te maximè miserabiliter pubescentem defleuit iuuenem.* Ipparchi *deplorans malum fatũ, uiginti herbas, id est annos solum postquam uitæ impleuisti, & quatuor.*

Ανύτης.

Παρθένον ἀντιβίην καταδύρομαι.) *Virginẽ* Antibiã

 deploro,

deploro, quã propter multi ſponſi cupientes patris acceſſe runt domum, gratia pulchritudinis & prudentiæ inclytæ. ſed omnium ſpes peſtifera Parca ſubuertit.

Μνασάλκου.

Αἴ, αἴ, παρθενίας ὀλοόφρονος.) Sirenes uirginitatem Cleonis immaturo fato abſumptæ deplorantes, & lapideis imaginibus ſepulchro inſculptæ loquuntur: Heu, heu uirgi/ tatem, &c.

Αδηλον.

Αντί τοι εὐλέχεος θαλάμου.) Tibi pro felici thalamo, uerecũdusq; nuptijs mater ſtatuit ſuper hoc ſepulchrũ mar moream uirginem, menſuramq; tuam & pulchritudinẽ ha bentem Therſipoti: fandi potens fuiſti & mortua.

Αλλο.

Ωχόμεθ' ὦ Μίλητε φίλη πατρί.) Tres Mileſiæ uir gines in expugnatione patriæ prius, quàm captiuæ à Gal/ lis ignominiam paterentur, ſibi ipſæ mortem conſciuerunt. Qua de re hoc epitaphio loquũtur. Perijmus ô Milete cha ra patria, ſceleſtorum illegitimam Gallorum contumeliam recuſantes, uirgines tres ciues, quas uiolentus Gallorum ad hoc fatum adegit Mars. neq; enim ſuſtinuimus ſanguinem impium, neq; Hymenæi ſponſum, ſed Orcum curatorem in/ uenimus.

Αντιπάτρου.

Οὐ νούσῳ ῥοδόπα.) In Boïſcam, quæ in euerſione Co/ rinthi, facta a L. Mummio, filiam propriam peremit, & ſe met laqueo ſuſpendit, ne quid indignum & contumelioſum à uictoribus pateretur. Verborum hic ſenſus eſt: Neq; mor bo Rhodape & genitrix Boïſca, neq; ſub hoſtiũ haſta ſuc/ cubuimus. Sed ipſæ, patriæ quando concremabat urbẽ Co/

rinthi

rinthi terribilis Mars, Orcum fortè accepimus, siue elegi/mus. Occidit enim me mater mactaųte ferro, neq; propriæ parsimoniam habuit uitæ. Induit enim collarem ceruici la/queum. erat enim melior seruitute nobis mors liberalis.

ΕΙΣ ΟΡΝΙΣ. 24.

Αρχίου, εἰς κίσσαν.

Αγάρος ἀντίφθογγον.) Pica humana uerba sona/re perita, de se loquitur. Quæ prius contra sonan/tem uocem insonui pastoribus, sæpe etiam roborum sectori bus pica, & piscatoribus: tum quæ non raro multiplicē uo/cem, quemadmodum quædam Echo, conuiciatricē respon/siuis labijs harmoniā, nunc in terram elinguis, mutaq; pro/lapsa, iaceo, imitatricem æmulationem recusans.

Αγαθίου σχολαστικοῦ, εἰς πέρδικα.

Οὐκ ἔτι που τλῆμον.) Perdicem à catto deuoratam deplorat. Haud ulterius ô misera scopulorum exul perdix, texta tenuibus domus te habet uiminibus: neq; sub splendo/re uirescentis auroræ, summitates extendes calescentiū ala rum. tuum caput cattus abscidit, alia autem omnia rapuit, & inuidam non satiauit mandibulā. Nunc autem te non le/uis tegat puluis, sed grauis, ne quando tuas ille reliquias effodiat.

Τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ αὐτό.

Οἰκογενὴς αἴλουρος.) Pollicetur occisæ perdicæ, de catto super tumulum mactando, uindictam. Domesticus cat tus, qui meā perdicem sustulit, uiuere nostris sperat in ædi/bus. non te chara perdix mortuam inhonoratam sinam, sed propter te occidam tuum inimicū. Animā etenim tuam ma/gis cōmouet, donec fecero, quæcunq; super Achillis sepul/

chrum Pyrrhus fecit, cuius manes antè non poterant placari, quàm Polyxena ad eius tumulum immolaretur.

Εἰς τὸ αὐτό,

Δαμοχαρίδος γραμματικοῦ.

Ἀνδροβόρων ὁμότεχνε κυνῶν.) Et hic indignatur felis crudelitati, ob peremptum perdicem. Viros deuorantium æmule canum catte peßime, Actæoniorũ unus es catulorum, id est ex ijs qui Actæonem proprium dominum discerptum deuorarunt. Poßeßoris, id est domini Agathiæ tui perdice deuorata, tristitia affecisti, scilicet eum, tanquã ipsum dominum deuorasses. Et tu quidem in perdicibus habes animum, mures autem nunc saltant, tuũ rapientes conuiuium, uel cibum tibi destinatum.

Εἰς τέττιγα, Μελεάγρου.

Ἀχήεις τέττιξ δροσεραῖς.) Resonans cicada rosci dis guttis inebriata, agrestem canis musam solitarie loquacem. Summè autem insidens folijs, nigro frangis corpore cantum lyræ. Sed ô amica, cane aliquid noui arboreis Nymphis ludicri, contra sonantem Pani modulans strepitum. Vt fugiens Cupidinem, meridianum somnũ uener, hic sub opaca recubans platano.

Νικίου,

εἰς τὸ αὐτό.

Οὐκ ἔτι δὴ τανύφυλλον.) Cicada à puero perempta, de se loquitur. Non ultrà sub lata folia habente crusta rami extensa delectabor, à gracilibus uocem emittens alis. Manum enim in tenuem pueri cecidi, qui me occultè comminuit, super uiridantia sedentem folia.

Ἀρχίου.

Ἀρχίου, εἰς τὸ αὐτό.

Πρὶν μὲν ἐπὶ χλοεροῖς.) In cicadam, à formicis occisam, epigramma Archiæ longè doctißimum, cuius sensus talis est: Prius quidem super uirides latè uirescentis ramos piceæ sedens, aut opacæ, alticomæ pinus resonabas pulchras plantas habentem per lumbum sonora cantum cicada, pastoribus ouium delectabiliorem cithara. Nunc autem te à cicadis in uia ambulantibus occisam, Orci improuisus cõtexit secessus. Quod autem capta es, ignoscendum: quandoquidem & dominus uester (id est, omniũ musicorum princeps) Mæonides, griphis, id est ænigmatibus piscatorum mortuus est. Qua de re statim plura dicentur, ubi ad poëtas uenerimus.

Ἀνύτης, οἱ δὲ Λεωνίδου,
εἰς ἀκρίδα.

Ἀκρίδι τᾷ κατ' ἄρουραν.) Locustæ per campum lusciniæ, & in quercubus dormienti cicadæ, communem tumulum fecit Myro, uirgineam destillans puella lachrymam. gemina enim illius ludicra, uel delectamenta impersuasibilis abijt habens Orcus.

Μνησάλκου, εἰς τὸ αὐτό.

Οὐκ ἔτι δὴ πτερύγεσσι.) Non amplius alis dulcisonis canes, ô locusta, in feracibus sulcis sedens: neq; iacentem umbrosa sub lauro delectabis, acutis ex alis dulcẽ resonans cantum.

Μελεάγρου.

Ἀκρὶς ἐμῶν ἀπάτημα πόθων.) Orat locustam Meleager, ut carmen amabile canat, quod eius ærũnas, quibus diu noctuq; discruciatur, leuet atq; discutiat, promittẽs ob id ipsũ ei munera. Locusta (inquit) meorũ falsatrix amorũ,

id est, quæ fallis, seu leuas, siue cātu tuo decipis meos amores, solatium somni, locusta arualis seu ruralis, musa alis dulcisona, naturalis imitatio lyræ, cane mihi quiddam desiderabile, concutiens ô amica (pro φίλας, legendū est φίλη) loquaces alas: ut me à laboribus liberes per omnia insomnis solicitudinis, ô locusta, nectens seu torquens uocem cupidiniuagam. Munera autem tibi, alliū semper uirescens, matutina dabo, & roscidas ori findendas guttas.

ἀειθαλὲς lege hoc loco.

Αὐτῆς, εἰς ἀλέκτορα.

Οὐκ ἔτι μ' ὡς τὸ πάρος.) *Gallum obstreperū, sed per furem demum noctu exceptum, alloquitur. Non ultrà me, sicut prius densis alis remigando, id est complodendo excitabis è lecto, matutinus expergiscens. Nam te dormientem σίνις, id est κλέπτης, siue κακοῦργος, fur clanculum aggressus occidit, gutturi cito imposito ungue.*

Τῆς αὐτῆς.

Οὐκ ἔτι λίγδην σε κατ'.) *Locustam alloquitur, estq́; pro ἄκρα scribendum haud dubie ἀκρί. non ultrà dulcisona te iuxta opulentam Acidis domum, ô locusta, modulantem uidebit sol. Iam enim prata ad Plutonis uolasti, & roscidos aureæ flores Proserpinæ.*

ἀνθεμόεντα

Ἀδύλου.

Αὐτοῦ σοι παρ' ἅλωνι.) *Epitaphium est formicæ, sepultæ apud aream. Hic tibi apud aream laboriosam, ô operatrix formica, sepulchrū ex gleba siticulosa ædificauimus, ut te etiam mortuam Cereris spicifer sulcus demulceat, id est foucat, cereali, uel rustico iacentem in thalamo.*

Ἀδιεσπότου.

Ἀρτιγενῶν σε χελιδόνων.) *Hirundinē alloquitur, cuius nidum*

nidum deuoratis pullis serpens depopulatus est. Recenter natorum te hirundo existentem matrem pullorum, modò te fouentem siue calefacientem pueros sub ala, facto impetu in pullos educantem nidũ priuauit sobole, uel partus doloribus, qua ternis orbibus se complicans, uel uoluens serpens. Et te flebiliter conquerentem cum confertus uenisset corrupturus, cecidit in copiosum anhelitum ardentis ignis, siue suprà focum incensi: Et mortuus est, uoto frustratus. Ecce ut Vulcanus uindex siue auxiliator Erichthonij filij sobolem seruauit: Prognem scilicet, quam hoc loco intelligit hirundinem.

Φαέννου.

Δημοκρίτῳ μὲν ἐγὼ.) Viatorem locusta alloquitur, sibi à Democrito, quem suo cantu demulsit, tumulum esse congestum. Democrito equidem ego dulcem quando musam emiseram, locusta ab alis, profundum somnum adducens. Democritus autem super me conuenientem tumulum ô uiator prope Oropum (nomẽ ciuitatis Bœotiæ, Eubœæ, & Macedoniæ) fudit mortuam.

Λεωνίδου.

Εἰ καὶ μικρὸς ἰδεῖν.) Epitaphium est locustæ, commendantis humanitatem Philænidis, quæ mortuæ parentauit extructo sepulchro. Tametsi modicus est lapis uidendo, & in solo ô uiator lapis sepulchralis nobis incumbit, laudaueris merito ô homo Philænida. Etenim musicam locustam, existentem prius spinarum inscensorem, geminum in annum dilexit: & me mortuam recondidit subitis uiduatam uocibus: Et me neq; uita defunctam abnegauit. hoc autem super nos modicum erexit sepulchrum. Longe educationis causa

E 5 Τυμνέω

Τύμνεω.

Ορνεον ὦ χάρισιν μεμελημένον.) *Incertum est quam musicam auiculam alloquitur, quam tamen Halcyonibus comparat.*

Παμφίλου.

Οὐκ ἔτι δὴ χλωροῖσιν.) *In cicadam hoc scriptum est. Non ultra uiridantibus insidens ramis, dulcem canẽs effundis uocem: Sed te cantilantem occidit garrula cicada, pueri à iuuenis manu uolantem.*

Σιμμίου.

Οὐκ ἔτ' ἀν' ὕλῆεν δρυός.) *In perdicem mortuam. Non ultra per syluosum quercetum & opacum, ô agrestis perdix, sonabis, emittens uocem ab ore, uenans agrestes æquales in pascuis syluæ. iuisti enim ultimam in Acherontis domum uiam.*

Μελεάγρου.

Τὸν ταχύπουν ἔτι παῖδα.) *Lepus de se loquitur, altus & educatus à uirgine Phanio, ac demũ immodico cibo consumptus. Velocipedem adhuc puerum raptum matris recenter ab uberibus, auritũ leporem, in sinu adamans nutriuit dulci corpore prædita Phanium, uernis floribus pastum. Nec me matris ultra tenuit desideriũ, morior autem à cibo immodico, multo cõuiuio crassus factus, uel saginatus. Et meum ad caulas celato cadauer, ut in somnis semper uideam in cubili uicinum sepulchrum.*

Μνησάλκου.

Αἰθύης ξεῖνε τόνδε.) *Epitaphium est mergi, sicut superius leporis.*

ΕΙΣ

ΕΙΣ ΠΟΙΗΤΑΣ. 25.

Ἀλκαίου μεσσηνίου, εἰς ὅμηρον.

HΡώων τὸν ἀοιδόν.) Sequũtur epitaphia epigrammata in poëtas, quibus nihil limatius aut politius legi aut inueniri poteſt. Eſt autem primum cum ſequentibus aliquot, in Homerum, cuius hic ſenſus eſt. Heroum poẽtam(id eſt celebratorem)in Io inſula pueri,(id eſt piſcatores)Homerũ dolore affecerãt, ex Muſis ænigma texentes, id eſt quum ope et uoluntate Muſarum ænigma texuiſsent (eſt enim γρῖφος, ſermo implicitus,ſeu ænigma, qđ Athenæus lib.10.ſic deſcribit, γρῖφος πρόβλημα ἐστὶ παισι, κὸν, προσακτικὸν τοῦ διὰ ζητήσεως εὑρεῖν τῇ διανοίᾳ τὸ προβληθὲν, τιμῆς ἢ ἐπιζημίου χάριν εἰρημένον. De quibus plura apud eundem uide. Eius aũt ænigmatis meminerunt Herodotus & Plutarchus in eius uita.) Nectare autem marinæ Nereides unxerunt, & cadauer litorali poſuerunt ſub ſaxo (σπίλας, ſaxum in mari, quod ſemper aqua concutitur, ſicut alibi quoq; diximus) Quia Thetim κύδηνε, gloria affecit, & filiũ, et laborem aliorũ Heroum, Ithaciq; opera Laërtiadæ, id eſt Vlyſsis. Beatiſsima inſula in ponto Ios(Siquidẽ pro παντώιος, quod nuſquam legitur, planè ſcribendũ & legendũ uidetur πόντιος) quod parua celat Muſarũ & Gratiarum ſtellam.

Ἀντιπάτρου σιδωνίου, εἰς τὸν αὐτόν.

Τὰν μερόπων πειθώ.) Senſus eſt: Hominũ ſuadelam, magnũ os, æqualia Muſis loquens caput, ô hoſpes, Mæonidæ, ego inſularis Ii petra ſortita ſum. neq; enim in alia ſacrũ, ſed in me ſpiritũ mortuus reliquit. Quo ſcilicet ſacro ſpiritu,

ſpiritu, nutum Saturnij omnipotens, quo & Olympum & Aiacis naualem uim dixit, id eſt laudauit. (Intelligit autem locum Iliados libro primo, ubi Iouem Thetidi annuentem ſcribit: in quo plurimum à Criticis laudatus eſt, ita ut ipſe quoque Phidias ſecundum ea carmina Iouis Olympij ſimulachrum fabricaſſe dicatur) Et Hectorem Achilleis Pharſalicis equabus, id eſt Theſſalicis, oſſa in Dardanico campo comminuentem. (Notabis poëtas, canes & equos plerunq; in fœminino genere efferre.) Si autem modica celo tantū, id eſt tam magnum poëtam, ſcias quòd celat & Thetidis maritum. Icos βραχύβωλος, exiguas glebas habens, id eſt modica. Quanquam Euripides hanc inſulam nominet Sipiadem, non Icos.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν.) *Hoc epitaphium & ab Herodoto & Plutarcho citatur, eſtq; ſepulchro Homeri ab inſulanis adiectum.*

παύλου σιλεντιαρίου, εἰς
τὸν αὐτόν.

Ἐνθάδε πιερίδων.) *Horum uerborum ſenſus eſt: Hic Muſarum ſapiens os diuinum Homerum inclytum ſepulchrum in litorali ſcopulo tenet. Si uero parua inſula nata, id eſt natura parua, tantum cepit uirum (χάδε, ἀχανδάνω) ne hoc mireris, ô hoſpes, uidens. Etenim errans ſoror quondam inſula (inſulæ ſunt ſorores inter ſe) Delos matris à parturiginibus, id eſt à ſinu matris, cum primum erat exorta, ſuſcepit Latoidem, id eſt Apollinem. Vide ſuper hac re Callimachum, in hymno Apollinis.*

Εἰς τὸν αὐτόν.

Οὐδ' εἴ με χρύσειον.) *Hic probare & planum facere nititur,*

nititur, Homerum non fuisse Salaminium, sed Chium: qua de re magna est inter grammaticos disceptatio, & adhuc sub iudice lis est. Nō si me aureum, inquit, ἀπὸ ϛαισῆρος, á malleo, (prouerbialiter, sicut á follibus, ab incude) Homerū statueritis, flammeis in fulgoribus Iouis, id est á Cyclopibus formatum. Non sum, nec ero Salaminius, neq; Meletus Demagoræ. Ne hæc oculis Græcia uideat. Alium poëtam examinetis, scilicet unde aut cuias sit: mea autem & Musæ & Chios Græcorum filijs, id est Græcis, decantauerunt carmina.

Ἀντιπάτρου, εἰς τὸν αὐτόν.

Ἡρώων κάρυκ᾽.) Heroum præconem uirtutis, beatorum autem prophetam (cum de campis Elysijs dicit) Græcorū uitæ secundum solem, Musarum lumen. ἀκήρατον, nulli fato obnoxium, os totius mundi (nam de totius mundi partibus dixit) maritimus, ô hospes, celat puluis.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἐνθάδε θεῖος ὅμηρος.) Hoc epigramma innuit, Homerum fuisse Aegyptium: qua in sententia est etiam Heliodorus Sophista, quem superioribus annis in lucem dedimus. Eustathius certe uult, eundē á sacerdotibus Aegyptijs fuisse edoctum. Sed quid non Græcia mendax Audet in historia? Ego hanc rem, ut parum compertam, in medio relinquo, & alia declaranda adgredior.

Ἀντιπάτρου, εἰς ὀρφέα.

Οὐκ ἔτι θελγομένας.) Epigramma in Orpheū, planū & facile, in cuius tertio uersiculo pro βρόμων, lege βρόμον. quod sic latinum fecimus:

Non ultra quercus Orpheu, non ſaxa mouebis:
Ducet lactiferas nec tua Muſa boues.
Non nimbos ſopies, non caſum grandinis atræ,
Non niuem, & undiſoni ſtagna refuſa maris.
Extinctum nam te crudeli funere Muſæ
Deflent: præcipue Calliopea parens.
Ecquid natorum lugemus funera? quandò
Nec ſuperi à proprijs pellere fata queunt.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ορφέα θρηικίησι.) In eundẽ, cuius ſenſus eſt: Orphea Threicios apud radices Olympi (tametſi προμολὴν nõnulli pro uia, nonnulli pro cacumnine exponant) tumulus habet, Muſæ filium Calliopes. Cui quercus non obaudiuerunt, quẽ ſimul ſequebatur petra inanimata, ferarumq́; ſyluas paſcentium armentum. Qui quondam et ſacrificia ſeu cerimonias arcanas Bacchi inuenit, Et carmen heroico iunctile fabricauit pede. Qui etiam immitigabilis grauem Clymenij, id eſt Plutonis mentem, & indemulcibilem animum demulſit lyra. Κλύμενος, cognomen Plutonis, uel quod accerſat ad ſe omnes, uel quem audiunt omnes, à κλύω, audio. Vide Pauſaniam.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Καλλιόπης ὀρφῆα.) Scribunt quidam authores, inter quos Phanocles eſt antiquiſſimus, Orpheum primum Venerem maſculã inueniſſe. Ob eam rem Biſtonides mulieres, eidem iuxta mare reperto abſcidiſſe caput, et lyræ alligaſſe, quod deinceps ſecundo æſtu ad Leſbum inſulam delatum eſt, quæ propter Orpheum & Sapphum dicta eſt doctiſſima. Hanc mulierum crudelitatem uiri comperti, uerberauerunt uxores, et earundem brachia pupugerunt. Inde con/

de consuetudo inoleuit, ut ad placandũ manes Orphei, mulieres pungerent brachia, & cinerem super capillos spargerent. qua de consuetudine hoc epigramma loquitur. Calliopes, inquit, & Oeagrij filium Orpheum mortuum defleuerunt flauæ Bistonides, id est Thraciæ mulieres μυρίαι, multifariam, seu infinitis modis. Interpuncta autem cruentarunt, nigro polluentes cinere Threicium capillum, id est suum. Et ipsæ Pierides eruperunt in lachrymas, cum pulchram lyram habente Lyceo, id est Apolline ingemiscente, deplorantes uatem. lamentatæ sunt autem petræ, & quercus, quas amabili prius demulcebat lyra.

Εἰς ἡσίοδον.

Ἑλλάδος εὐρυχόρου.) Loquitur sepulchrũ, Græciæ coronam, & ornamentũ poëseos, nempe Hesiodũ, se tenere.

Αναθηματικὸν εἰς αὐτόν.

Ἡσίοδος μούσαις.) Hoc epigrãma ipsius Hesiodi esse uidetur, in Musas, quibus dedicauit tripodem, cum uicisset Homerum in ludis funeralibus Amphidamantis. Qua de re etiam Angel. Politianus mentionem facit, quo in loco tamen hæc carmina desiderantur. Sed & ipse Hesiodus libro secundo idem de se prædicat: quanquàm quem uicerit, nominatim non exprimat.

Notabis tamẽ pro τῶδε melius poni τοῦτ' uel ταῦτ' ἀνέθηκα quod tuo iudicio permittimus.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἄσκρη μὲν πατρίς.) Ascra quidem patria fertilis segetibus. sed mortui ossa πληξίππων, equos percutientiũ, id est equitandi peritorum Myniorum terra habet Hesiodi, cuius (πλεῖστον scribendum est) plurima inter homines gloria est uirorum, qui examinantur uel iudicantur in indice sapientiæ. Super hoc epigrammate uide Pausaniam in Bœotiæ descriptione.

Ἀλκαίου,

Ἀλκαίου, εἰς αὐτόν.

Λοκρίδος ἐν νέμεϊ σκιερῷ.) *Suidas refert, Hesiodum ab Antipho & Ctimeno fratribus hospitio susceptum, & noctu pro corruptore sororis ab ijsdem, sed inuitis, esse interfectum. Alij sic memorant: Cum Milesius socius Hesiodi prædictorum fratrum sororem uirginem uitiasset, & au fugisset, fratres uirginis existimantes Hesiodum facti fuisse conscium, cum inde transiret per Menium montem, amputato capite proiecerunt in mare. Verum Delphines tulerūt id ad littus. Hoc Locrenses Neptuno rem diuinam facietes cum uiderent, repertum truncum sepeliuerūt: sic hoc epitaphium innuit.* ἐξέρανον, *insparserunt. Est autem hoc epitaphium conscriptum à uetere illo Alcæo, nō iuniore, qui tempore Philippi Macedonis uixit, de quo etiam alibi.*

Εἰς Ἀρχίλοχον, Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου.

Κέρβερε δειμαλέην.) *In Archilochum, qui iamborum suorum amarulentia Lycambæ filias coëgit ad laqueum, de quibus etiam alibi dictum est. Hoc epigramma sic transtuli:*

Cerbere, qui trepidas terres latratibus umbras,
Terribiles manes nunc quoq; diue time.
Occidit Archilochus, nigri caue uirus iambi,
Quod uomet irato dirus ab ore furor.
Nosti clamorem illius: tibi nempe Lycambæ
Cum geminas natas attulit una ratis.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Νῦν πλέον ἢ τὸ πάροιθε.) *Alloquitur & hic, sicut in priore, Cerberum, ut multo diligentius, quàm prius consueuerat,*

ſueuerat, barathri portas obſeruet. Nam ſi Lycambæ filiæ, maledicentiæ Archilochi impatientes, uitam deſeruerunt, periculum eſt, ne omnes ad unum mortui ab inferis aufugiant, Archilochi amarulentiam & criminationem perhorreſcentes. τριοσὲ κύον, *ô triplex, ſeu triceps canis.* ἀλυσκάζουσαι, *euitātes.* ἐπεσβολίης, *maledicētiæ.*

Εἰς τὸν αὐτόν.

Σῆμα τόδ' ἀρχιλόχου.) *Et hoc epigramma, quia planum eſt, ſic latinum fecimus:*

Archilochus iacet hoc in littore tectus, amara
Cuius uipereo carmina felle madent.
Sanguine fœdauit Muſarum Helicona: Lycambes
Luget natarum turpia lora trium.
Hoſpes abi tacite, moueas ne forte crabrones,
Illius in tumulo quos habitare uides.

Εἰς ἱππώνακτα,

Λεωνίδου.

Ατρέμα τὸν τύμβον.) *In Hipponactem* ἰαμβογράφον, *qui ſtyli ſui aciem ſtrinxit in Bupalū & Athenin ſtatuarios, quòd eius imaginem turpiter finxerant. quòd autem eoſdem ad laqueum compulerit, Plinius fabuloſum eſſe putat, qui eius meminit libro trigeſimo ſexto, capite quinto his uerbis: Hipponacti notabilis fœditas uultus erat, quamobrem imaginem eius laſciuia iocorum ij propoſuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudine carminum diſtrinxit eos in tantum, ut credatur aliquos ex ijs ad laqueū cōpuliſſe, quod falſum eſt, &c. Monet itaq; uiatores, ut Hipponactis ſepulchrū taciti pertranſeant, ne dormientem ueſpam ſuo malo excitent, qui ſuos liberos etiam allatrauit, cuiusq; ignita uerba etiā apud infe-*

ros nouerunt lædere. In primo uersu pro τὸ, scribe τόν. In tertio pro τεκέων, τεκέων, & subintellige præpositionem κατὰ. βαΰξας, à uerbo βαΰζω, quod est caninam uocem edo, uel latro. ἀλλὰ προμηθήσασθε, sed præuidete. πημαίνειν, nocere.

Ἀλκαίου, εἰς αὐτόν.

Οὐδὲ θανὼν ὁ πρέσβυς.) Sensus est: Neq; mortuus quidem senex suo in tumulo enutriuit botrũ à uite mitẽ, sed rubũ, & strangulantem apiastrũ, suffocantẽ uiatorũ labia, & siti aridã faucem. Sed aliquis Hipponactis si præter sepulchrũ ambulauerit, precetur dormire benignũ cadauer.

Ἀντιπάτρου, εἰς
πίνδαρον.

Πιερικὰν σάλπιγγα.) Piericam tubã sacrorũ magna grauitate compositorum hymnorum fabricatorem, Pindarũ detinet hic puluis. Cuius cantum (est enim εὖ, scribendum οὗ) audiens dicere poteris, quòd à Musis in Cadmi thalamis flamum effinxerit. Intelligit autem Pæanas deorũ laudes complectentes, qui liber hodie nõ extat. Musæ interfuerunt nuptijs Martis & Harmoniæ, filiæ Cadmi. Cuius rei etiam Theognis meminit statim in principio, his uerbis:
μοῦσαι καὶ χάριτες κοῦραι διός, αἵ ποτε κάδμου
ἐς γάμον ἐλθοῦσαι, καλὸν ἀείσατ᾽ ἔπος.

Λεωνίδου, εἰς τὸν αὐτόν.

Ἥπιος ἦν ξείνοισιν.) Hoc non est epitaphium, sed potius Pindaricæ uitæ testimonium, laudem omnium maximã complectens. Quid enim amplius & honorificentius de aliquo dici potest, quàm eundem & benignum ac mitem fuisse hospitibus, & ciuibus charum & acceptum, & Musarum ministrum, id est simul & doctißimum.

Ἀντι-

Ἀντιπάτρου, εἰς
αἴσχυλον.

Ο σθαγικὸν φάνημα.) Principium huius epigrãmatis haud dubiè typographorum incuria deprauatum, sic corrige, ὁ τραγικὸν φώνημα, Qui tragicã uocem, & superciliosam, id est seuerã Musam exaltasti, graui primus in carmine, ô Aeschyle Euphorionis fili (nominatiuus pro uocatiuo, more Attico) longè ab Eleusina terra, id est Attica (est enim tribus nomen) iaces glorificans sepulchro Trinacriã, id est Siciliã. Siquidẽ pro Ἰαιναρίαν, quæ est Peloponnesi, omnino legendũ τρινακρίην. nã in Sicilia perijt, & sepultus est. Vide Valer. lib. 9. cap. 12. de mortibus non uulgaribus. Fuit aũt Aeschylus filius Euphoriõis, frater Cynegiri, quorum uterq; strennuã operam in Marathone contra Persas nauauit. Hic primus ex poëtis inuexit tragœdiã in theatrum, adeò terrificis personis, ut mulieres grauidæ ad subitum conspectum obstupefactæ abortirent.

Ιωνος, εἰς εὐριπίδην.

Χαῖρε μελαμπέπλοις.) Salue pullatis ô Euripides in cauis seu antris Pieriæ, semper noctis habens thalamum, id est sepulchrũ (quibus uerbis innuit, cum in Macedonia esse sepultum. nam sub hoc monte Pella est oppidum, & natale solum Philippi & Alexandri regũ) Scias sub terra existẽs, quod tibi gloria incorruptibilis erit, æqualiter Homericis perpetuis Gratijs.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Εἰ καὶ δακρυόεις.) Euripides, ut author est Suidas, decedens Athenis, ad Archelaũ regem Macedoniæ se contulit, apud quem aliquandiu in magna gratia & precio est habitus. Quod ægrescentes Aridæus Macedonius &

Crateas Thessalus, & ipsi poëtastri, cum custode Molossorum regis egerunt, ut in Euripidem de cœna regia in domum hospitalem abeuntem canes immitteret. Quo facto, ipse à canibus dilaniatus & discerptus est. Et de hoc casu præsens epigramma loquitur. λυκοῤῥαῖσαι, luporũ interfectores, canum epitheton. τὸν σκηνῆ, &c. Scenæ mellitam lusciniam, ornamentum Athenarum. Qui sapientia tragicam gratiam temperauit.) Siquidem Euripides asperitatem tragœdiarum Aeschyli saluberrimis præceptis, & philosophicis doctrinis, neq; non grauissimis & prudentissimis sententijs temperauit, & iucundiorem ac sedatiorem fecit. fuit enim auditor Anaxagoræ Clazomenij, cuius authoritate tectis uerbis sæpe nititur: id quod etiã Cicero in tertio Tusculanarum quæstionum testatur. ἀλλ' ἔμολες, &c. Sed inuenisti pelleũ monumentũ (ὑπώνιον, monumentum in terra iacens, non erectum) ut tu minister Pieridum habitares prope Musas.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Μνᾶμα μὲν Ἑλλάς.) Hoc epigramma Athenæus uult esse Thucididis. γῆ μακεδὼν, Atticè pro γῆ μακεδόνιτις. πατρὶς δ', etc. Patria Græciæ Græcia Athenæ, id est Athenæ est Græcia Græciæ. Videtur Helladem possuisse pro orbe terrarum, quasi Athenæ sint potior pars orbis terrarũ. Vel etiam simpliciter, ut Athenas toti Græciæ anteponat.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Οὐ σὸν μνῆμα τόδ'.) Non tuum monumentum hoc est, ô Euripides, sed tu huius. tua enim gloria sepulchrum hoc amicitur, & accipit gratiam à te.

Εἰς

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἀπασ' ἀχαιίς.) Hoc epigrāma uidetur esse cuiusdam iuuenis, & uix dignum quod in hac classe ponatur.

Σιμωνίδου, εἰς σοφοκλῆν.

Ἐσβέσθης γηραιὲ σοφόκλεες.) Nonnulli uolunt Sophoclem gaudio obijsse, accepto tragicæ uictoriæ nuncio, ut Plinius & Valerius: nonnulli acino uuæ strangulatū, ut hic Simonides. Extinctus es senex Sophocles, flos poëtarū, uinaceū Bacchi botrū mandens. Quidā hos duos uersus cū sequentibus iungunt. Sunt autē sequentia tria epigrammata longè elegantißima, & potius ad lyrā canenda, quàm uertenda, propterea quod illis uersis idē accidit quod aulæis & tapetibus, qui si uertuntur, fiunt deformiores. est enim summus & inimitabilis lepor in illis. Alloquitur aūt Simonides hederā. ἠρέμ' ὑπὲρ τύμβοιο, &c.) Sensim super tumulū Sophoclis, sensim ô hedera repas, uirides effundēs cirros, & florida undiq; pullulet rosa (pro ῥόδος, ῥόδον scribendū est) ipsáq; acinorū amatrix uitis humidos circa palmites fundēs, gratia doctrinæ prudentis. quā mellitus, scilicet Sophocles elaborauit, unà cū Musis & Gratijs. Quod dicit εἵνεκεν εὐμαθίης, propter peritiam & doctrinam, eò tendit, quod Sophocles unicuiq; personæ suū decorum tribuerit: quod ab Euripide est neglectum sæpius, qui in uestibus laceris introduxit reges & principes, Sophocles contrà in aureis & purpureis.

Ἐρκίου, εἰς τὸν αὐτόν.

Αἰεί τοι λιπαρῷ.) O diuine Sophocles, utinā tibi apud opimum, seu pingue sepulchrum scenica hedera semper saliat (notabis μαλακοὺς πόδας, pro μαλακοῖς ποσὶ

poni) Vtinam semper tibi bouigenis apibus guttatim stille/ tur siue irrigetur tumulus, Hymettio *fluens melle, id est* Attico. *Vt tibi fiuat perennis* Attico *libro(id est* Attica *lingua composito)fauus, sub coronis autem semper habeas cirros, id est semper sis coronatus hedera, tanquam tragicorũ poẽtarum præstantißimus.* Hoc *epigrãma est argutius primo, sicut & tertium, quod sequitur, his duobus.*

Διοσκορίδου, εἰς τὸν αὐτόν.

Τύμβος ὅδ᾽ ἐστ᾽ ὤνθρωπε.) *Tumulus hic est ô homo* Sophoclis, *qui(pro* ὃν *scribendum est* ὃς) *à* Musis *sacram uirginitatem sacer existens sortitus est.* ὃς μετὸν ἐκ φλοιοῦντος, *&c.)Hæc uerba sunt* Bacchi, *stantis supra se/ pulchrum* Sophoclis, *cui etiam tragœdiæ erant dedicatæ, et in eius festis recitabantur.* Fit *autem latens comparatio ad* Aeschylum, *durum & senticosum: &* Euripidem, *sordidis & laceris uestimentis principes induentẽ.* Dicit *ergo:* Qui *me ex* Phliunte(*ciuitas est* Peloponnesi φλιοῦς, *sic enim habet* Stephanus, *à filio* Bacchi *condita)adhuc tribulũ calcantem, iliceum, scilicet existentẽ, ad aureã formã concinnauit, seu trãsformauit, & subtili me induit purpura: quo mortuo agilem saltatorẽ pedem quieti dedi, seu inhibui.* Felix, *quàm beatã sortitus es stationẽ, id est monumentũ. in manibus autẽ* κούριμος, *tonsa capillis, ex qua illa recitatione est? Siue* Antigonem *dixeris, gratum est, non aberraueris, seu peccaueris: siue* Electram. *ambæ enim summũ, id est utraq; tragœdia summa est.* In *utraq; tragœdia est detonsio capillorum.* Antigone *enim fratri* Polynici *pro inferijs crines detonsos dedicat, inuito & prohibente* Creonte. Electra *autẽ crines ad monumentũ patris* Agamẽnonis *portat.* Notabis *autem hæc postrema uerba,* ὄλβιος ὡς ἀγαθὴν, *&c. uerba esse uiatoris,*

uiatoris, quærentis ex Baccho, stantis super sepulchrum, et detonsam cæsariē puellæ in manibus tenentis, quid nam sibi uelit ἄδε κούριμος, hæc detonsa, &c. & ita facile sensum capies.

Ἀντιπάτρου θεσσαλονικέως, εἰς ἀλκμᾶνα.

Ἀνέρα μὴ πέτρῃ τεκμαίρεο.] In Alcmana poëtā melicū, qui floruit 17 Olympiade, de cuius patria ait esse contentionem. nōnullis affirmantibus eum fuisse Laconem, alijs Lydum genere: certe Lacedæmone sepultū eum esse cōstat, & hac ciuitate donatum. Meminit huius etiā Plutarchus in libro de Exilio, in quo probat exiliū esse de numero ἀδιαφόρων. Quod tamen Polynici apud Euripidē, malorū omniū maximum esse uisum est, ἔργῳ δὲ μεῖζον ἢ λόγῳ. Sed nō item Alcmani, qui ita de se prædicat: Si mansissem apud uos, scilicet Lydos, in Sardis, essem nunc uel agitator boū, uel tympani percussor. nūc autē sum ciuis Spartanus, bonis literis imbutus, Gyge & Dascalo regibus uestris nihilo inferior. Ipsos uersiculos, si qs reqrit, adscripsi. sic enī de se ait:

σάρδιες ἀρχαίων πατέρων νόμος, εἰ μὴ ἐν ὑμῖν
ἐτρεφόμην κέλμας, ἦν ἂν ἀνὴρ Βακέλας,
χρυσοφόρος ῥήσσων καλὰ τύμπανα· νῦν δέ μοι ἀλκμὰν
ὄνομα, καὶ σπάρτης εἰμὶ πόλεως ναέτης.
καὶ μούσας ἐδάην ἑλληνίδας. αἳ με τυράννων
θῆκαν δασκύλεω μάσσονα καὶ γύγεω.

Eius epitaphium sic more scholastico latinum fecimus:

Marmore ne pensato uirum hunc: est uile sepulchrum
Affectu, at magni continet ossa uiri.
Cognosces citharæ prudentem Alcmana Lacenæ:
Vatibus hunc lyricis adnumerare decet.

Epiris geminis lis est, num Lydus, an ille
Sit Laco: sic uates patria multa petit.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Λεωνίδου.

Τὸν χαρίεντ᾽ ἀλκμᾶνα.) Gratiosum Alcmana, decantatorem Hymenæi, id est carminũ nuptialium (uolunt enim hunc primũ scripsisse epithalamia) cygnum, qui musis digna cecinit: sepulchrum tenet Spartæ, magnum decus. Siue ille Lydus, abiecto onere, id est corpore, abijt ad inferos, id est obijt.

Ἀντιπάτρου σιδωνίου,
εἰς ἀνακρέοντα.

Θάλλοι τετρακόρυμβος.) Anacreontem φιλοπότην καὶ φιλομείρακα fuisse, non tantum ex his liquet epigrãmatibus quæ sequuntur, sed idem quoq; Cicero in Tusculanis quæstionibus indicat, sicut alio loco demonstrauimus. Epigramma Sidonij est, multæ elegantiæ, quæ patet ex epithetis aptis & conuenientibus. cuius sensum sic utcunq; expreßimus:

Florescant hederæ Anacreon tibi docte corymbi,
Præstent purpureas mollia prata rosas.
Et nitidi fontes exundent lacte recenti,
Fundat odoriferum terra benigna merum.
Puluis & ossa tua ut capiant solatia, si qua
Afficiunt cassos gaudia luce uiros.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὦ τὸ φίλον στέρξας.) O amice, qui charũ barbiton amauisti, qui cum cantu, scilicet lyrico, & amore, scilicet puerorum, omnem uitam pernauigasti, id est traduxisti.

Εἰς τὸν

Εἰς τὸν αὐτὸν, σιμωνίδου.

Ἡμερὶ πανθέλκτειρα.) Attende hoc loco carmen longè amœnißimum & candidißimum, cuius elegantia etiam in selectis epithetis sita est. Tria autem exprimit, & adesse optat, quæ Anacreonti uiuo studio fuerunt, uitem alloquens. O uitis (inquit) omnium mitigatrix, temeti nutrix, mater fructus crispuli (uitis enim habet crispitudinem in uuis) cui tortile cõtextum produces clauiculæ. Tei utinam pubescas Anacreontis in summo cippo, et tenui aggere huius tumulus. τήϊος gentile nomen est, à ciuitate τέως Ionica, unde oriundus erat Anacreon, cuius fœmininum est τηΐα Teia, qua uoce etiam Ouidius libro secundo de Remed. utitur. Nec rigidos mores Teia musa dedit. Dicitur quoq; τέϊος, et τεῖος, sed Ionice τήϊος, authore Stephano. ὡς ὁ φιλάκρητος, ut meri uini amator & ebrius, seu uino grauis, lasciuiarũ sectator tota nocte pulset puerorum amatricem citharam (in quorum gratiam cantabat) Et in terra lapsus (pro πεπτηκὼς, transformatione Ionica) supra caput ferat splendidum è tempestiuis ramis botrum (ἀκρεμόνων scribendũ est) & ipsum semper irriget humidus ros, quo senex dulcius solito molli spirabat ab ore.

Τοῦ αὐτοῦ, εἰς αὐτόν.

Οὗτος ἀνακρείοντα.) Hic Anacreontem immortalem gratia musarum poëtã tumulus patriæ Tei suscepit. τέω genitiuus, sicut μενέλεω, à nominatiuo τέως. Qui gratiarũ spirantia carmina, spirantia autẽ amorũ dulcem ad puerorum amorem adaptauit. Solus autem in Acheronte grauiter fert, seu grauatur, non quod relicto sole obliuionis domum inciderit (à uerbo κύρω) sed quod gratiosum inter adolescentes Megisthea, & Smerdæ Thracis desiderium

F 5 reliquerit.

reliquerit. Modulaminis autem non est obliuio melliti, seu delectabilis. sed adhuc illud barbiton neq; mortuus apud inferos sopiuit, id est eius musa adhuc durat, quod ego falsum esse existimo. Nam episcopi & Patriarchæ Cōstantinopolitani dicuntur iam pridem eius libros combußisse, tantæ turpitudinis abolendæ gratia. Nec sanè id nequicquam fecerunt: nam nec in Græcia, nec in Italia sunt ulterius, qui formosos ardent pueros. Laus Deo, si uerum est quod dico: prò fœditatem nefandam, & abominandam, si mentior.

Ἀντιπάτρου, εἰς αὐτόν.

Ξεῖνε, τάφον παρὰ λιτόν.) Alloquitur Anacreon prætereuntes hospites, ut libent aliquid liquoris suo cineri, si qui nonnihil utilitatis ex eius libris hauserunt, ut eius ossa uino humectata exhilarentur. ὡς, Quia (inquit) ego Comus, ego lasciuia uel temulentia, uel ego temulentus, qui curæ fui auribus Bacchi, ut alumnus uinosæ harmoniæ, neque mortuus sine Baccho hunc sufferam debitum locum generi humano: hoc est, nec apud inferos expers uini esse possum, assuetus poculis.

Τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸν αὐτόν.

Εἴησεν μακάρεσσιν.) Horum uerborum hic sensus est: Vtinam sis inter beatos ô Anacreon, gloria Ionū: neq; sine lasciuijs amabilibus, neq; sine lyra. Vda tuentibus in oculis crispum ut cantes, quatiens nitidam supra comam florem: Vel erga Eurypylum cōuersus, siue Megistam, uel Cicona comam Thracij Smerdi (nomina sunt puerorū adamatorum ab eo) dulce temetum scaturiens, uel effutiens (uerbum est factititium, exprimentis uocem emanantem ab ore ebriosorum bibentium, uel etiam infantium lac sugentium,

gentium, unde est ἀποβλύζειν apud Homerũ, Ἰλιάδ. ι. in oratione Phœnicis) Vndique uestimenta Baccho madidus, merum exprimẽs, nectar à calicibus (nam pro ἀπὸ σαλίκων, haud dubie rectius legitur ἀπὸ κυλίκων) Tribus enim, Musis, Baccho, et Amori, ô senex, sacrata uel dedicata fuit omnis tua uita. De Anacreontis statua Athenis erecta, uide Pausaniam.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ω ξένε, τὸν δὲ τάφον.) Petit sibi, ut uinipotori, à prætereuntibus libari.

Ἀντιπάτρου σιδωνίου, εἰς τὸν αὐτόν.

Εὕδεις ἐν φθιμένοισιν.) Dormis inter defunctos Anacreon, postquam egregia elucubraueris: quiescit dulcis noctiloqua cithara. Quiescit & Smerdis, uer desiderabile, cui tu modulans (μελίσδων, Doricè pro μελίζων, sicut frequenter apud Theocritum) barbiton pulsabas harmonicum nectar, id est nectarea carmina. Iuuenum enim amoris, id est puerilis Cupidinis natura es scopus. In te autem solum arcus uel sagittas, & incuruas dirigebat iaculationes, scilicet Cupido. Respexit fortasse ad id quod perhibẽt mathematici, Mercurium male positum, et Venerem in domo Mercurij, ad puerorum concubitus amore præpostero semper impellere: & Venerem cum Marte in domo Saturni idem operari. Ex hoc Anacreontem quoq; obliquis, & non rectis sagittis tactum esse, ut in hanc spurcitiem prolaberetur.

Τοῦ αὐτοῦ, εἰς αὐτόν.

Τύμβος ἀνακρέιοντος.) Teius hic cygnus dormit, & puerorum merißima insania, id est, feruentißimus furor.

furor(nam quæ mera sunt, plus habēt caloris) Adhuc(pro οἱ λυρόεν̓τι, *rectius legitur* ἱμερόεντι *) desiderabili modulatur pro Bathyllo(& is unus erat ex eius amasijs) desiderabilia, & hederæ albus redolet lapis(*ὄδωδε *prætæritum medium ab* ὄζω*) Neque Orcus amores tibi extinxit. In Acheronte licet sis totus, parturis Venere feruentiore, id est amore ardes.*

Εἰς τὸν αὐτὸν, Ἰουλιανοῦ ἀπὸ
ὑπάρχων αἰγυπτίου.

Πολλάκι μὲν τόδ᾽ ἄεισα. *Quidam hos uersiculos non male sic transtulit:*

Sæpius hoc dixi, quod post mortem quoq; dicam:
Nunc potate, prius quàm tegat ossa cinis.

Ego sic:

Sæpius hoc monui, quod & hic post fata monebo,
Sumite uina, prius quàm tegat ossa cinis.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Πολλὰ πιὼν τέθνηκας. *) Plana sunt hæc omnia uitæ Anacreonteæ testimonia, quæ non multum laudis merentur. Sed nescio qui fiat, ut etiam hodie Anacreontis* πολυποσίαν *libenter imitentur poëtæ: quasi una & præcipua uirtus poëtica esset, diu noctuq; uino madere. eloquor inuitus, sed tamen res ita se habet. Sed ueniamus tandem ad Callimachum.*

Εἰς Καλλίμαχον,
Ἄδηλα.

Ὦ μάκαρ ἀμβροσίοισι. *) Hoc distichon nō eget explicatione, nisi quod pro* ἀμβροσίοισι, *etiam stare & legi potest in masculino genere* ἀμβροσίοισι, *contubernalis immortalibus.*

Εἰς τὸν

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ω μέγα βασίλειον.] Hoc epigrāma est in Aëtia Callimachi, de quibus in libro primo satis diximus. Quod autem hoc poëma Callimachi nō fuerit turpe aut probrosum aliquod scriptum, sicut quidam suspicantur, facile hoc epigrammate coniicitur, dum hoc nomine laudatur, quod deorum immortalium & heroum causas, antè omnibus alijs obscuras explicat, & commemorat. Gloriatus est autem Callimachus, hunc librum in somnis sibi esse à Musis reuelatum, quod somniū uocat περίπυστον, celebre ac illustre, & prodiisse ex corneis, & non eburneis portis, id est, uerum esse (De somniorū portis est apud Hom. Odyss. τ. & apud Virg. Aeneid lib. 6. prope finem.) τεῖα γὰρ ἄμμιν. &c. Talia enim nobis demonstrasti, qualia non prius homines sciebamus, circaq; immortales, circaq; semideos, id est heroas. Quando ipsum ex Libya sublatū in Heliconа duxisti inter Musas Pieridas ferens, scilicet somniū. Hæ autem ei percōtanti de priscis heroibus causas, & beatis, dixerunt respondentes.

Καλλιμάχου, εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα.

Οστις ἐμὸν παρὰ σῆμα.) Loquitur pater Callimachi. Quicunq; circa meū sepulchrū fers pedem, Callimachi me scias Cyrenæi et filiū & genitorē esse. (nā Callimachi patris pater, id est auus, quoq; dictus est Callimachus) Nosce re ambos poteris, alter olim patriæ armis imperauit, id est fuit præfectus militū: alter cecinit prastātiora inuidia, hoc est, extra omnē inuidiæ aleā, seu quibus nemo inuidere poterat. οὐ νέμεσις, neq; est qd' indigneris ob hoc uerbū, fortasse arrogātius dictū. Musæ etenim quoscūq; uiderūt oculo pueros, id est quos à puero cōplexæ sunt, usq; ad uitam,

id est

id est senectutē canos amicos non deposuerūt, id est abdica(runt.

Ἀντιπάτρου, εἰς ἴβυκον.

Ἴβυκε λῃσταί σε κατέκτανον.) Et hunc poëtam scribit Suidas ἐρωτομανέστατον περὶ τὰ μειράκια fuisse, quem Cicero quoq; Tusc. quæst. lib. 4. maxime omnium flagrasse amore, ex ipsius scriptis apparere testatur. Fuit aūt patria Rheginus, gente seu natione Italus. Cæterum epigrammatis interpretationē require ex Chiliadibus Erasmi, in prouerbio, Ibyci grues, quam ego breuitatis gratia prætermitto.

Πίντου, εἰς σαπφώ.

Οστὰ μὲν καὶ κωφὸν.) Non opus habet interpretatione hoc distichon.

Τυλλίου λαυρέα, εἰς αὐτήν.

Αἰολικὸν παρὰ τύμβον.) Sequens epitaphium est Tullij Laureæ. Et uides græcum poëtam nomen latinū sibi imposuisse, quod factum est, postquam Græcia Romanorū imperio subiecta, sui iuris esse desijt. Cæterum λαυρέα, genitiuus est Aeolicus. Dicit aūt poëta sub persona Sapphus: Aeolicam præteriens tumbam, ô hospes, ne me mortuā Mitylinæā uatem dicas. Hanc enim (scilicet tumbā) hominum manus fecerunt, opera autem hominum ad subitam seu uelocem abeunt obliuionem. Si autem à me petis musarū gratiam (quarū ab unaquaq; dearum scilicet decerpsi florem) meam apud Enneaden posui, id est in nouē meis libris quos reliqui inuenies. Cognosces quemadmodum Orci tenebras effugerim. neq; ullus erit sol, id est dies, sine nomine Lyricæ Sapphus: nulla dies erit sine nominis mei memoria, ob librorum meorum perpetuitatem.

Εἰς ἤρινναν, ἀσκληπιάδου.

Ο γλυκὺς ἠρίννης.) Reliquit hæc Erinna, sicut in

primo

primo quoque libro diximus, tercentum carmina, ex æquo cum Homericis certantia: de quibus hoc epigramma loquitur. Cæterum hæc undeuigesimum annũ non excessit. Versiculi satis aperti sunt, & faciles.

Ἀσκληπιάδου, εἰς αὐτήν.

Ἀρτιλοχευομένην.) Sensus est: Nuper fœtificantem uel parturientem te apigenitarum(id est dulcium) uer cantilenarum nuper cygneo loquentẽ ore impulit in Acherontem, per latam undam defunctorum Parca. λινοκλώστου, filantis linum domina coli. Tuus autem carminũ ô Erinna elegans labor, non te clamat perijsse, habere sed choros cũ Pieridibus. Notabis suprà in dictione καμόντων, καμόντες dici defunctos & mortuos: nam apud Homerum Odyss. λ. βροτῶν εἴδωλα καμόντων: sicut & alibi demonstrauimus.

λεωνίδου, εἰς αὐτήν.

Παρθενικὴν νεαοιδόν.) Sensus est, Virginem nouitiã uatem, & inter poëtas apem Erinnã, Musarum flores decerpentem, Orcus ad Hymenæum rapuit. Profecto hoc cordata dixit uerè puella, inuidus es ô Orce.

Ἀντιπάτρου, εἰς αὐτήν.

Παυροεπὴς Ἤριννα.) Antipatri epigramma multo elegantißimũ, & argutißimum, in Erinnam: de qua illud Homericum rectè usurpare poteris, quod cecinerit παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως. ἐπεὶ οὐ πολύμυθος, οὐδ᾽ ἀφαμαρτοεπής. quam laudẽ ei Antipater & cæteri tribuere uidentur hisce epigrammatis. Præsentiũ autem uersiculorũ hic sensus est: Paucorũ carminũ Erinna scilicet est, et nõ uerbosa cãtibus: sed sortita est Musas hoc exiguũ carmen. Igitur nõ aberrauit à memoria, neq; nigræ noctis sub

obscura

obscura cohibetur ala (id est, nō latet in obscuro) Sed innumera recentiorū coaceruatim (scilicet prouenientiū) poëtarum millia, obliuione ô hospes cōtabescimus, uel deflorescimus. præstātior cygni modicus cātus, scilicet est, quàm graculorū crocitatus, in uernis nubibus qui dissipatur. Hoc nō dubitauit Antipater de suo seculo, quod tamen doctissimis poëtis fuit fœcundissimū, pronunciare. dij boni, quot nunc passim crocitāt graculi, uno cygno dulciter & musicè modulante, quem ego uere citraq; assentationem Eobanum Hessum dicere possum, cuius similem nec Gallia hodie habet, nec Italia, quantum ad elegiaci carminis facilitatem, copiam, & elegantiam pertinet.

ΕΙΣ ΑΝΩΝΥΜΟΥΣ
ΠΟΙΗΤΑΣ. 26.
Μελεάγρου.

Ατρέμας ὦ ξεῖνε βαῖνε.) *Hic titulus est de poëtis recentioribus. Est autem primū epigramma ipsius Meleagri de se, quo & parentes & patriam & studium suum inambitiose ostendit. Alloquitur hospitem: Sensim ô hospes transi. apud pios enim senex dormit, sopitus somno debito (scilicet omnibus) Eucratis filius Meleager, qui dulcilachrymem amorem & Musas hilaris ornauit Gratijs. Quem Tyrus, θεόπαις, dei filia (Diuina dicitur Tyrus, propter Europam, quæ fuit ex Tyro, quæ fuit à Ioue dea facta) uirilem fecit, (id est educauit) Gadarorum autem sacra terra, scilicet genuit. (Gadara, sicut etiam alibi diximus, cauæ Syriæ ciuitas, alio nomine Antiochia & Seleucia dicta) Cos autem amabilis Meropidum (sic dicti sunt incolæ Coi insulæ, à Merope Triopis filio: & caue μερόπων pro hominibus intelligas) senem in senio enutri/*

enutriuit. Sed siquidem Syrus es, scilicet tu hospes, qui sepulchrum meum præteris, σαλάμ, pax, scilicet tibi sit. (Mihi enim uidetur hoc σαλάμ, illud esse uocabulum hebraicum שלום pax, quo Hebræi sese mutuo consalutant) Si autem tu Phœnix es, ναίδιος, sacer, uel sanctus, uel saluus sis. nam hoc Phœnicia lingua significari uolunt. Si autē Græcus, χαῖρε. Idem tu quoq; dic mihi: idem quoq; mihi precare.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Πτανὲ, τί σοι σιβύνη.) In sepulchro Meleagri erat depictus iuuenis alatus, hasta, seu telo ancipiti, quod bipennē uocat, armatus, & pelle apri indutus. Quærit ergo poëta, quid sibi ista uelint, & exponit hæc tria. O aliger (inquit) quid tibi bipennis, quid autē & apri placuit pellis, & quis existens, columnæ signum es cuius? Neq; enim Cupidinem dico te (quòd alatus es) Quid enim mortuis uicinus accola Cupido? lamentari audax ille non didicit. Neq; ipsum uelox tempus, scilicet te dico. Siquidem illud trisecle, scilicet est. tibi autem florent membra. Sed scilicet, certe æstimo sub terra (pro ὑπεϱθε, scribendum est ὑπένερθε) Sophista es. tu autem aliger secundum nomen illius sermo. In sole, id est in uita, anceps habebas munus & ad risum & ad serium. & alicubi metrum scribens de amore. Quin etiam Meleagrū cognominē Oenei filio indicia significant hæc interfectionis apri. Gaude, uel salue, etiam inter mortuos: quoniā & Musam amori, & Gratias ad unam sapientiam adaptasti. Apparet hunc serio de amore scripsisse, sicut Propertium: & non lasciuisse, ueluti Ouidium. Notabis σιβύνη, quod alij aliter exponunt, iaculū anceps significari, sicut ex hoc epigrammate clarè colligitur.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Δαμόχαρις μοίρης.) Dicit Coum insulam huius Democharis mortem tam familiariter luxisse, quàm Hippocratis, quem & poëtam & grammaticum insignem fuisse liquet, sicut hunc præstantem medicum. ἠρεμέει, quiescit. ἱερῆ βάσεις, sacrum fundamentum. Cætera satis liquent.

Ἀγαθίου.

Μηδὲν ἀπαγγείλας.) In Eustorgium, magnæ spei adolescentem, qui iuuenis mortuus est. Vetat igitur poëta, ne eius mors Antiochiæ annuncietur, ne fluenta Castaliæ iterū flere cogantur. Sunt autem, authore Stephano, tredecim ciuitates hoc nomine. Hic tamē eam innuit quæ est in Cilicia, unde non procul fons est Castalius Musis sacer, & Castalia oppidum. θεσμῶν τ' αὐσονίων, institutorumq; Romanorum, quibus operam dederat. Septimum decimumq; annum sortitus, in pulverem mutata est florida, seu fœcūda ætas. εὔσταχυς, de agro tectas spicas ferente rectè dicitur. Et hunc continet terrestre sepulchrum: pro illius autem nomine picturarum colores uidemus.

Ἀδήλου.

Κάτθανε μὲν θεόδωρος.) Nonnulli existimant hoc epigramma scriptum esse in Theodorum Gadarensem, Tiberij Cæsaris præceptorem. mihi tamen (quod pace illorum dictum uolo) in Theodorum poëtam, cuius etiam Suidas meminit, quiq; in Cleopatram scripsit pleraq;, scriptum uidetur. Nam superiorem Theodorum sophistam tantum fuisse constat. Sed quisquis tandem fuerit, omnes ueteres poëtas cum hoc interisse asserit, & in uno sepulchro omnes cū eo esse humatos. Sed de eodem infrà mox plura.

Λεωνίδου.

Λεωνίδου.

Πολλὸν ἀπ' ἰταλίης κεῖμαι χθονός.)Leonides Tarentinus poëta in scribendis epigrammatis multum præstans, peregre profectus, quum uideret sibi moriendum esse in peregrina terra, conquerens hoc epigramma de se edidit. Longe ab Italia iaceo, & à Tarento patria: hoc autē mihi amarius est morte. τοιοῦτος πλανίων ἄβιος βίος: talis est erronū sine uita uita, id est misera & ærūnosa. Quod etiam Homerus confirmat, inquiēs: πλαγκτοσύνης δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν. Sed me Musæ(inquit) nimio affectu amauerunt, & pro incommodis dulce seu iucundū quiddā habeo. Nomen non declinauit Leonidæ, ipsa me dona prædicabunt Musarum, omnes in soles, id est perpetuo.

Εἰς μουσαῖον.

Εὐμόλπου φίλον υἱόν.)In Musæum, non hunc qui condidit Leandri et Heros amores, sed antiquissimū, cuius mentionē Virgilius in sexto facit. φαληρικὸν οὖδας, Athenæ. Nam Phaleron, populus & nauale Atheniensium.

Εἰς λίνον.

Ηδε λίνον θηβαῖον.)In Linum Thebanum iuniorem: de quo, & alijs quoq; antiquioribus, uide Pausaniam.

Εἰς ὀρφέα.

Θρήϊκα χρυσολύρην.) Hic, ut ait Pausanias, de cœlo tactus exanimatus est, propterea quod sacra mysteria hominibus publicauerit. Quamuis alij dicunt à mulieribus discerptum, de quo etiam suprà plura legisti.

Εἰς ἀρχίλοχον.

Αρχιλόχου τόδε σῆμα.) Archilochi sepulchrum hoc est, quem ad rabiosos iambos induxit Musa, gratificans Homero. Nam si induxisset eum ad heroica carmina, Homerū

superasset. Hos uersiculos sic mox latinos fecimus:

Hæc urna Archilochi, in rabidos quem duxit iambos
Calliope, nato gratificata suo.

Εἰς ἱππώνακτα.

Ω ξεῖνε, φεῦγε.) Iambi sunt, et apti Hipponacti iambographo, quorum sensus est: O hospes fuge grandine petens sepulchrum (id est, quod ferit homines sicut grando) terribile Hipponactis (repete sepulchrum) cuius etiam cinis (χὠ pro καὶ ὁ) conuicijs bacchatur in Bupaleum odium (Bupalus statuarius, qui eius imaginem deformiter formauerat, de quo suprà) Nota ἰαμβιάζειν, pro ἰαμβίζειν. Ne quo modo excites uespam, seu crabronē dormientem, quæ neq; apud inferos nūc sopiuit iram, claudicantibus uersibus recta carmina, id est non aberrantia iaculatus.

Θεοκρίτου, εἰς τὸν αὐτόν.

Ο μουσοποιὸς.) Scazon est. Proinde in secundo uersu pro ταφῳ, legendum est τύμβῳ: & in tertio pro παρὰ χρηστῷ, παρὰ χρηστῶν. ut sit sensus: Vates hic Hipponax iacet. Si malus es, ne accedas sepulchrum: sin es bonus, & à bonis, fidibundus sede: & si uis, obstertito.

Αντιπάτρου, εἰς
στησίχορον.

Στησίχορον ζαπληθὲς.) Stesichorum copiosum, immensum os Musæ sepeliuit Catanæ (nomen ciuitatis in Sicilia) ardens, flagrans solum (Aiunt quondam montem Aetnam flammis suis agros Catanæ urbis exussisse, & fertiles reddidisse) Cuius anima, quæ prius Homeri fuit, secundū Pythagoræ naturalem assertionem, (quam tamen in primo de Anima refellit Aristoteles, & meritò) in pectoribus, scilicet suis secūdo habitauit. Intelligit autē μετεμψύχωσιν, quā asiruebat Pythagoras.

Εἰς

Εἰς ἴβυκον.

Ῥήγιον ἰταλίης.)Rhegium Italiæ uadosæ promontoriũ cano, semper Trinacriam bibentis undam. Quoniam amantem lyram, amantem et pueros Ibycum frondosa posuit sub ulmo. Hicq; multa patientem, multam autẽ ob sepulchrum hederam fudit, & candido calamo fruticantem.

Εἰς σοφοκλῆν.

Τόν σε χοροῖς μέλψαντα.)Te choris canentem Sophoclem, filium Sophili, tragicæ musæ stellam Cecropiam, sæpe in parte theatri & in scenis pullulans flexuosa hedera Acharnita cõtexit comam(ἀχάρναι populus tribus Oeneidis, unde popularis ἀχαρνεὺς & ἀχαρνίτης. Volunt nõnulli, Acharnitam etiam uicum esse Athenis, ubi tam æstiuo quàm hyberno tempore recitabantur tragœdiæ)Sepulchrũ habet, & terræ modica pars, sed immensum æuum immortalibus cernitur in paginis, id est monumentis.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ενθάδ' ἐγὼ σοφοκλῆς.)Hic ego Sophocles odiosam domum Orci intraui infelix, adhuc Sardonico risu ridens. Dixerunt enim nonnulli, Sophoclem immodico risu præfocatum obijsse. nonnulli secus, sicut suprà demonstratum est. ὡς μὲν ἐγὼν, sic quidem ego, scilicet perij. Alij aliter, scilicet pereunt: omnes autem omnino, scilicet pereunt.

Εἰς εὐριπίδην.

Τὴν εὐριπίδεω.] Hoc epigramma non est epitaphiũ, sed magis scriptum de stylo Euripidis nemini imitabili, sicut Pindari aut Homeri, & apud Latinos Ciceronis: quem quanquam omnes sibi familiarem ac facilem esse asserunt, nemo tamen unquam eorum, quorũ scripta legimus, præter Lactantium ex ueteribus scriptoribus, recte & syncere est

imitatus (ut rumpatur interim illa Doletana furia, quæ ob id uirulentè & sycophanticè Erasmum, omnis literaturæ et eruditionis summũ antistitem, ausa est proscindere. Sed uoluit hoc pacto illa arrogãs & nimium sibi placens Alecto, ut omnes Erasmomastiges, inclarescere) nam ex recentioribus neminem proferes, qui uel umbram Ciceronis sit assequutus. Neq; enim omni tempore nascuntur Cicerones, aut Demosthenes, aut Homeri, aut Euripides, neq; Virgilij, in quibus Deus præcipuum miraculum ostendere uoluit, non omnibus seculis exhibendum & expectandum. Cui legenti Euripidis stylus non uidetur facilis? ita ut sine negocio similes uersiculos te scribere posse planè confidas. Sed fac periculum, & mox alia senties. Proinde rectè hic poëta sentit dicens, Euripidis neq; uade, neq; aggredere inuiam hominibus uiã, ἀοιδοθέτα, ô poëta, uel qui facis carmina. Plana etenim uisu est (pro λείη, scribe λείη) & fluxu facilis (ἐπίῤῥοθος, de terra plana, per quam aqua facile defluit, dicitur) Si quis ipsam ingrediatur, duro est asperior palo, uel sude. Neq; de nihilo Crantor, ut testatur Laërtius, tantopere præ cæteris Homerum et Euripidem admiratus est. Vidit enim rẽ operosam esse, & summæ industriæ, seruata proprietate tragicè, et cũ affectu misericordiæ scribere, etc.

Εἰς τὸν αὐτόν.

A μακέτις σε κεκευθε.) Macedonica te abscondit sepulchri puluis. sed ignitus seu accensus, Ioue fulmineo omnem, scilicet puluerem detexisti. Ter enim quum fulminasset ô Euripides ex Ioue æther, expiauit mortalem sepulchri notitiam, seu cognitionem: q. d. mortalis sepulchri tui notitia est obliterata, sed immortalis ingenij tui perpetuitas in libris continetur.

Εἰς

Εἰς αἰσχύλον.

Αἰσχύλον ἥδε λέγει.) Aeſchylum hic nunciat ſepulchralis lapis hic iacere magnum, propria procul à Cecropia. Limpidas ipſius Gelæ Siculi apud aquas (γέλα & urbis & fluuij in Sicilia nomē eſt, cuius genitiuus eſt γέλας) Quæ maligna inuidia Athenienſium ſemper agitat bonos uiros. Hac de re infrà plura, ubi ad Socratis epitaphium uenerimus.

Εἰς σαπφώ.

Οὔνομα μὲν σάπφω.) Dicit ſe tantum mulieres uiciſſe, quantum Homerus uiros.

Ἀλκαίου.

Πᾶσά σοι οἰχομένῳ.) Hic Pylades Cilix fuit genere, ſcripſit de ſaltatione Italica, cuius ipſe repertor fuit, à comica illa ſaltatione, quæ Cordax dicta eſt: & tragica, quæ Sicinis: & ſatyrica, quæ Emmelia uocabatur. O Pylade, omnis Græcia te defunctū luget, impexā iubā in cute radēs (id eſt uſq; ad cutem. & eſt loquutio græca. De monachis Aegytijs idē dicitur, quòd ſint raſi in cute, id eſt uſq; ad ſuperficiē cutis) Ipſe aūt inſectæ uel intactæ lauri comas depoſuit Apollo, ſuū honorans (quatenus fas eſt) poëtā. Muſæ autem fleuerunt. Fluxū ſiſtere fecit audiens Aſopus lugubri ſtrepitū ab ore. Ceſſauerunt tecta uel theatra Liberi patris à chorea, poſtq̄ ferreā uiā iuiſti inferni. Hos uerſiculos etiā ſic uertimus:

Tota tuā Pylade deplorat Græcia mortē,
Impexam ſummo uertice raſa comam.
Ipſe ſacras etiam lauros proiecit Apollo,
Afficiens uatem Phœbus honore ſuum.
Fleuerunt Muſæ, luctus Aſopus amaros
Percipiens, tacitas flumine ſtrinxit aquas.

Cessarunt Bacchi tecta exercere choreas,
Ferrea te postquam fata tulere senem.

Ἰουλιανοῦ.

Μνῆμα σὸν ὦ θεόδωρε.] *In Theodorum poëtam, qui hoc nomine maximè laudandus est, quod ab interitu recentiores poëtas uendicauerit, sicut hoc epigramma testatur. Monumentum tuum ô Theodore omnino uerum est. non in tumulo, sed in chartacearum paginarũ millibus, quibus ab interitu uendicasti pereuntium ab obliuione eripiens, ingeniosorum laborem poëtarum. Pro* νεκρῶν, *potest etiam legi* νεαρῶν, *& fortasse rectius.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὔ τι φύσις θήλεια.] *Sequens epitaphiũ est in Calliopen psaltriam, seu musicam, cuius uocem neq; senectus, neque mulicbris sexus inhibere & debilitare potuit, sed sola mors.* ἀδρανίη, *imbecillitas. ab α priuatiua particula, et* δράω *facio.*

Διονυσίου.

Πρώϊος, ἀλλὰ ποθεινός.] *In Phœnocritum poëtam, de quo nihil apud idoneos scriptores compertũ legi. Loquũtur autem animæ felices. Præcox, id est immatura ætate præuẽtus, sed desiderabilis, quicunq; ciuitatem Elysij habitamus, ad obliuionis amarum penetrasti pelagus, id est mortuus es. Qui decerpsisti sapientiam modicum tempus, circa tumulum autem tuum, & illugibiles, id est neminem alioqui lugentes, noctuæ fecerunt luctũ ô Phœnocrite. nihil simile futuris poëta, scilicet aliquis canet, homines quoad pedes tulerint. Laus longè maxima est, & quæ uix ipsi Homero conuenit: ex qua apparet, hunc non uulgaris notæ fuisse poëtam.*

Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὔ σε κυνῶν γένος εἷλ'.] Negat Euripidē nec à canibus, nec à mulieribus discerptū, sed senio consumptū obijsse. τὸν σκοτίης, id est à clandestina Venere alienum, id est ab adulterio. σκοτινὸς υἱὸς, spurius. Sed mors & senectus sensim te deiecerūt. Nunc apud Arethusam iaces, sodalitate Archelai honorabilis, preciosus. Non assero sepulchrum tuum, sed Bacchi dies adiecerunt, uidelicet tibi pro sepulchro, applaudentes, seu obedientes scenas.

ΕΙΣ ΠΟΙΜΕΝΑΣ. 27.

Διοτίμου, οἱ δὲ Λεωνίδου.

Αὐτόματοι δείλαι.] De pastore Therimacho, sub quercu fulmine exanimato, cuius boues ultrò domum uenerant. Hos uersiculos sic latinos accipe:

Sponte sua repetunt altis de montibus ultrò,
Oppressæ niuibus propria tecta boues.
Heu, heu Therimachus de cœlo tactus opaca
Sub quercu, somno lumina clausa tenet.

Ερυκίου εἰς τὸν αὐτόν.

Οὐκ ἔτι συρίγγων.] Et hoc in eundem sic uertimus:

Therimache, haud ultrà tua fistula rupe sub ista,
Et uiridi platano carmen agreste canet.
Nec tua cornigeri capient modulamina tauri,
Ilice sub nigra dum iacet omne pecus.
Fulmineus turbo te perdidit: inde coactæ
Ad caulam niuibus serò abiere boues.

Καλλιμάχου.

Ασκίδην τὸν κρῆτα.] Et hoc simplicißimè, & penè uerbum uerbo:

Pastorem Astacidem rapuit de montibus istis
    Nympha ferox, & nunc est sacer Astacides.
Dictæis habitat sub quercubus ille: nec ultra
    Daphnin, at Astacidem fistula nostra canet.

Λεωνίδου.

Ποιμένες, οἱ ταύτην) Testamentum est pastorale, pulchrum & elegans, quo ostendit quid sibi uita defuncto à pastoribus fieri uelit. Pastores, inquit, qui hoc montis dorsum peruagamini (tametsi οἰοπολεῖν, proprie est solitarie uagari: unde οἰοπόλος, desertus, solitarius) capras & hirsutas ineuntes oues. Clitagoræ per terram, scilicet uos oro, modicam gratiam, sed gratam impendite, terrenæ gratia Proserpinæ. Vtinam balent mihi oues, in impolita autem pastor petra moduletur leuiter pascentibus, id est sine impetu. Vere autem primo pratensem florem decerpens colonus, coronet sepulchrum meum corona. Atq; aliquis agnino lacte coinquinetur ouis emunctilem mamillam, seu uber, sustinens fundamentum madefaciens sepulchrale. Sunt mortuorum sunt remuneratrices, & inter defunctos Gratiæ.

Μυρίνου.

Θύρσις ὁ κωμήτης.) Hoc quoq; epigramma nostro more sic latinum fecimus:

Thyrsis oues pingui pascens in gramine, Thyrsis
    Pana potens calamis æquiparare deum,
Ebrius umbrosa sub pinu dormit: opimum
    Ipse gregem sumpto munere seruat Amor.
Thyrsidis ô nymphæ, nymphæ cito rumpite somnum,
    Ne fiat rapidis præda Cupido lupis.

ΕΙΣ ΠΟΛΕΙΣ. 28.

Αἰσχύλου.

Αγάρος εὔδμητος.) Hic titulus potius est εἰς χώρας, quàm πόλεις, id est in regiones. Siquidem epigramma de Lacedæmoniorum regione, & non ciuitate loquitur, quam poëta deflet ab Achiuis deuastatam. Quæ prius bene cōdita, scilicet ciuitatibus fuisti, et imperuia, scilicet hostibus, ô Lacedæmon, fumū apud Eurotā uides Oleniū, id est Achæorū (nam ὤλενος ciuitas est Achaiæ) umbra carēs: aues aūt in terra positis domibus lugēt. oues aūt non audiūt lupi: quod est signū abactorū pecorū, et summæ deuastationis.

ΕΙΣ ΠΤΩΧΟΥΣ. 29.

Καλλιμάχου.

Εἶχον ἀπὸ σμικρῶν.) In Micyllū, qui modico uictu cōtentus, uitā se inculpate & innocenter traduxisse testatur, nemini unquam iniurius existens. Obtinui, inquit, à parua hæreditate modicā substantiā: neq; quicquā malum faciens, neq; iniuria afficiens ullū, ô chara terra, Micyllus. Siquid praui laudaui, neq; tu leuis mihi fias, neq; alij dæmones, qui me tenetis. Non dißimilem Micyllum etiam Lucianus in suis Dialogis introducit.

ΕΙΣ ΠΟΝΗΡΟΥΣ. 29.

Κριναγόρου.

Την δ' ὑπὸ δύσβωλον.) Epitaphium Eunidici, hominis improbi & scelerati, cuius cineri imprecatur terram grauem & onerosam. Attende autem uerborū constructionē. Tumulus odiosum super caput premit oßa cōscelerati hominis hoc sub infœlici terra: pectoraq; plena doli, & male olentem dentiū serram, id est seriem: & membrorum seruilem compedem, depilatum caput Eunidici, semiustas,

semiustas reliquias, adhuc uiridis plenas putredinis. O terra male desponsata, scilicet tam scelerato & execrando cadaueri, malum tentorium super cinerem uiri, scilicet peßimi: neque leuis incumbas, neque modica. Competit aptißime hoc epitaphium in Vueismarum, *quondam præfectum nostræ urbis, in quem olim hoc epitaphium* αὐτοσχεδιάσομεν:

Hospes cede procul, quicunq; hæc limina tangis,
Hæc premit infandum terra nefanda uirum.
Viuens est falso Vueismarus nomine dictus,
Quauis namq; fuit nigrior ille pice.
Proditor, impostor, periurus, perfidus, harpax,
Helluo, fraus, nequàm, caupo, susurro, colax.
Osor, delator, nebulo, sycophanta, bonorum
Exitium, pestis, perniciosa lues.
Heu miseris umbris, ad quas descendit in Orcum
Colluuies tanti, tantáq; lerna mali.
Hospes ob id caueas hoc fœdum & turpe sepulchrũ,
In quo putrescit sic uitiosus homo.

Sed & prædictum epitaphium, non male torqueri poterat etiam in Clementem septimum pontificem Rhomanum, *in quem nos (prout uirtus eius merebatur) hoc epitaphium conscripsimus:*

Clemens, quo nunquam fuit inclementior alter,
Conditus hoc tumulo post mea fata tegor.
Non solus: mecum pariter sunt tecta sepulchro
Itala spurcities, Punica perfidia,
Impietas, odium uerbi, blaspheḿia Christi,
Cuius uastaui raptor ouile lupus.

Fœdera

Fœdera discußi, pertraxi in prælia reges,
Gentibus innumeris uasta ruina fui.
Sanguineis tantum gaudebam cædibus, inde
Turbator paßim pacis iniquus eram.
Christicolis uolui postremùm inducere Turcam,
Hoc tamen oppreßit mors inopina malum.
Cumq; ego præ cunctis sitibundus sanguinis essem,
Et cuperem expleri Teutona terra tuo,
Dira propinarunt crudam mihi fata cicutam,
Qua mea sedata est exitiosa sitis.

Quid prohibet huic sodalitio etiam adiungere Saxi Lugelij Scycotomi quondam apud Onolczpachium procuratoris & rabulæ sceleſtißimi epitaphium, ut extaret eius summæ improbitatis & nequitiarum etiam apud posteros monumentum? Nam sicut bonorũ uirorum uirtutes meritò celebrantur, ut alios ad imitationem sui accendãt: ita non iniuria improborum uitia traducuntur, ut à turpitudine & malitia alios deterreant. prædicti ergo Scycotomi epitaphium sic se habet:

Ne facias strepitum, hoc bustum quicunq; frequentas,
Sopitumq; sinas stertere quæso canem.
Saxum Lugelium quo texit cespite corpus,
Illo iam rabies cuncta sepulta iacet.
Atq; etiam pugnæ, lites, discordia, rixæ,
Omnia & insani noxia monstra fori.
Iurgia, perfidiæ, uanæ periuria linguæ,
Iræ, imposturæ, turpia probra, doli.
Oris falsiloqui mendacia millia centum,
Cuncta iacent isto tum maledicta loco.

Vis non

Vis non morderi, uis deuitare latratum,
Hinc abiens tacite stertere mitte canem.

ΕΙΣ ΡΗΤΟΡΑΣ 30.

Λεοντίου σχολαστικοῦ.

Χειριδίου τόδε σῆμα.] Legitur in prolegomenis in Aristidem, tres fuisse ætates rhetorum. unã, quæ sine scriptis dixit: quæ tulit Themistoclem & Periclem, & alios eo ipso tempore rhetores. alterã, quæ ἐγγράφως, id est cum scriptis dixit: & hac floruit Demosthenes, Aeschines, Isocrates, Lycurgus, Demades, & alij, qui confecerũt rhetorum decada. & hæ duæ fuerũt Athenis. Tertiam constat fuisse Asianam, et hæc Polemonis, Herodis, Aristidis, & aliorum multorum. Secundæ itaq; ætatis hunc Cheridium non quidem fuisse, sed illius rhetorum imaginem extitisse, hoc epigramma dicit. Satis enim constat, ex neotericis rhetoribus hunc unum fuisse, quippe cuius nusquam mentionem facit Philostratus inter Sophistas, quorum uitam persequutus est. Videtur autem hoc ipsum caput seu titulus ab ipsis rhetoribus esse compositum. Neq; enim admodum Musas redolet. ἀλλὰ δικάζων, sed iudicans, nunquam à recto ne tantillum quidem diuertebat. Magna laus incorrupti iudicis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πέτρου ὁρᾷς ῥητῆρος.] Commendat hunc & à facultate dicendi, & ab amicitia, dicens eum unum occubuisse spectantem tragœdias in festis Dionysij, collapso theatro. Βαιὸν ἐπιζήσαντα, cum modicum superuixisset: quam mortem (inquit) non uiolentam uoco, sed naturalem.

Ἰουλιανοῦ

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων αἰγυπτίου.

Η φύσις ὠδίνασα.] In Craterũ rhetorem, quem item prioribus Sophistis dicit esse cõparandum. Natura, inquit, parturiens multo tempore, uirum peperit dignum uirtute prioribus annis, Craterum sapientia & nomine, & truculentis mouentem luctu lachrymas aduersarijs. Si autem iuuenis mortuus est, superna pensa Parcæ accusa, uolentis mundum immundum, seu ornamentum inornatum habere.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ω φθέγμα κρατεροῖο) In eundem. O facundia Crateri, quid lucri superest, seu quid lucratus es, etsi uocis fuisti & silentij causa aduersarijs? Viuente te omnes garriebant, ex morte autem uestra, id est tua (sic Galli loquũtur) propriam rursus ligauerunt uocem, id est te extincto obmutuerunt. Nemo enim post mortem tuam uoluit extendere, id est præbere uel aperire aures orationibus. Cratero autem unus finis, scilicet fuit, & orationibus eius.

Αδηλα.

Ενθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν.] In Aëtium rhetorem, epigramma planum & scholasticum, nisi quod θεὸς, pro ἦθος, id est boni mores, positum uidetur. Nam alioqui falsum erit, quod Deus immortalem facere nequeat.

Aliud.

Αντιπάτρου ξυντῆρος ἐγώ.] In Antipatrũ, de quo controuersia est utrũ Atheniẽsis sit, an Aegyptius. ἥλικα, id est q̃ grandia spirabat opera, scilicet eloquẽtiæ, uniuersum Græcorũ testimoniũ exquire. ἀμφήριστος, id est certabilis, uel cõtrouersiosus, nũ ab Athenis, an à Nilo fuerit, genere.

Epiris

Σιμωνίδου.

Ενθάδε πυθώνακτα.)Hic Pythonactem,& sororem celat terra,amabilis pubertatis priusquam summum finem uiderent. Sepulchrum mortuis pater magnum fecit immortale,mortalibus liberis gratificans.

Αδήλου.

Αἶ,αἶ,ἀρισοκράτεια.)Heu,heu,ô Aristocratea,tu quidem profundũ in Acherontem abijsti,tempestiuas ante nuptias recubans. Matri autem tuæ lachrymæ relinquuntur (quid si legendũ sit καταλείβεται) qua super sepulchrũ sæpe recubante,id est qua sepulchro inhærẽte, luget seu flet Eccephalas,nomen proprium patris. quam dictionem nisi sic intellexeris,nihil sensus elicies.

Απολλωνίδου.

Καὶ τίς, ὃς οὐκ ἔτλη.)Et quis,scilicet esset,qui non sustineret extremum malum,unum filium lugens? Videtur autem legendũ esse θάψας, & non κλαύσας, cuius sequẽs uerbum ἔθαψε. Sed Posidippi domus omnes sepeliuit. Et usus est,sicut uides,figura rhetorica. Quatuor quos eiusdẽ numeri dies rapuit,id est quatuor quos totidẽ mortiferi dies sustulerunt,inferno magnam filiorum spem tondente. Patris autem oculi humidi imbricati luctibus pericrũt. Communis alicubi nox omnes detinet.

Λεωνίδου.

Α δειλ' ἀντίκλεις.)In Anticlem,qui duodeuigesimum annum ingressus mortuus est,quem mater mœrens sic alloquitur. Hei miser Anticles,misera autem ego, quæ in iuuentutis uigore unicum filium concremaui. Qui duodeuiginti annos natus perijsti ô fili. ego autem orbam defleo,senectutem lugẽs. Vtinam irem ad Orci opacam domum(est enim

H pro

pro *Βαίνδυ* *infinitiuo, emendandum & scribendum Βαίνειν*) *neq; mihi aurora suauis est, neq; radius uelocis solis.* Hei miser Anticles *μεμορημένε*, *fato addicte, luctus sis medicus, scilicet nostri, qui uitam tuam sancte traduxisti. Solatur se fily sui uitæ sanctimonia.*

Ἀντιπάτρου.

Τοῦτό τοι ἀρτεμίδωρε.) Et hoc *miræ suauitatis, & plenum maternis affectibus epitaphiū, cuius hic sensus est:* Hoc tibi ô Artemidore *tuo super sepulchro mater uociferata est, duodennem tuam lugens mortem.* Perijt *mei partus omnis labor, ad dolorem.* Aequiuocatio est *in hac dictione* πόνος, *quæ secundum* Ciceronem *quoq;* Tusculanarū *quæstionum libro secundo, & laborem & dolorem significat. ubi sic inquit:* Labor *est functio quædam uel animi uel corporis, grauioris operis & muneris.* Dolor *autem motus asper in corpore, à sensibus alienus.* Hæc *duo* Græci *illi, quorum copiosior est lingua quàm nostra, uno nomine appellant*) *ad rogum.* Perijt Pammenis *qui genuit fatigatio.* Perijt *euanida(seu de qua nihil auditur) delectatio tui.* Etenim *ad inflexibilem, seu irretrogradum & irremeabilem locū iuisti mortuorum.* Neq; *ad ephebiam ueniens ô fili: pro te autem columna, & surdus relinquitur nobis cinis.*

Ἀδήλου.

Οἰκτρότατον μάτηρ.) Miserabilißimam *mater te ô* Charixene *donum ad* Orcum *duodeuiginti annorū ornate induit chlamyde. nempe & petra ingemiscebat, quando à domo coætanei luctu tuum cadauer ferebant, seu baiulabāt.* Luctum *autem, non* Hymenæum *ululabant mulieres.* Heu, *heu, uberum falsas spes, & inanes parturigines.* O *fatum* ἀκοπαρθενε, *quod tam uirginibus quàm iuuenibus inimicum*

micum & malum, seu noxium es. Spirogonæ (nomen matris) pietatem expuisti in uentos, id est dissipasti, & in nihilum redegisti.

Αὐτῆς.

Λοίσθια δὴ τάδε.) In hoc epigrammate nihil laude aut admiratione dignum uideo, præter simplicitatem, quæ puellam loquentem decet. cuius hic sensus est: Postremum hæc, scilicet uerba, charo patri manu cõplexa dixit Erato, teneris lachrymis irrorata, uel conspersa: ô pater, non amplius tibi sum, id est perij, nigra oculum meum occulit, iam morientis, atra mors.

Τῆς αὐτῆς.

Πολλάκι τῷδ' ὀλοφυδνά.) Sæpe hoc miserabiliter puellæ apud sepulchrũ inclyta mater, immatura morte perẽptam filiam inclamauit, charam animam euocans Philænidis, quæ ante nuptias uiride super fluuiũ fluentũ Acherontis iuit.

Πέρσου.

Ὤλεο δὴ πρὸ γάμοιο φιλαίνιον.) Perijsti ante nuptias Philænium, neq; te mater Pythias tempestiuos duxit in thalamos sponsi: sed miserabiliter dilaniata genas, quatuordecim annorum hoc occuluit sepulchro.

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΣ. 32.

Εἰς σωκράτην, Ἀντιπάτρου.

Η Χθαμαλὴν ὑπέδυς.) In Socratẽ philosophorũ omniũ sapientissimũ, et ab Atheniensibus iniquè dãnatũ. τὴν χθαμαλὴν legẽdũ uidetur: ἀκρισίην, peruersũ iudiciũ. οὐδ' ἐν ἐν ἄδου δόντες.) Hic locus planè corruptus est, nec quî eius uitio medendũ sit uideo. Itaq; erudite lector tuæ limæ & iudicio emendandũ relinquo. τοιοῦτοι

πολλάκι κἐκ, οὐ ἴδαι) Nam ſicut autor eſt Laërtius, huiuſmodi deſignarunt Athenienſes nō modò in Socrate, ue rū & in alijs uiris illuſtribus permultis, ut in Themiſtocle, Ariſtide, Phocione, Alcibiade, Tyrtæo, Homero, &c. erga quos omnes fuere ingratiſsimi & crudeliſsimi.

Εἰς πλάτωνα.

Γαῖα μὲν κόλποις.) Laërtius tradit his epigrammatibus Platonis ſepulchrum eſſe illuſtratum, quorum uerſionem latinam ex eodem ſubiecimus:

Corpus habet gremio contectum terra Platonis,
Mens ſed habet ſuperûm tecta beata deûm.
Diuinum quem iam ueneratur, quiſquis honeſtus
Et probus eſt, cuius uel procul eſt regio.

εἰς τὸν αὐτόν.

Αἰετὲ, τίπτε βέβηκας.) Hoc ait priore eſſe recentius, cuius hic eſt ſenſus:

Quid monumenta ſuper uolucrum regina uolaſti?
Tu mihi dic ſuperûm quam tueare domum?
Diua ego ſublati in cœlum feror umbra Platonis:
Terrenum corpus Cecropis ora tenet.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Καὶ πῶς εἰμὶ φοῖβος.) Hæc duo ſequentia epigrammata ipſius ſunt Laërtij in Platonem, quem comparat Aeſculapio, quòd ſicut hic corporum, ita ille animorum morbos curauit.

Ni doctum Græcis genuiſſes Phœbe Platonem,
Prorſus nemo animis qui medeatur erat.
Corporis eſt medicus ſatus ex te Aſclepius ægri,
Aeternæ ut ſapiens eſt animæ ipſe Plato.

Εἰς

Εἰς τὸν αὐτόν.

Φοῖβος ἔφυσε βροτοῖς.) Eiuſdem authoris, & argumenti.

Produxit nobis Aſclepion atq; Platonem
Phœbus, ut hic corpus curet, & ille animum.
Coniugium celebrare uolens, quam condidit olim
Vrbem adit ipſe, Iouis quamq; ſolo poſuit.

Δαισάμενος δὲ γάμον, id eſt quum celebraſſet nuptias, uenit ad urbem, quam ille condidit, ſcilicet in libris de Republica & Legibus, ubi conſtituit quales deberent eſſe uxores. Et quia ſuas leges nuſquam promulgare potuit, neque apud Dionyſium tyrannum, quem pro ciuitate rogauerat, reuerſus ex Sicilia ad illam ciuitatem migrauit, quam in ſolo Iouis condidit, &c.

Εἰς Δημόκριτον.

Ἦν ἄρα Δημοκρίτοιο γέλως.) In Democritum, omnes res humanas deridere ſolitum. οὐκ ἔλεγον, nónne dicebam? interrogatiuè. Et ego poſt immenſam ſapientiam & ſeriem tot librorum, iaceo ſub ſepulchro riſus. Poſt ſophiā immenſam, poſt tot monumenta librorū, Nunc iaceo in tumulo, non niſi riſus ego. Ita hi duo uerſiculi inter interpretandum obiter mihi inciderunt.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Καὶ τίς ἔφυ σοφὸς ὧδε;) Hoc epigramma eſt Laërtij in Democritū, ex hac re natum. Soror Democriti, quæ erat ſacerdos Cereris, lamentabatur non tam de morte fratris, quàm quòd non poſſet intereſſe ſacris Cereris faciendis. Hoc uidens Democritus, calidis panibus quotidie allatis, et naribus admotis, triduo uitam ſuſtentauit, dum ſacrificia perficerentur. Quærit itaq; Laërtius, et quis natus fuit ita

ſapiēs? quis tantū opus fecit quantū omniſcius perfecit Democritus (Et notabis pro μηνυσε, legendū eſſe, et emēdandum, ἤνυσε, perfecit) Qui mortem præſentem tres dies domi compeſcuit, et calidis panum anhelitibus hoſpitatus eſt.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Εἰ καὶ ἀμειδήτων νεκύων.) Alloquitur Proſerpinam. Etſi non ridentium umbrarum ſub terra imperium teneas, ô Proſerpina, animam accipe Democriti benignè, ſeu hilari uultu ridentem. Quoniam et tuam matrem dolentem propter te, ſolus inflexit riſus.

Εἰς διογένη τὸν κύνα.

τὸν κύνα διογένην.) Charontem alloquitur. Canem Diogenem ô cadauerum uector ſuſcipe me portitor, denudantem cuiuslibet uitæ faſtum, ſupercilium, ſeu arrogantiā.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Εἰπὲ κύον, τίνος ἀνδρός.) Canis marmoreus erat ſculptus ſupra monumentum Diogenis, quem poëta alloquitur hoc epigrammate ſatis plano, ad quod ſic alluſit Auſonius:

Dic canis, hic cuius tumulus? canis. at canis ecquis?
Diogenes. obijt? non obijt, ſed abit.
Diogenes cui pera penus, cui dolia ſedes,
Ad manes abijt? Cerberus ire uetat.
Quo'nam igitur? clarè flagrat qua ſtella leonis,
Additus eſt iuſtæ nunc canis Erigonæ.

Αντιπάτρου, εἰς τὸν αὐτόν.

Διογένευς τόδε σῆμα.) In eundem Diogenem. ὅς ποτε θυμῷ ἄρσενι, qui quondam animo maſculo athleticam ſeu gymnaſticā elaborauit uitam (certauit enim contra dolorem, paupertatem, exilium, uoluptatem, & cætera uitia) Quē una pera, una diplois, unus ſcipio ſequebatur frugalis arma

arma modestiæ. Verùm à tumulo hoc seorsim ite stulti, quoniam Sinopensis odio habet improbum omnem, etiam in Orco, id est apud inferos.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Βάκτρον καὶ πήρη.) Declarationem uitæ ac frugalitatis Diogenicæ hoc distichō explicat, itaq; inter epitaphia censeri non debet.

Ὡς ἀπὸ τοῦ Διογένους.

Πάντα φέρω πορθμεῦ.) Diogenes sic loquitur ad Cerberū. σαίνοις, id est blandiaris mota cauda, estq; hoc uerbum tractum à canibus. Quanquā Homerus attribuat etiā lupis & leonibus Odyss. κ. ubi sic loquitur,

ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι, ἠδὲ λέοντες
τοὺς αὐτὴ κατέθελξεν ἐπεὶ κακὰ φάρμακ' ἔδωκεν.
οὐδ' οἵγ' ὡρμήθησαν ἐπ' ἀνδράσιν, ἀλλ' ἄρα τοίγε
οὐρῇσι μακρῇσι περισσαίνοντες ἀνέσταν,
ὡς δ' ὅταν ἀμφὶ ἄνακτα κύνες δαίτηθεν ἰόντα
σαίνωσ', αἰεὶ γάρ τε φέρει μειλίγματα θυμοῦ,
ὡς τοὺς ἀμφὶ λύκοι κρατερώνυχες, ἠδὲ λέοντες
σαῖνον. &c.

Vtitur eodem uerbo Homerus etiam infrà Odyss. ρ. de Argo cane.

Ὡς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ·

Αἴδος ὦ νεκυηγέ.) Inferni ô mortuorum ductor (νεκυηγὸς idem quod suprà νεκυοστόλος) lætate lachrymis omnium, qui profundam traijcis hanc Acherontis aquam, & si tibi aggrauatur præ umbris defunctorū nauis, ne relinquas Diogenem me canē. Lecythum (ut athleta) et scipionē fero, & duplicatā uestem, & peram, & tibi pro naulo obolum.

Et uiuens hæc solùm, quæ & mortuus huc fero habebã, sub solis nihil reliqui luce.

Διονυσίου κυζικηνοῦ, εἰς ἐρατοσθένη.

Πρηΰτερόν γῆράς σε.) In Eratosthenem Cyrenæum, Aristonis philosophi discipulum, insignem grammaticum, mathematicum, philosophum, præceptorem Aristophanis, cuius honorificã mentionem facit Strabo. Hic, ut author est Suidas, à Ptolomæo tertio ex Athenis in Aegyptum accersitus est, ubi uixit usq; ad quinti Ptolomæi ætatẽ, atq; à nonnullis nouus Plato, à nonnullis πένταθλος dictus est, quòd (ut Democritus) naturalia, moralia, mathematica, liberaliũ disciplinarum rationes, artiumq́; omnium peritiã calleret. Reliquit præterea uaria monumenta. Mortuus est Alexandriæ, ætatis suæ anno ôctuagesimo, & in eius littore sepultus. quæ omnia hoc epitaphio paucis perstringuntur, cuius hic sensus est: Mitior senectus te, & non morbus languidus extinxit. sopitus es somno debito, id est naturali. Summa qui contemplatus es ô Eratosthenes. Neq; uero Cyrene Mænas (à Mænade conditrice sic dicta, tametsi Stephanus dissentiat) sub æternis, seu indomitis extra suscepit te sepulchris Aglai fili. charus, & in aliena, scilicet terra occultatus es, iuxta hanc oram Protei litoris (id est sepultus es litore Phari iuxta Alexandriam, ubi dicitur regnasse Proteus.)

Αντιπάτρου, εἰς τοὺς ἑπτὰ σόφους.

Επτὰ σοφῶν κλεόβουλε.) Neminem tam infeliciter in græcis literis uersatum esse opinor, qui hoc epigramma nõ intelligat, septem sapientum patrias explicans, quod tamen pro epitaphio non est habendum.

Εἰς

Εἰς θαλῆν.

Τόνδε θαλῆν μίλητος.] Hunc Thaletem Mileto Ionica nutritum ostendit, astrologorum omnium honoratissimũ sapientia. Laërtius scribit, hoc distichon eius imagini fuisse asscriptum.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἦ ϐ' ὀλίγον τὸ σῆμα.] Et in principio scribendum est, ὀλίγον τόδε σῆμα, si nolumus uersiculum claudicare. Profecto paruũ monumentũ, gloriam uero ad cœlum usq; tendentem, multa contemplantis Thaletis specta.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Γυμνικὸν αὖ ποτ' ἀγῶνα.] Epitaphium Thaletis, qui ut scribit Laërtius, obijt, cum certamen gymnicum spectaret, æstu scilicet, à siti & infirmitate fatigatus iam uetulus. False tamen scriptum est apud Laertium, ἠέλιε ζεῦ, pro ἠλεῖε ζεῦ, Elee Iupiter. Vide Stephanum in dictione ἦλις. Atq; hæc menda præstitit etiam latino interpreti ansam errandi.

Εἰς πιττακόν.

Ξεῖνος ἀταρνείτης.) Hoc epigramma etiam Laërtij testimonio, est Callimachi ad Dionem, cui proponit exemplum Atarnei & Pittaci, ut & ipse sibi parem deligat. Horum uersiculorum latina interpretatio nusquam non est obuia, quare eam breuitatis gratia consultò prætermisimus. βέμβικας, turbines, trochos. κληδόνι συνθέμενος, famæ assentiens.

Εἰς βίαντα.

Κλεινοῖς ἐν δαπέδοισι.) Inclyto in solo Prienes natum occulit hæc Biantem petra, ornamentum magnum Ionibus.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Τῇδε Βίαντα κέκευθα.) Epitaphium est Laërtij in Biantem, quem ait, cum causam pro amico dixisset, & à dicendo quieuisset, caput in sinu nepotis fessum reclinasse: Cumq; aduersarius itidem perorasset, iudicesq; pro eo sententiam tulissent, qui causæ suæ Biantem habuerat patronum, soluto iudicio nepotis in gremio efflaße animam. Versionem habes apud Laërtium.

Εἰς ἀνάχαρσιν.

Εἰς σκυθίην ἀνάχαρσις.) Et hoc epigrāma est Laërtij, in Anacharsim Scytham, cuius meminit etiam Lucianus in Anacharside libello, quem nos quondam latinum fecimus. Vide huius uitam & epitaphij uersionem apud Laërtium.

Πλάτωνος, εἰς δίωνα τὸν συρακούσιον.

Δάκρυα μὲν ἑκάβῃ τε.) Hoc epitaphio uult significare Plato, plus iacturæ factū esse in occisione Dionis, quàm Hecubæ interitu & Troianorum mulierum, quibus exitium fataliter erat decretum. Dioni autem non item, qui socium & amicum suum, quem secum in exilio fouerat, cum eiecto Dionysio iuniore, optimos mores & instituta præclara liberatæ patriæ inferre uellet, perfidum homicidam est expertus. De cuius rebus gestis, & morte omnium doctißime scripsit Diodorus Siculus, libro 16. cuius fragmenta non ita pridem nostra opera in lucem prodierunt. Versionem huius epigrammatis habes apud Laërtium. Quòd autem in ultimo uersu dicit, animum meum amore in furorem concitasti, uel egisti, id nō obscœne, sed simpliciter accipiendum est: quòd quem prius dilexerit, postea cum affectu ama/

ctu amarit, rebus ita præclare gestis, cum Dion iam esset adultæ ætatis.

Εἰς θεόφραστον.

Οὐκ ἄρα τοῦτο μάταιον.) *Et hoc epigramma est Laërtij, in Theophrastũ, quem ait ætatis anno octogesimoquinto, quum modice à labore quieuisset, obijsse. citat hoc epigramma etiam Suidas in uita Theophrasti. explicat idem, Erasmus in prouerbio, Arcus tensus rumpitur, quem uidebis.*

Εἰς ἡρακλείδην.

Ἤθελες ἀνθρώποισι λιπεῖν.) *Laërtij est in Heraclidem Ponticum, cuius uitam uide apud eundem, & cognosces miseram & uecordem huius philosophi ambitionem, quam cuiusdam Draconis præstigijs captabat.* σεσοφισμένε, *sophisticis præstigijs plene. Audiuit hic Speusippum, Aristotelem, Platonem, cuius allegoriæ in Homerum etiam hodie extant.*

Εἰς πυθαγόραν.

Οὐ μόνος ἐμψύχων ἀπέχες.) *Laërtij* χλευασμὸς *est, & subsannatio sectæ Pythagoricæ, quod non soli abstineant ab animatis Pythagorici, sed omnes etiã cæteros uesci tantum elixatis, assatis, & salitis, & anima iam carentibus. Extant eiusdem in eundem etiam alia duo epigrammata, cum eo quod sequitur.*

Εἰς τὸν αὐτόν.

Αἶ αἶ πυθαγόρης τί τόσον.) *Laërtius ait, bello inter Agrigentinos atq; Syracusanos exorto, Pythagoram Syracusis cum socijs exisse, ut opem Agrigentinis ferret. persequentibus autẽ Syracusanis profugos, cum per agrũ fabis cõsitum transire nollet Pythagoras, ab hostibus cõprehensus est,*

ſus eſt, & occiſus. Hac de re præſens epigrāma loquitur.

Εἰς ἐμπεδοκλῆν.

Καὶ σύ ποτ' ἐμπεδοκλῆς.] *Et hic præſtigioſus fuit philoſophus, & ambitionis ac uanæ gloriæ refertiſsimus, in quem hæc duo Diogenis Laërtij ſunt epigrammata, qui ſe ipſum in omnes philoſophos παμμέτρον ſcripſiſſe teſtatur. Eſt autem ironia in hoc carmine, nō bibiſti immortalitatem, ſed ignem. Verſionem uide apud Laërtium, & uitam Empedoclis.*

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ναὶ μὴν ἐμπεδοκλῆα.] *Pro ὡς ποθ' ἁμάξης, debet ſtare ὅς ποθ' ἁμάξης, ſicut habet Laërtius. Cætera uide apud eundem.*

Εἰς ἐπίχαρμον.

Εἴτι παραλλάσσει φαέθων.] *Conſtat hoc epigramma eſſe antiquiſsimum, quod Laërtius Epicharmi ſtatuæ inſcriptum eſſe teſtatur. Eſt autem ſcribendum pro εἴτι, ὅτι παραλλάσσει, Quantum ſuperat ſol aſtra, & quantum pontus maiorem uim habet fluuijs, aſſero tantum ego ſapientia eminere Epicharmum, quem patria coronauit Syracuſæ.*

Εἰς φιλόλαον.

Τὴν ὑπόνοιαν πᾶσι μάλιστα.] *Philolaus Crotoniata philoſophus Pythagoricus, ſuſpectus ciuibus de occupanda tyrannide, occiſus eſt: in quē Laërtius hoc epigramma compoſuit, iubens cauere ſuſpicionem, quæ non raro etiam innocentibus nocumento eſt.*

Εἰς ἡράκλειτα.

Πολλάκις ἡράκλειτον.] *Laërtij eſt hoc epigramma, in Heraclitum Epheſium, qui morbo aquæ intercutis correptus pe/*

ptus perijt. Dicit itaq; Laërtius, sæpe Heraclitũ demiratus sum, quó nam pacto olim uitam sic exhauriens ille miser, deinde mortuus est. Corpus namque cum irrigasset malus morbus aquis, lumen extinxit ex palpebris, & tenebras adduxit.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ηράκλειτος ἐγὼ τί με.] Hoc epigramma est in librũ Heracliti, quem de natura compositum, & dedita opera obscurius scriptũ reliquit, de quo etiam in primo lib. abunde diximus. Ab eius itaq; libri lectione his uerbis imperitos remouet, sic inquiẽs: Heraclitus ego sum, quid me ô rudes deorsum trahitis, id est ad plebeium sensum seu intellectum. non uobis elaborabam, sed me scientibus. Vnus mihi homo, scilicet doctus, ter dena millia, scilicet sunt: innumeri autem, scilicet imperitorum, nullus. Hæc loquor & apud Proserpinam. Pluris facit etiam mortuus unius eruditi hominis lectionem & iudicium, quàm imperitorum infinitam multitudinem.

Εἰς ζήνωνα τὸν ἐλεάτην.

Ηθελες ὦ ζῆνων καλόν.] In Zenonem Eleatem Laërtij epigramma, qui cum Eleam patriam à Nearcho tyranno liberare uellet, proditus & comprækensus est, ac nullo non supplicij genere affectus. Meminit huius etiam Cicero Tusc. Quæst. libro secundo, his uerbis: Zeno proponatur Eleates, qui perpessus est omnia potius, quàm conscios delendæ tyrannidis indicaret. & item lib. 3. Tus. Quæst. scribit eundem tormentis necatum. Cætera require ex Laërtio, unà cum uersione epigrammatis, si lubet.

Εἰς πρωταγόραν.

Καὶ σὲ πρωταγόρη.] Protagoras nonagesimo ætatis suæ an-

suæ anno Athenis exterminatus est, & in exilium eiectus, propter librũ quẽ de dijs cõscripsit, cuius hoc fuit exordiũ: περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, εἴθ᾽ ὡς εἰσὶν, εἴθ᾽ ὡς οὐκ εἰσίν. πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι ἥτε ἀδηλότης καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου. *Damnatus itaq;, & Athenis egressus, in uia defecit: id quod & Laërtius hoc epigrammate indicat, quem uidere potes.*

Εἰς κρύτητα, ὁμοιόπτωτον τῷ εἰς σαρδαναπάλου.

Τόσσ᾽ ἔχω, ὅσσ᾽ ἔμαθον.) *De hoc satis diximus in libro secundo.*

Ἰουλιανοῦ, εἰς πύῤῥωνα σκεπτικὸν, ἀμοιβαῖον.

Κάτθανες ὦ πύῤῥων.) *De Philosophis Scepticis uide Aulum Gell. lib. 11. cap. quinto, atq; etiam ipsum Laërtium. Horum philosophiam iamdudum explosam dicit Cicero, quare etiam hic poëta Pyrrhonẽ quærit de morte sua, num eam ueram esse credat, nec ne.*

Mortuus es Pyrrho? hæreo. post fata hæreo dicis?
Hæreo: consilium parca suprema tulit.

Εἰς ἐπίκτητον ἰσόψηφον, λεωνίδου.

Δοῦλος ἐπίκτητος γενόμην.) *Hoc distichon nõ est Leonidæ, sed ipsius Epicteti, quod de se composuit authoritate Gellij, qui libro secundo cap. 18. sic scribit: De Epicteto autem Philosopho nobili, quod is quoq; seruus fuit, recentior est memoria, quàm ut scribi quasi obliteratũ debuerit. Eius Epicteti etiã de se scripti duo uersus ferũtur, ex quibus latẽter intelligas, nõ omnes modò dijs exosos esse, qui in hac uita cum ærumnarum uarietate luctantur, sed esse arcanas*

causas, ad quas paucorum potuit peruenire curiositas. Hactenus Gellius. Non alijs uerbis idem confirmat etiam Macrobius Saturnal. disput. lib. primo, Gelliana illa simia. Hic Epictetus bellum gessit cum opinione et fortuna, quæ mundum regunt, & uictoriam de eis consequutus est. Dicitur Rhomæ habitasse in casa sine foribus. Despicatui habuit omnia quæ admirantur homines. Huius uitã Arrianus ciuis Romanus græcè conscripsit, & ex eius dictis ἐγχειρίδιον plenum energiæ composuit, quod à Politiano in latinam linguam translatum est, & paucis ab hinc annis à Georgio Haloandro, fœlicis memoriæ, Græcè editus: quẽ haud dubie Venetijs cum magna iuris ciuilis iactura Italica sorbitio perdidit, & extinxit. prò nefandum flagitium, & tibi ô Venetiæ perpetuò pudendum, quod tantũ uirum ita crudeliter deuoraueris. Cæterum si hoc quoq; admonitione dignum est, apud Gellium & Macrobium non legitur σῶμ' ἀνάπηρος, sed σώματι πηρός, quanquam utraq; lectio recta sit, & idem significet.

Aliud.

Πλούτων δέξο μάκαρ.) In Democritum, qui alloquitur Plutonẽ, ut se quoq; recipiat, ut inter tot ἀγελάστους uel unum ridentem habeat.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αἴδεω λυπηρὲ διήκονε.) In Diogenẽ hoc est epigrãma, et certat cum eo quod suprà exposuimus, cuius initiũ est, ἀίδος ὦ νεκυηγὲ, etc. Eius aũt sensus hic est: Orci tristissime minister, hãc Acherontis aquã qui traijcis lintre cerulea, suscipe me, etsi tibi admodum grauatur aspera cymba defunctorum canem Diogenem. Lecythus mihi & pera supellex, et inueterata uestis, et defunctos traijciẽs obolus.

Omnia

Omnia quæcunque poßidebamus inter uiuos, hæc ad Orcum uenio habens, reliqui autem nihil sub sole.

Καλλιμάχου.

Εἶπέ τις ἡράκλειτε τεὸν μόρον.) *In Heraclitum poëtam elegiographum, σύγχρονον & familiarem Callimachi. Dixit quidam ô Heraclite tuam mortem, ad lachrymas me adduxit. recordatus sum, quoties ambo solem colloquio demersimus, id est quoties nobis colloquentibus sol occidit. Sed tu quidem ô amice Alicarnassee, iampridem cinis, scilicet es. Tuæ autem uiuunt lusciniolæ, quibus omnium raptor Orcus non manum imijcit. Viuitur ingenio, cætera mortis erunt. Hoc epigramma Laërtij interpres non male sic transtulit:*

Heraclite mihi quidam tua funera dixit,
Et subitò lachrymis immaduere genæ.
Cum memini longos quoties consumpsimus ambo
Soles, miscentes seria multa iocis.
Puluis at es tenuis nunc hospes, sed tua Musa
Viuit, Plutonis nec timet illa manus.

Πλάτωνος.

Νῦν ὅτε μηδὲν ἄλεξις.)*Præsens epigramma est Platonis, multæ argutiæ, in Alexim puerũ Siculum, quem Plato, cum ibi legeret, uidit optimi ingenij specimen & scintillas lucidas præseferentem, & semina scientiarũ, sed adhuc rudia & informia. Quem se amaturũ, non arsurũ dicit, ne tantũ doloris ex eius morte, quantũ ex Phædri sibi cõtingat. Alloquitur animũ suũ, et dicit: Nunc quãdo nihil Alexis, scilicet est, quantũ solũ, id est tantũ uel dũtaxat dic quòd pulcher uisus est, et undiq; ab omnibus circũspicitur, id est, & fuit omnibus spectaculo et admirationi. O anime,*

quid

quid indicas canibus ossa, hoc est, quid Alexim laudando, etiã alios in amorẽ eius accẽdis, quod tibi pòst erit dolori? nónne sic etiã Phædrũ laudando perdidimus? In septimo libro prope finem, consimilem locum habebimus. & uidetur fermè prouerbialiter dictum, Quid canibus ossa ostendis?

Aliud.

Ενθάδε γοργίυ κυνικϑ.) Hic Gorgiæ Cynici caput iaceo, non amplius exscreans, neq; emungens. Præ nimio frigore et nuditate, non mirum est si miseri illi catarrhum sæpe patiebantur.

Καλλιμάχϑ.

Εἴπας ἥλιε χαῖρε.) Callimachi hoc est epigramma, in Cleombrotum Ambraciotã, qui lecto Phædone Platonis de animæ immortalitate, in mare se dedit præcipitem. cui rei testimonio est etiam Cicero Tusculanarum quæstionum libro primo, his uerbis: Callimachi quidem epigrãma in Ambraciotam Cleombrotum est, quem ait, quum nihil ei accidisset aduersi, è muro se in mare abiecisse, lecto Platonis libro. Porrò ex uerbis Ciceronis satis cõstat, pro εἰς ἀΐδην, legendum esse εἰς ἅλαδε, in mare. Hoc uero epigramma Ioachimus sic transtulit,

Phœbe uale, Ambraciota Cleombrotus ante loquutus,
In mare de summis mœnibus insiluit,
Morte nihil dignum passus, soloq; Platonis
Lecto animæ æterna de ratione libro.

Σπευσίππϑ.

Σῶμα μὲν ἐν κόλποις.) In Platonem hoc ultimum est distichon, planum & facile.

FINIS LIBRI III.

IN EPIGRAMMATUM GRAECORUM LIBRUM SEPTIMUM,

qui totus est amatorius,
Annotationes.

Μελεάγρου.



ΔΥ μέλος νὴ πᾶνα τὸν ἀρκάδα.) *Libuit hoc loco saltum facere, ac prætcritis quarto, quinto, & sexto libris, qui partim deorum hominumq; imaginum descriptiones, partim diuersorum donaria diuis dedicata complectuntur, hunc septimum declarandum suscipere, quem poëtæ amatorculi lepidißimis simul & iucundißimis epigrammatibus conscripserunt. Quorum nonnulla quidem scripta sunt, ut elegantium puellarū encomia, nonnulla ut epistolæ, quædam ut* διαλεκτικά, *pleraq; ut querimoniæ & accusationes, quædam etiam ut cuiq; uisum est amoris sui flammas & impatientiam adamatæ puellæ significare. Eaq; omnia mira uerborum gratia ac Venere temperata, exclusa omni petulantia, obscœnitate, & turpitudine. Ex hoc igitur libro studiosi adolescentes argumenta sibi desumant, etiam de honestis puellarum amoribus non lasciuè, non petulanter, sed pudicè ac uerecundè scribere, ne purißimos Musarum fontes, & castum Helicona impuris uersibus polluant atq; contaminent: malintq; potius Tibullum aut Propertium, quàm Martialem imitari. Persuasißimum autem habeo, eum, cui hi quatuor libri à me expositi, non oscitanter fuerint perlecti, & ad unguem intellecti,*

etiam alios tres nunc prætermissos sine negocio intellectu-rum, quòd ferè ubiq; in titulis argumenta sint adiecta, deq; ijs uiris pleraq; edita, quorum uitam prius tractauimus. Sed nos ad institutum regrediamur. Hoc primo epigrammate Meleager laudat Xenophiles in canẽdo suauitatem, & artificium, quo se totum in amorem eius inflammatum esse ait. Primum huius epigrãmatis uersiculum citat etiã Suidas in dictione πηκτίς, quam εἶδος ὀργάνου κιθαρῳδικοῦ inter cætera esse scribit, quod tu pro bicordo potes intelligere. Pro λίγ' in secundo uersu, legendum esse uidetur λιγέως. Postea subijcit, Quò te fugiam? undiq; me stipant amores, neq; tantillũ temporis respirare me sinunt. Etenim mihi species tua irradiat. Vnde? aut rursus Musa, id est modulationis tuæ suauitas me afficit, aut gratia, scilicet formæ. Aut quid dicam? undiq; amore comburor.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ναὶ τὸν ἔρωτα, θέλω.) Heliodoræ uocem cupientius se audire dicit, quàm Latonigenæ citharam.

Ἀδήλου.

Τίς ῥόδον ὁ στέφανος.) Clara sunt hæc duo disticha, alterum incerti authoris, alterum Meleagri.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἡδὺ λευκὸν ἴον θάλλει.) Hoc omnibus adhuc cæteris epigramma est festiuius, quò Xenophilam uiolis, narcisso, & lilijs cõparat, dicẽs frustra diuersis floribus prata ridere, quũ ipsa puella omnibus odoriferis sertis melius spiret. Iam (inquit) alba uiola floret. floret aũt φίλομβρος, imbris amator narcissus, florẽt aũt et mõtiuaga lilia. Quod narcissum φίλομβρον uocat, non caret ratione. nã ab ipso quoq; Dioscoride inter cætera ἔνυδρος dicitur, q lõgè ab aquis

in montanis locis florere consueuerit, ut Marcellus Vergilius eiusdē interpres scribit. ἤδη δ' ἡ φιλέραστος.)Hoc *est, Iam quidem amabilis, seu assueta amari in floribus, uel inter flores tempestiuus flos Xenophila, suadæ suauem germinauit rosam. O prata, quid frustra in comis hilariter ridetis? puella melior est suaueolentibus coronis.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Πλέξω λευκόϊον.)*Coronam ex diuersis flosculis se nexurū dicit, quæ Heliodoræ cæsariem ornet & illustret. Nectam (inquit) albam uiolam, nectā autem teneris cum myrtis narcissum, nectam etiam ridentia lilia, nectam quoq; crocum dulcem, adnectam autem hyacinthum purpuream, nectam etiam assuetas amari rosas. ut in temporibus unguento delibutas comas habentis Heliodoræ, benecomatam cæsariē floridè irradiet corona. Suprà datiuo latino* μύρτοις, *pro* μυρσίναις *usus est.* μυρσίνη *enim myrtus græcis dicitur.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Φαμί ποτ' ἐν μύθοις.)*Facundam Heliodorā ait, quondam in colloquijs ipsas Gratias uicisse gratijs.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὀξυβόαι κώνωπες.) *Orat hoc epigrammate Meleager culices, ut Xenophilæ modicum tempus quiescendi concedant, ac eius membra potius depascant. Deinde non absistentibus, uindictam minatur. Acutisonæ (inquit) culices, impudentes, sanguinis uirorum suctores* (σίφωνες, *culices dicti, ab illo sibilo quem edunt, si, si, si. tametsi alia quoq; significet, sicut ostendit Hesychius) uirorum animalia bipēnata: Modicum Xenophilam, precor, præbete quietum somnum dormire. mea ecce comedite membra.* τ' μὰ, *pro* τὰ ἐμὰ. *Atqui mansuetum dico, id est mansuetè et amicè adhuc uobiscum*

biſcum ago. & feræ ἄτεκτοι, truces, uel inflexibiles, delectantur tenero corpore. χλιαινόμενοι, tepeſcentes, uel diū humectantur. Sed adhuc nunc prædico malæ beſtiæ, ceſſate ab iſta audacia, aut cognoſcetis manuum zelotyparum uim, ſiue potentiam.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πταίης μοι κώνωψ.) *Mandat culici, ut auolans Xenophilæ in aurem inſuſurret ac nunciet, quòd inſomnis ipſius aduentum expectet, &c.* πταίης, *hoc eſt, uoles (à uolare) mihi culex citus nuncius, auribus autem ſummis Xenophiles tangens inſuſurra hæc. Vigilans expectat te. tu autē ô obliuioſa amantiū dormis. eia uola, ſanè ô Muſarū amās uola. Tacitè autem loquere, ne concubitorem excitans, uel, ne concubitore expergefacto, moueas cōtra me zeloſos, uel inuidioſos dolores. Si autem adduxeris puellam, pellibus ornabo te leonis, ô culex, & dabo manui ferre clauam.* δοραῖς, *à nominatiuo* δορά, *pellis.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Νὴ τὴν νηξαμένην.) *Per natantem Venerem in gratioſis fluctibus, eſt ex ſpecie ipſa Tryphera delicioſa. Huius diſtichi feſtiuitas cōſiſtit in ambiguitate uerbi* τρυφερά, *quū & proprium nomen ſit, & adiectiuum.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Εντὸς ἐμῆς κραδίης.) *In meo corde facundam Heliodoram animam animæ, ſcilicet meæ, finxit ipſe amor.*

Σιμωνίδου.

Βοίδιον αὐλητρίς.) *De donarijs Bidij pſaltriæ, & Pythiæ, meretricum, dicatis Veneri. Boidion modulatrix uel tibicina, & Pythias, quæ quondā amabiles, ſcilicet fuerunt, tibi Veneri & zonas & picturas poſuerunt. O mercator*

& nauta, tua crumena nouit, & unde hæ zonæ, & unde hæ tabellæ.

Μελεάγρου.

Ανθοδίαιτε μέλισσα.) *Quærit ex apicula, cur* Helio*doræ corpus tangat. num ideo, ut ei nunciet quòd ipsa amoris dulcem & amarũ stimulum habeat, cuius rei se antè peritũ testatur.* ἀνθοδίαιτε, *id est floripeta, seu flores pertransiens (aptũ epitheton apum, ab* ἄνθος *flos, &* δίω *per sequor, penetro) apis, quid mihi corpus* Heliodoræ *tangis, derelinquens uernos flores? An tu indicas, quod etiã dulcẽ* (τὸ δύσπισον, *& quod difficile est creditu) & amarum semper cordi stimulũ amoris habet, id est exhibet, uel præbet?* Homerus *hoc dixit uno uerbo* γλυκύπικρον, *et* Mu*sæus in opusculo* Heronis *&* Leandri ἤδη τὸ γλυκύπικρον ἐδέξατο κέντρον ἐρώτων. *Verisimile est autẽ &* Meleagrũ *uoluisse coniũctim iũgere, sed interiecit* τὸ δύσπισον. *Sequitur ergo: Sanè idẽ mihi uidetur, scilicet quod suauamarũ exhibeat pectori amoris stimulũ. hoc erat, hoc ô amabilis. retrogradus uade. iam olim tuum noui nunciũ.*

Αδηλον.

Καὶ πυρὶ καὶ νιφετῷ.) *Amore prorsus consumptus, liberum facit* Ioui, *quo uelit exitio eum ut absumat, sic inquiens: Et igne, & niuali imbre, &, si uis, fulmine iaculare, scilicet me, & in præcipitia trahe, & in pelagus. Defatigatum enim* Cupidinibus, *& amore domitum, neq;* Iouis *conficit ignis iniectus.*

Μελεάγρου.

Τὸ σκύφος ἡδὺ γέγηθε.) *Scyphũ gaudio affectũ esse dicit, quòd bibentis* Xenophilæ *labia attigerit. optatq; ut labia labijs applicãs, sine respiratione animã ipsius imbibat.*

Τῷ

Τοῦ αὐτοῦ.

Κηρύσσω τὸν ἔρωτα.)Hoc epigrammate Cupidinis natura describitur, uideturq; nō abludere à Moschi poetæ Bucolici Cupidine illo fugitiuo. Proclamo amorem efferū, modò enim modò matutinus ex cubili abijt auolans. Est autem puer dulciū lachrymarum: semper loquax uel argutus, uelox, intrepidus, simè ridens, alatus in tergo, pharetriger. patris autē non habeo, id est possum dicere cuius. neq; æther, neq; terra dicit peperisse hūc audacē, neq; pelagus. Vndiq; etenim & omnibus inuisus est. sed aspicite, ne alicubi nunc animis alia ponat retia. Atqui ille ecce circa latebras: non me fefellisti sagittator, Zenophiles in oculis occultatus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πωλείσθω καὶ ματρὸς ἔτ'.)Neq; hoc à superiori discrepat, nisi quòd puerū omnibus modis intractabilē se uenditurum dicit. Vendatur (inquit) etiam matris adhuc in sinubus dormiens: uendatur, quid autem mihi hunc audacem nutrire? scilicet utile foret. Etenim si mus est, et aliger, summè autem unguibus scalpit, & flens multum interim ridet. Ad reliquum, id est insuper est intractabilis, semper garrulus, acutum cernens, efferus, neque ipsæ matri charæ mansuetus. Per omnia monstrum, igitur uendetur, si quis profectus mercator emere puerum uoluerit, accedat. Atqui precatur ecce lachrymans. Non te uendam, confide, Zenophile uerna hic mane.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἶπε λυκαινίδι δορκάς.)Dic Lycænidi Dorcas, uide ut fictū amās capta es. nullo celatur tempore fictus amor. Pro ἐπίκτητα, nōnulli legunt ἐπίκλητα, uolentes esse nomen proprium.

Λεωνίδου.

Οὐκ ἀδικῶ τὸν ἔρωτα.) Et hic arcu Venereo se per/cussum esse testatur. Non offendo amorem, dulcis est, testor ipsam Venerem. Percussus sum ex doloso cornu, & totus τεφροῦμαι, incineresco, calido super calidum iaculatur fu sum, id est telum. Cessat autem neq; quantum sagittarius, id est ne tantillum quidem. In ultimo hemistichio addendum est aduerbium οὐδ', sic, λωφᾷ οὐδ' ὅσον ἰοβόλος. Cæteri duo uersus qui sequuntur, non uidentur quadrare superio/ribus, ita ut putem subesse defectum aliquem.

Μελεάγρου.

Νὺξ μακρὴ καὶ χεῖμα.) Conqueritur noctu se exclu/sum ab amica præ foribus pluuia perfundi, sicut Ouidius amatoribus sæpe & imbres ferendos ait, et dura humi cubi lia premenda. Nox longa & hyems, mediã post pleïada oc cidit, scilicet fidecula. Et ego ad uestibula obambulo made/fiens, uulneratus dolosæ Helenes desiderio. Non amorẽ Ve nus, molestum autem ex igne misit telum.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γυμνὴν ἢν εἰσίδῃς.) Nudam si conspexeris Callistion, ô hospes, dices, mutata est duplicem in literam Syracusa/norum, hoc est in ψ, quam literam Epicharmus Siculus re perisse dicitur. Quibus uerbis id uult ostẽdere, quod lõgior sit à capite deorsum, quàm extensis brahijs, quod litera ψ significare uidetur.

Ποσειδίππου, ἢ ἀσκληπιάδου.

Αὐτοί τὴν ἁπαλήν.) Laudat Irenij puellæ formam. Ipsi teneram Irenion uiderunt Cupidines, Veneris ex aureis ue/niẽtes thalamis, à capillo usq; ad pedes, id est à uertice usq; ad calcem, sacrum germen tanquam Parium lapidem scul/ptum

ptum uirgineis grauatum thalamis, id est iam nubilem, & uiro maturam: & multas tunc manibus in iuuenes sagittas arcu purpurea miserunt á pharetra, id est multos ipsius amore consauciarunt.

Μελεάγρου.

Ζηνοφίλᾳ κάλλος.) Zenophilæ formam quidem Cupido, thoralia autem demulcimēta, uel amoris illecebras Venus dedit. Gratiæ autem, gratiam.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ναὶ μὰ τὸν εὐπλόκαμον.) Iureiurando confirmat, amoribus se renunciasse. Certe per pulchricomum Timæ amabilem cirrum, & unguento delibutum Demes corpus, & molle seu delicatū, per rursus Ilyadis charos lusus, certe peruigilem lucernam, mearum lasciuiarum multos bibentem cantus, paruum habeo relictum ô Amor in labijs uulnus. Si uis, & illud dic, & expuam.

Ασκληπιάδου.

Αἱ σάμιαι Βιτῖὼ, καὶ ἄνιον.) De duabus puellis, quarum castitatem obliquè perstringit. εἰς ἀφροδίτης, in Veneris, scilicet templum, uadere ipsius legibus non uolunt. Ad alia autem confugiunt, tanquam transfugæ, quæ nō honesta, scilicet sunt. O domina Venus, odit lectos apud te fugiendos.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τῷ θαλλῷ διδύμη.) Germine, id est flore pulchritudinis suæ, Didyme me abripuit. Hei mihi, ego autem liquesco ut cera apud ignem, pulchritudinem uidens. Si autem nigra, scilicet est, quid hoc? & carbones, scilicet nigri sunt. sed si illos accenderimus, splendent, ut rosea receptacula. Non dissimilis locus est apud Virg. Aeglog. ultima:

Quid tum si fuscus Amyntas?

Et nigræ uiolæ sunt, & uacinia nigra.

Ποσειδίππου.

Λίσσομ' ἔρως, τὸν ἄγρυπνον.) Precor ô Cupido peruigile mihi desiderium Heliodoræ sopora uel seda, reueritus Musam meã supplicem scilicet tibi per tuos etenim arcus, non doctos, id est qui non didicerunt ferire alium, semper autem in me alata fundentes tela, etiã si me occideris, reliquam uocem emittentem uel promentem (uidetur enim προΐσσαν legendum) literas, Cupidinis uide ô hospes cædem.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Εἰ φιλέῃς, μὴ πάμπαν.) Docet hoc epigrãmate Agathias, amatorem nec omnino deiecto animo esse debere supplicem, nec rursus arrogantem ferocire, quòd mulieribus arrogantes sint contemptui, demißi autem & humiles ridiculo. miscendam autem esse humilitatem modica elatione animi. Si amas (inquit) ne prorsus fractum demittas animũ, lubrica plenum supplicatione lubrica, id est nimis humili, qua utentes, ad pedes alicuius accidunt. Sicut pueri, qui simul cadunt in sinum matris, aliquid precantes. Sed & si quid cogitaueris, uel sapueris subticentius, in tantũ contrahe supercilia, quantũ uidere queas aspectu parco, id est parumper intuearis, ne animi tui flammas procaci uultu indices, quæ potius sunt dißimulãdæ, partius intuẽdo. ἔργον, opus, id est mos enim mulieribus superbos floccipendere, & cachinnis irridere nimium miserabiles. Ille autem optimus est amator, seu omniũ optime amor conuenit, qui hæc miscuerit, miserationem, id est preces habens modico coniunctam fastu. Hoc epigramma scite et docte transtulit Vrsinus, ad hunc modum:

Si quis

Si quis amas, ne sis nimium, caue, pectore fracto,
Nec timidus ritu supplicis esse uelis.
Verum animus tibi sit præsentior, & tua sunto
Lumina contracto parca supercilio.
Namq; puellarum est, & fastidire superbos,
Et ludum pauidæ mentis habere uiros.
Optimus ille ergo laudabitur inter amantes,
Qui fastum timido temperat ingenio.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Χρύσεος ἀψαύτοιο.) *Vim atq; uirtutem auri his uersibus poëta exprimit, in quod mutatus* Iupiter, Danaës *thalamum penetrauit. Qua fabula confirmat, auro etiam ærea propugnacula expugnari, et nihil nõ eius ope cõfici, quo, qui amatorum abundarit, is ut amicæ suæ supplex sit, non est necesse, dummodo argentũ porriget.* Aureus Iupiter *(inquit) intactæ dissecuit uinculũ puellæ, cum penetrasset* Danaës *ferro munitos seu ære circumductos thalamos.* Aio di*cere hæc ego fabulam: ærea uincit pauimenta & uincula aurum omnia domans.* πανδαμάτωρ, *apud* Homerũ *epitheton est somni et mortis.* Aurũ *cuncta lora (uidetur enim pro* ῥητῆρας, *legendũ esse* ῥυτῆρας, *lora, habenas, qđ magis ad sententiã quadrare uidetur) omnes claues arguit.* Au*rum inflectit* τὰς σοβαροβλεφάρους, *id est arrogantes et superciliosas puellas. cõposita dictio à* σοβαρὸς, *arrogãs, sibi placens, fastu turgidus: &* βλέφαρον, *palpebra.* Et Danaës *flexit illud mentẽ, ne quis amator oret* Venerem, *argentum præbens. Huc referre potes apopthegma* Philippi, *de asino auro onusto, &c. Notabis in fine hoc uerbum* λυγοῦν *flectere, à quo* λύγος *uimen, à flexibilitate, et* λυγώδης *flexibilis, dictum est.*

Αγαθίου.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Τὸν σοβαρὸν πολέμωνα.) In Cleobulũ riualem, quem iuniorẽ Polemona uocat, propterea quod Rhodanthem capillis conſcidit, cum ſenſiſſet Agathiam ab ea quoq; amari. Qua re dicit eum Polemona, ueterem fortaſſe comœdiarum actorem eſſe imitatum, qui apud Menandrum uxorem ſuam uerberans, & capillis conſcindens, ita introducitur. Seuerũ Polemona (inquit) eum qui in ſcenis Menandri raſit, id eſt extraxit iocundos uxoris capillos, iunior Polemon imitatus eſt, & Rhodanthes capillos peraudacibus manibus deprædatus eſt. Et tragicis doloribus comicum opus permutãs flagellauit, gracilis ſeu delicatæ membra puellæ. ζηλομανὲς τὸ κόλασμα, zelo inſaniẽs pœna, ſcilicet eſt. Quid enim tantum deliquit puella, ſi me miſerari uoluit, uexatum ſcilicet amore ipſius? Improbus, ambos autem diuiſit uſq; ad ipſum aſpectum (hoc eſt, improbitate ſua nos ambos etiam ab aſpectu puellæ diſiunxit) perficiens ardentem iniuriam. Sed tamen eſt exoſus, ſcilicet ille: ſed ego difficilis, non uidens circumtonſam, id eſt capillis denudatam à Cleobulo.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ ϗ νῦν πολιή σε κατέϊνασε.) Stomachatur eidem Cleobulo de eodem facto, quod zelotypiæ gratia puellam euulſis crinibus dehoneſtauerit, cum æquius fuerat, riualis amore cognito, iunioris doloribus aliquid conceßiſſe. Etſi nunc (inquit) canicies te ſedauit, & ignitus ille hebetatus ſtimulus ueſani amoris, debebas ô Cleobule deſideria iuuentutis agnoſcens, nunc etiam miſerari iuniorum dolores. non autem propter cõmunia iraſci ualde, neq; comis delicatam puellam omnino dehoneſtare. ἀπαγλαΐζειν, propri-

proprie est, aliquē suo splendore, uel ornatu, uel specie priuare. uel alicuius speciem formám ue deturpare, & obscurare, uel deformare. ἀντιπατρὸς, pro patre puellæ prius curæ fuisti miseræ, & nunc derepente hostis factus es.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Μέχρι τινὸς φλογόεσσαν.) Ad amicā suam loquitur, non semper esse dißimulandum amorem furtiuis aspectibus, sed aperte in sinum effundendas solicitudines, ac cōmunem aut uitam aut mortem persequi. Quóusq; flagrantem clam surripientes aspectum, furtiuum ad inuicem uultum iaculamur? Dicendū palàm curas. Et si quis impedierit operatus aliquid, aut loquutus inimicus amoris uir, pharmacum utrisq; gladius erit. suauius enim nobis. scilicet est, cōmunem semper persequi uel uitam uel mortem.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ, εἰς
ἀριάδνην κιθαρι
στρίδα.

Εἴ ποτε μὲν κιθάρης.) Laudat Ariadnen & à canendi artificio, & à formæ præstantia. Si quādo citharam attigerit plectrū tenens puella, Terpsichoræ æquo sonat chordis, uel fidibus. Si quando tragico sibilo uel stridore, id est sono rupit uocem, id est cāit, ipsius Melpomenes strepitum effinxit. Si uero pulchritudinis iudiciū staret, uel esset, magis ipsa Venus uicta esset, etiamsi iudicaret Paris. σιγῇ ἐφ᾽ ἡμείων, Silentio inter nos, scilicet agamus, ne Bacchus hæc audiens, Ariadneorum zelum habeat lectorum: Hoc est, ne Bacchus zelotypia etiam moueatur erga hanc Ariadnen citharistriam. ἐπαφήσατο, suprà est à uerbo ἐπαφάομαι, quod significat contrectare, tangere, unde est ἐπαφὴ, tactus, &c.

Μακεδο/

nutum dominæ quò uelit trahitur. Aureæ cum extraxisset unum pilum Doris è cæsarie, tanquam captiuas ligauit meas palmas. δορύκτητος *proprie dicitur, captus hasta in bello. à* δόρυ *hasta, &* κτάομαι *paro. Qua dictione etiam* Homerus *utitur* Iliad. *libro nono, ubi sic de* Brisei de Achilles *loquitur,* ὡς ἐγὼ τὴν ἐκ θυμοῦ φίλεον, δουρικτητήν περ ἐοῦσαν. *Sed ego primum quidem ridebam, uincula discutere* Doridos *amabilis facile factu existimans. Vt autem perrumpere robur non habebam, ingemiscebam iam, tanquam æreo uinctus compede. Et nunc ter infœlix à capillo dependeo, domina quò traxerit, crebro hinc inde qui retrahor.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὁ πρὶν ἀμαλθάκτοισιν.) *Inuictus quondam contra amorem iuuenis, nunc senem, & canum fatetur se captum à* Venere, *eiq; ultro manus dare. Qui prius duris in præcordijs (ἀμάλθακτος, seuerus, firmus, durus: nam μαλθακίζειν, est mollire) in pubertate œstriferæ* Veneris *legem recusaui, membriuoris telis imperuius prius amorū, collū tibi inclino ô* Venus μεσαιπόλιος, *id est semicanus. Suscipe me cachinnans, sapientem quoniam* Pallada *uincis nunc plus quàm prius pomo, scilicet tibi dato à* Paride *ab* Hesperidibus. *Ad hoc epigramma quidam ex latinis non inepte sic allusit:*

Risissem, si quis quondam dixisset, amabis:
Et tamen hæc nemo tela cauere potest.

Sed & hoc epigramma Velius Vrsinus *sic transtulit:*

Acer eram, & primis inuicta mente sub annis
Oestriferæ spreui dulcia iura deæ.

Mißilibus

Missilib us nec eram diris uiolandus amorum,
Qui tua nunc canus sub iuga uado Venus.
Suscipe ouans, tetrica uicta tibi Pallade cessit
Quàm prius Hesperidum munere maior honos.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ναὶ τάχα Ταντάλεος.) *Impatiens amator Tantalo grauiora supplicia se luere dicit, quòd illi quanquam dura patienti, mortis adempta sit cōditio: se autem amoris œstro consumi, & prope finem uitæ esse. Certè Tantaleæ infernalia nocumenta pœnæ nostris doloribus sunt leuiora. non enim conspicatus tuam pulchritudinem prohibebatur labia miscere labio tuo, roseis molliori conceptaculis. Tantalus lachrymosus, imminens saxum metuit: sed mori secundò non potest. Sed ego uiuus quidem existens maceror œstro, id est furore Cupidinis, ex autem inualido languore & mortem uicinam habeo.* ὀλιγοδρανεῖν, *uerbum Homericū, significat languere & parum posse, & propriè de morientibus positum inuenitur.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Εσβέσθη φλογεροῖο πυρὸς μένος.) *Non ultrà ardere se amore, sed refrigeratum perire, tanquam flammā quæ omnibus nutrimentis absumptis, demū ultrò frigescit. Extinctum est flammigeri ignis robur: nō amplius laboro, sed contabesco algens cupiditate. Iam enim post carnē per ossa & præcordia serpit, uoracem anhelans ille amarus Cupido, uel amor. Et flāma in sacrificijs luxificis cùm uictimas omnes deuouarerit pabuli furor, frigescit sua sponte. Vult sic dicere: secus meo igne quo cōsumor & aduror, agitur, quàm flamma, quæ depascit uictimas in sacrificijs: quibus consumptis, hæc ultrò marcescit & extinguitur, at meus*

ignis, quanquã emarcuerit, & refrixerit, tamen ne sic quidem in me sæuiendi finem facit, dum iam in ipsa quoq; ossa & præcordia serpens grassetur. Quanquam in ultimo uersiculo pro ἢ μανίη, emendatius & rectius mihi legendum uidetur ὀρφανίῃ, pabuli priuatione. sed nolo quicquam temere præiudicatum esse.

Τῦ αὐτῦ.

Ωμοσα μιμνάζειν σέο τηλόθεν.) *Animi sui inconstantiam hoc epigrammate confitetur amicæ, quòd quũ statuisset eam à se segregatam habere uelle dies duodecim, in proposito non perstiterit, sed ad pristinam consuetudinem redierit. Porrò ne ut periurus à dijs puniatur, orat amicam, ut pro impetranda uenia supplex sit superis.* Iuraui (inquit) *à te procul manere ô candida puella, usq; ad duodecimam, ô dij, auroram. Non autem sustinui miser. illud enim cras, quod nobis apparuit, uisum est nobis longius luna (sanè per te) duodecima. (Et notabis pro* ναὶ μὰ δὲ, *melius legi* ναὶ μά σε) *Sed deos precare ô chara, ne hæc inscribant iuramenta punititiæ super dorsum chartæ, uel tabulæ. Demulce autem tuis gratijs meam mentem. neq; me flagellum ô pudica maceret, & tuum, & beatorum.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Δικλίδας ἀμφετίναξε.) *Contumelia ab amica se affectum esse dicit: neq; tamen hoc pacto ab ea se alienatũ, sed maiori amore incensum & prouocatum. Qua re confirmare nititur, falsum esse illud prouerbium quod uulgò dicitur, Contumelia soluit amorem. Fores incußit meæ Galatea facici uespertina, id est uesperi, contumeliosum uerbum effata, id est cum ad hoc quoq; iniuriosum uerbũ iactasset, dixissetq; : Contumelia amores soluit. frustra hoc uerbum*

nagatur,

uagatur,ſcilicet per ora hominum. Contumelia meum irri-tat magis ἐρωμανίην,id eſt inſanum amorem. Iurauerā enim annū manere totum ſeorſim ab ipſa,ô dij, ſed ſupplex matutinus ſtatim reuerſus ſum.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἡ σὸν ἔτι φθινόπωρον.) In adultam quandam, aut uetulam, quæ tamen formæ elegantia & gratia multis iunioribus eſt præſtantior. Certè tuus autumnus præſtantior eſt uere alterius. Hyems tua aliena calidior eſt æſtate.

Τοῦ αὐτοῦ.

Κεκρύφαλοι σφίγγουσι.) Laudat amicam à cultu et ſpecie, dicens ſe triplici gratiâ ab ea affici. Reticula ſtringunt tuum capillum, maceror ſeu contabeſco œſtro, id eſt ſtimulo Cupidinis, Rheæ turrigeræ ſimulachrum intuens. Intectum eſt caput: ego flauedine iubæ effuſilem ex pectoribus expuli, ſeu excitaui, mentē. Candidis uelis demiſſos cirros tegis, nihilo tolerabilior flamma occupat cor. Formam triplicem Gratiarum trinitas comitatur, quælibet autem forma mihi ignem proprium infundit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Φεῦ, φεῦ, καὶ τὸ λάλημα.) Iraſcitur obſeruatrici uetulæ ſua præſentia colloquiū cum amica impediēti. Hei, hei, & alloquutionem benignam inuidia, ſcilicet uetulæ aſtātis, impedit, aſpectumq; clàm ſeu furtiuè loquentiū ciliorum. Aſtantis propè (legendum eſt ἱσαμένης, pro ἱσάμενοι, ut mihi uidetur, quanquam nec priorem lectionem improbemus) obſtupuimus oculum uetulæ, quemadmodum πολύγληνον, πολυόμματον, ἢ καὶ πολύωπον, multoculum paſtorem Inachiæ, id eſt Inachi filiæ, quæ Io dicta eſt. Sta ſanè, & contemplare, fruſtra autem tuum animum

lacerato. neq; enim in animam oculum tuum intendes.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ανέρα λυσσηΤῆρι κυνός.) Comparat se ictũ dente Cupidinis, ad hominem à cane rabioso morsum, sic dicens: Virum rabido canis ictum ueneno aquis ferinam imaginẽ aiũt uidere: Rabiescens forsan amarulentũ Cupido infixit dentẽ in me, & furijs mentem corripuit, uel deprædatus est. Tuã etenim mihi & pontus optabilem imaginem ostendit, et flu minum uortices, & poculum uiniferum.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μηκέτι τις πλήξῃ πόθου βέλος.) Cupidinis tela nõ amplius formidanda putat, quòd in se unum omnia sint effusa & infixa. sed neque ad quenquam amplius posse uolare Cupidinem, quòd apud se detonsis alis constanter & immobiliter maneat. Non amplius quispiam formidauerit Cupidinis sagittam. Pharetram enim in me impetuosus Cupido euacuauit totam. Ne alarum tremat quis aduentum. ex quo enim me calcibus conscendens, pectoribus amarũ impreßit pedem, stabilis & immotus insistit, neq; relinquit in me copulam alis detonsus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὔτε ῥόδον στεφάνων ἐπιδεύεται.) Laudat, sicut in superioribus, puellam à formæ elegantia, ad quam commendandam omnem ornatum superuacuum esse dicit, quòd per se satis niteat, præferens eius nitidos oculos Indico hyacintho, & labia roscida melli, tum diuinam harmoniam totius corporis cesto Veneris, quibus omnibus se dicit opprimi, solis autem oculis demulceri, quippe quibus nonnihil mansuetæ spei ostendatur. Porrò de cesto Veneris uide Homerum Iliados ξ.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὴν, περὶ ἐν ἐνεσφρήγισεν.) Amicæ inconstantiam accusat, quòd, quum prius ipsius formæ imaginē, quā amor animo impresserat, secum circumtulerit, eandē nunc ex improuiso expuerit. Se contrà in amore constantiorē esse perhibet, qui adhuc impressum ipsius pulchritudinis typum in pectore retineat, quem & soli, & Orco se demonstraturū minatur, ob puellæ duriciem & barbariem, ubi ad Cretense iudiciū eā uocauerit, id est Minoïs. Sensus uerborū hic est, ut uerbum uerbo exprimam, quod in hoc libro ferè solitus sum facere. Quam prius insigillauit, id est impreßit, audax Cupido imaginē formæ nostræ calidæ profunditati tui cordis, heu, heu, inopinata expuisti. Sed ego sanè scriptū habeo in animo tuæ typum elegantiæ. Hunc & soli & Orco ô barbara ostendam, Cretense concitans contra te iudicium.

Τοῦ αὐτοῦ.

Δηθύνει κλεοφάντις.) Cunctantem uenire amicam indigne patitur his uerbis: Moratur Cleophantis, iā tertia incipit lucerna languere, sensim extingui incipiens. Vtinā aūt & cordis fax unà cum lucerna extingueretur, ne me perui gilibus diu adureret desiderijs. Illa quoties Venerem iurauit uespertina uenire, id est se uesperi uelle uenire? Sed neq; hominibus parcit, neq; dijs, scilicet ut periura.

Τοῦ αὐτοῦ.

Χθιζά μοι ἑρμώνασσα.) Aqua perfusus ab amica Hermonassa, dicit se longè impensius esse inflammatū atq; incensum, quàm prius arserit. Heri (inquit) mihi Harmonassa meraciores post lasciuias coronis atrienses connectenti postes ex calicibus infudit aquam, id est me ianuas coronan

tem aqua perfudit: deleuit uel cōturbauit autem cæsariem, quam uix in tertium matutinum tempus composueramus, siue connexuimus. Arsi etiam magis ab aqua, nam ex illa occultum habebat calix ignem dulcium labiorū. Venit hoc loco mihi in mentem elegātißimi epigrammatis latini, quo quidam poëta idem sibi niue à puella petito accidisse testatur, quod & adscribere libuit:

Me niue candenti petijt Catherina, putabam
Igne carere niuem, nix tamen ignis erat.
Quid niue frigidius? nostrum tamen urere pectus
Nix potuit manibus missa puella tuis.
Quis locus insidijs dabitur mihi tutus amoris,
Frigore concreta si latet ignis aqua?
Sola potes Catherina meas extinguere flammas,
Non niue, non glacie, sed potes igne pari.

Τοῦ αὐτοῦ.

Φράζεό μοι κλεοφάντις.) Quærit ex Cleophāte, quanta sit gratia quū æqualis amor duos pariter uersat & exagitat. Deinde optat sibi Vulcania uincula inesse membris, ut puellam arctè complexus spectetur uel ab omnibus. Dic (inquit) mihi Cleophantis, quanta gratia, scilicet sit, quando duos uehementer incumbens æqualis amor uersat? Qualis Mars, uel formido immensa, uel quæ uerecūdia istos seiungit nexus seu amplexus iacientes, scilicet inter se? Vtinā mihi in membris sint, quæ Lemnia formauit uel concinnauit incus uincula, & Vulcani omnis uersutia. Dummodo ego ô gratiosa tuum corpus ulnatim inuoluens demulceri poßim, id est deliciosè affici, in tuis membris iniectus. Sanè tunc & hospes me, & indigena, & uiator, ô ueneranda, et sacerdos, & uxor uideat.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἐξότε μοι πίνοντι.) Coronato ab amica siue puella Chariclo, idem sibi accidisse dicit, quod Glaucæ Creontis regis filiæ. cui quũ elegantẽ coronã Medæa pestiferè infectã misisset, ab eadẽ capiti imposita tota combusta est. Qua de re uide Euripid's Medæã tragœdiã. Ex quo mihi bibenti conuiua existens Chariclo, clanculum propria imposuit serta, ignis perniciosus deuorat me. Corona enim, ut arbitror, quid habebat, quod & Glaucen combußit Creontiada, id est Creontis natam.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὁ θρασὺς, ὑψαύχενος.) In adolescentem ferocem, & sub initium puellæ durum, & ab amore abhorrentem, demum ab eodem uictum, & uirgini factum supplicem. Verborum hic sensus est: Ille audax, & elata ceruice incedens, & supercilia in unum congregans, id est superciliosus, iacet imbellis uirgunculæ ludibrium. Qui prius superbia uidebatur puellam deprimere, ipse domitus, extra spem iuit, id est spe sua frustratus est. Et ille quidem precibus lapsus effœminatur miseris: Ipsa autem in oculis masculam iram habet. παρθένε θυμολέαινα.) Ad uirginem loquitur: Virgo leænæ animam habens, tametsi iram iustam habueris, extingue uirilem superbiam, propè uide ad Nemesin, id est ultricem arrogantiæ & insolentiæ. Non dissimilem huic epigrammati elegiam scripsisse uidetur Propertius libro primo ad Ponticum, cuius initium est, Dicebã tibi uenturos irrisor amores, &c.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ καὶ τηλοτέρω μερόπης.) Sequuturum se dicit amore

Quid tum si fuscus Amyntas?
Et nigræ uiolæ sunt, & uacinia nigra.

Ποσειδίππου.

Λίσσομ' ἔρως, τὸν ἄγρυπνον.)Precor ô Cupido per/uigile mihi desiderium Heliodoræ sopora uel seda, reueri/tus Musam meã supplicem scilicet tibi per tuos etenim ar/cus, non doctos, id est qui non didicerunt ferire alium, sem per autem in me alata fundentes tela, etiã si me occideris, reliquam uocem emittentem uel promentem (uidetur enim προΐσσαν legendum) literas, Cupidinis uide ô hospes cæ/dem.

Αγαθίου σχολαστικοῦ.

Εἰ φιλέεις, μὴ πάμπαν.)Docet hoc epigrãmate Agathias, amatorem nec omnino deiecto animo esse debere supplicem, nec rursus arrogantem ferocire, quòd mulieribus arrogantes sint contemptui, demißi autem & humiles ridiculo. miscendam autem esse humilitatem modica elatione animi. Si amas (inquit) ne prorsus fractum demittas animũ, lubrica plenum supplicatione lubrica, id est nimis humili, qua utentes, ad pedes alicuius accidunt. Sicut pueri, qui si/mul cadunt in sinum matris, aliquid precantes. Sed & si quid cogitaueris, uel sapueris subticentius, in tantũ contra/he supercilia, quantũ uidere queas aspectu parco, id est pa rumper intuearis, ne animi tui flammas procaci uultu indi ces, quæ potius sunt dißimulãdæ, partius intuẽdo. ἔργον, opus, id est mos enim mulieribus superbos floccipendere, & cachinnis irridere nimium miserabiles. Ille autem opti/mus est amator, seu omniũ optime amor conuenit, qui hæc miscuerit, miserationem, id est preces habens modico con/iunctam fastu. Hoc epigramma scite et docte transtulit Vrsinus, ad hunc modum:

Si quis amas, ne sis nimium, caue, pectore fracto,
Nec timidus ritu supplicis esse uelis.
Verum animus tibi sit præsentior, & tua sunto
Lumina contracto parca supercilio.
Namq; puellarum est, & fastidire superbos,
Et ludum pauidæ mentis habere uiros.
Optimus ille ergo laudabitur inter amantes,
Qui fastum timido temperat ingenio.

Γαύλου σιλεντιαρίου.

Χρύσεος ἀψαύστοιο.) Vim atq; uirtutem auri his uersibus poëta exprimit, in quod mutatus Iupiter, Danaës thalamum penetrauit. Qua fabula confirmat, auro etiam ærea propugnacula expugnari, et nihil nõ eius ope cõfici, quo, qui amatorum abundarit, is ut amicæ suæ supplex sit, non est necesse, dummodo argentũ porriget. Aureus Iupiter (inquit) intactæ dissecuit uinculũ puellæ, cum penetrasset Danaës ferro munitos seu ære circumductos thalamos. Aio dicere hæc ego fabulam: ærea uincit pauimenta & uincula aurum omnia domans. πανδαμάτωρ, apud Homerũ epitheton est somni et mortis. Aurũ cuncta lora (uidetur enim pro ῥητῆρας, legendũ esse ῥυτῆρας, lora, habenas, qđ magis ad sententiã quadrare uidetur) omnes claues arguit. Aurum inflectit τὰς σοβαροβλεφάρους, id est arrogantes et superciliosas puellas. cõposita dictio à σοβαρὸς, arrogãs, sibi placens, fastu turgidus: & βλέφαρον, palpebra. Et Danaës flexit illud mentẽ, ne quis amator oret Venerem, argentum præbens. Huc referre potes apopthegma Philippi, de asino auro onusto, &c. Notabis in fine hoc uerbum λυγοῦν flectere, à quo λύγος uimen, à flexibilitate, et λυγώδης flexibilis, dictum est.

Αγαθίου.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Τὸν σοβαρὸν πολέμωνα.)In Cleobulũ riualem, quem iuniorẽ Polemona uocat, propterea quod Rhodanthem capillis conscidit, cum sensisset Agathiam ab ea quoq; amari. Qua re dicit eum Polemona, ueterem fortasse comœdiarum actorem esse imitatum, qui apud Menandrum uxorem suam uerberans, & capillis conscindens, ita introducitur. Seuerũ Polemona (inquit) eum qui in scenis Menandri rasit, id est extraxit iocundos uxoris capillos, iunior Polemon imitatus est, & Rhodanthes capillos peraudacibus manibus deprædatus est. Et tragicis doloribus comicum opus permutãs flagellauit, gracilis seu delicatæ membra puellæ. ζηλομανὲς τὸ κόλασμα, zelo insaniẽs pœna, scilicet est. Quid enim tantum deliquit puella, si me miserari uoluit, uexatum scilicet amore ipsius? Improbus, ambos autem diuisit usq; ad ipsum aspectum (hoc est, improbitate sua nos ambos etiam ab aspectu puellæ disiunxit) perficiens ardentem iniuriam. Sed tamen est exosus, scilicet ille: sed ego difficilis, non uidens circumtonsam, id est capillis denudatam à Cleobulo.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ καὶ νῦν πολιή σε κατέυνασε.)Stomachatur eidem Cleobulo de eodem facto, quod zelotypiæ gratia puellam euulsis crinibus dehonestauerit, cum æquius fuerat, riualis amore cognito, iunioris doloribus aliquid concessisse. Etsi nunc (inquit) canicies te sedauit, & ignitus ille hebetatus stimulus uesani amoris, debebas ô Cleobule desideria iuuentutis agnoscens, nunc etiam miserari iuniorum dolores. non autem propter cõmunia irasci ualde, neq; comis delicatam puellam omnino dehonestare. ἀπαγλαΐζειν, propri:

proprie est, aliquē suo splendore, uel ornatu, uel specie pri uare. uel alicuius speciem formám ue deturpare, & obscu rare, uel deformare. ἀντιπατρὸς, pro patre puellæ prius curæ fuisti miseræ, & nunc derepente hostis factus es.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Μέχρι τινὸς φλογόεσσαν.) Ad amicā suam loquitur, non semper esse dissimulandum amorem furtiuis aspecti/bus, sed aperte in sinum effundendas solicitudines, ac cōmu nem aut uitam aut mortem persequi. Quóusq; flagrantem clam surripientes aspectum, furtiuum ad inuicem uultum iaculamur? Dicendū palàm curas. Et si quis impedierit ope ratus aliquid, aut loquutus inimicus amoris uir, pharma/cum utrisq; gladius erit. suauius enim nobis. scilicet est, cō munem semper persequi uel uitam uel mortem.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ, εἰς ἀριάδνην κιθαρι στρίδα.

Εἴ ποτε μὲν κιθάρης.) Laudat Ariadnen & à canen/di artificio, & à formæ præstantia. Si quādo citharam at/tigerit plectrū tenens puella, Terpsichoræ æquo sonat chor dis, uel fidibus. Si quando tragico sibilo uel stridore, id est sono rupit uocem, id est cāit, ipsius Melpomenes strepitum effinxit. Si uero pulchritudinis iudiciū staret, uel esset, ma/gis ipsa Venus uicta esset, etiamsi iudicaret Paris. σιγῇ ἐφ' ἡμείων, Silentio inter nos, scilicet agamus, ne Bac/chus hæc audiens, Ariadneorum zelum habeat lectorum: Hoc est, ne Bacchus zelotypia etiam moueatur erga hanc Ariadnen citharistriam. ἐπαφήσατο, suprà est à uerbo ἐπαφάομαι, quod significat contrectare, tangere, unde est ἐπαφή, tactus, &c.

Μακεδο/

Μακεδονίου ὑπάτου.

Φώσφορε μὴ τὸν ἔρωτα βιάζεο.] Orat Luciferum, ne properet diem adducendo, sed sibi apud amicã pernoctanti nonnihil moræ cõcedat. Lucifer, ne amorem uioles, neq; doce, Marti uicinus existens, immite pectus habere. Quemadmodum autem prius Clymenes (quam Sol adamauit, & ex ea Phaëtontem suscepit, authore Ouid. libro primo Metamorph.) uidens Phaëthontem in ædibus, non cursum uelocem habebas ab oriente. Sic mihi circa noctem uix desideranti apparentem ueni tardans, quemadmodum ad Cimmerios, quos nunquam Homeri testimonio:

ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσι,
οὔθ᾽ ὁπότ᾽ ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
οὔθ᾽ ὅταν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ᾽ οὐρανόθεν προτράπηται,
ἀλλ᾽ ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Τοῦ αὐτοῦ.

Λῆκον ἔρως, κραδίης.] Orat alia membra, præter cor & epar, ab amore sibi uulnerari, si omnino feriẽdus esse uidetur. Cordis et epatis uulnera mortifera esse consueuerũt, in alijs membris non item.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ελκος ἔχω τὸν ἔρωτα.] Testatur amore ita se esse saucium, ut nullis Machaonis pharmacis sit curabilis, nisi ab ipsa puella, sicut Telephus ab Achille á quo uulnus acceperat, curetur. Vlcus habeo amorem, inquit, fluit autem mihi ulceris sanies lachryma, è uulnere nunquam exiccato. Sum etiam ex afflictione inops consilij. ἀμήχανος, perplexus animi, qui sibi rebusq; suis nequit consulere. Sic apud Theocritum in primo idilio, δυσερώς τις ἄγαν, &

ἀμήχανος

ἀμήχανός ἐστι. Sicut etiam alibi, nisi fallor, ostensum est, addit itaq;. Huius contrarium est πολυμήχανος, quo nomine sæpe Vlysses ab Homero dicitur, neque Machaon salutaria mihi, uel mitia inspargit remedia indigenti. Tetephus sum ô puella. tu uero fias fidus Achilles. pulchritudine tua seda desiderium, ut iaculata es. Nota est fabula Telephi, sauciati ab Achille, & ab eodem iterum sanati.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Εἰπέ τινι πλέξεις.) Dic cui nectis adhuc capillos, aut cui manus expurgas, unguium circumscindens cuspides, id est summitates? Ad quid autē ornabis marifloro uestes conchili, id est, murice, non amplius pulchram accedens Rhodopen? Oculis, quibus Rhodopen non uideo, neq; lucidæ lumen uidere uolo aureum auroræ. Dicit autem hæc uerba ad quendam semet delicate ornātem, & tamen Rhodopen non accedentem.

Μακηδονίου ὑπάτου.

Τὴν νιόβην πλαίουσαν.) De Niobe uersa in lapidem, & adhuc lachrymante diximus alibi. consimile quiddam et sibi in Eurippe accidisse dicit, quæ se per totā noctem lachymantem, ut lapis, licet spirans nihil est miserata. Eius rei causam utrisq; ait fuisse amorem: Niobæ quidem propter filios, sibi autem propter amores. Est autem epigramma festiuum, sicut & sequens.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Χρυσῆς εἰρύσασα μίαν τρίχα.) Quàm facili, quamq; leui occasione & facto Doridis amore sit captus, ostendit, scilicet quòd uno crine ab ea ligatus sit, quem tamen disrumpere nō potuit, à quo nunc infœlix pendet, et ad nutum

nutum dominæ quò uelit trahitur. Aureæ cum extraxisset unum pilum Doris è cæsarie, tanquam captiuas ligauit meas palmas. δορύκτητος proprie dicitur, captus hasta in bello. à δόρυ hasta, & κτάομαι paro. Qua dictione etiam Homerus utitur Iliad. libro nono, ubi sic de Brisei de Achilles loquitur, ὡς ἐγὼ τὴν ἐκ θυμοῦ φίλεον, δουρικτητήν περ ἐοῦσαν. Sed ego primum quidem ridebam, uincula discutere Doridos amabilis facile factu existimans. Vt autem perrumpere robur non habebam, ingemiscebam iam, tanquam æreo uinctus compede. Et nunc ter infœlix à capillo dependeo, domina quò traxerit, crebro hinc inde qui retrahor.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὁ πρὶν ἀμαλδάκτοισιν.) Inuictus quondam contra amorem iuuenis, nunc senem, & canum fatetur se captum à Venere, eiq; ultro manus dare. Qui prius duris in præcordijs (ἀμάλθακτος, seuerus, firmus, durus: nam μαλθακίζειν, est mollire) in pubertate œstriferæ Veneris legem recusaui, membriuoris telis imperuius prius amorũ, collũ tibi inclino ô Venus μεσαιπόλιος, id est semicanus. Suscipe me cachinnans, sapientem quoniam Pallada uincis nunc plus quàm prius pomo, scilicet tibi dato à Paride ab Hesperidibus. Ad hoc epigramma quidam ex latinis non inepte sic allusit:

Risissem, si quis quondam dixisset, amabis:
Et tamen hæc nemo tela cauere potest.

Sed & hoc epigramma Velius Vrsinus sic transtulit:

Acer eram, & primis inuicta mente sub annis
Oestriferæ spreui dulcia iura deæ.

Mißilibus

Mißilib us nec eram diris uiolandus amorum,
Qui tua nunc canus ſub iuga uado Venus.
Suſcipe ouans, tetrica uicta tibi Pallade ceßit
Quàm prius Heſperidum munere maior honos.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ναὶ τάχα ταντάλεος.) Impatiens amator Tantalo grauiora ſupplicia ſe luere dicit, quòd illi quanquam dura patienti, mortis adempta ſit cõditio: ſe autem amoris œſtro conſumi, & prope finem uitæ eſſe. Certè Tantaleæ infernalia nocumenta pœnæ noſtris doloribus ſunt leuiora. non enim conſpicatus tuam pulchritudinem prohibebatur labia miſcere labio tuo, roſeis molliori conceptaculis. Tantalus lachrymoſus, imminens ſaxum metuit: ſed mori ſecundò non poteſt. Sed ego uiuus quidem exiſtens maceror œſtro, id eſt furore Cupidinis, ex autem inualido languore & mortem uicinam habeo. ὀλιγοδρανεῖν, uerbum Homericũ, ſignificat languere & parum poſſe, & propriè de morientibus poſitum inuenitur.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἐσβέσθη φλογεροῖο πυρὸς μένος.) Non ultrà ardere ſe amore, ſed refrigeratum perire, tanquam flammã quæ omnibus nutrimentis abſumptis, demũ ultrò frigeſcit. Extinctum eſt flammigeri ignis robur: nõ amplius laboro, ſed contabeſco algens cupiditate. Iam enim poſt carnẽ per oſſa & præcordia ſerpit, uoracem anhelans ille amarus Cupido, uel amor. Et flãma in ſacrificijs luxificis cùm uictimas omnes deuouarerit pabuli furor, frigeſcit ſua ſponte. Vult ſic dicere: ſecus meo igne quo cõſumor & aduror, agitur, quàm flamma, quæ depaſcit uictimas in ſacrificijs: quibus conſumptis, hæc ultrò marceſcit & extinguitur, at meus

uagatur, scilicet per ora hominum. Contumelia meum irritat magis ἐρωμανίην, id est insanum amorem. Iurauerami enim annũ manere totum seorsim ab ipsa, ô dij, sed supplex matutinus statim reuersus sum.

Τȣ̃ αὐτȣ̃.

Ἡ σὸν ἔτι φθινόπωρον.) In adultam quandam, aut uetulam, quæ tamen formæ elegantia & gratia multis iunioribus est præstantior. Certè tuus autumnus præstantior est uere alterius. Hyems tua aliena calidior est æstate.

Τοῦ αὐτοῦ.

Κεκρύφαλοι σφίγγουσι.) Laudat amicam à cultu et specie, dicens se triplici gratia ab ea affici. Reticula stringunt tuum capillum, maceror seu contabesco œstro, id est stimulo Cupidinis, Rheæ turrigeræ simulachrum intuens. Intectum est caput: ego flauedine iubæ effusilem ex pectoribus expuli, seu excitaui, mentẽ. Candidis uelis demissos ciros tegis, nihilo tolerabilior flamma occupat cor. Formam triplicem Gratiarum trinitas comitatur, quælibet autem forma mihi ignem proprium infundit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Φεῦ, φεῦ, καὶ τὸ λάλημα.) Irascitur obseruatrici uetulæ sua præsentia colloquiũ cum amica impedĩeti. Hei, hei, & alloquutionem benignam inuidia, scilicet uetulæ astãtis, impedit, aspectumq; clàm seu furtiuè loquentiũ ciliorum. Astantis propè (legendum est ἱσαμένης, pro ἱσάμενοι, ut mihi uidetur, quanquam nec priorem lectionem improbemus) obstupuimus oculum uetulæ, quemadmodum πολύγληνον, πολυόμματον, ἢ καὶ πολύωπον, multoculum pastorem Inachiæ, id est Inachi filiæ, quæ Io dicta est. Sta sanè, & contemplare, frustra autem tuum animum

laccrato.neq; enim in animam oculum tuum intendes.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἀνέρα λυσσητῆρι κυνός.) Comparat se ictū dente Cupininis, ad hominem à cane rabioso morsum, sic dicens: Virum rabido canis ictum ueneno aquis ferinam imaginē aiūt uidere: Rabiescens forsan amarulentū Cupido infixit dentē in me, & furijs mentem corripuit, uel deprædatus est. Tuā etenim mihi & pontus optabilem imaginem ostendit, et fluminum uortices, & poculum uiniferum.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μηκέτι τις πτήξῃ πόθου βέλος.) Cupidinis tela nō amplius formidanda putat, quòd in se unum omnia sint effusa & infixa. sed neque ad quenquam amplius posse uolare Cupidinem, quòd apud se detonsis alis constanter & immobiliter maneat. Non amplius quispiam formidauerit Cupidinis sagittam. Pharetram enim in me impetuosus Cupido euacuauit totam. Ne alarum tremat quis aduentum. ex quo enim me calcibus conscendens, pectoribus amarū impreßit pedem, stabilis & immotus insistit, neq; relinquit in me copulam alis detonsus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὔτε ῥόδον στεφάνων ἐπιδεύεται.) Laudat, sicut in superioribus, puellam à formæ elegantia, ad quam commendandam omnem ornatum superuacuum esse dicit, quòd per se satis niteat, præferens eius nitidos oculos Indico hyacintho, & labia roscida melli, tum diuinam harmoniam totius corporis cesto Veneris, quibus omnibus se dicit opprimi, solis autem oculis demulceri, quippe quibus nonnihil mansuetæ spei ostendatur. Porrò de cesto Veneris uide Homerum Iliados ξ.

Τȣ̃ αὐτȣ̃.

Τὴν, ϖρὶν ἐνεσφρήγισεν.) Amicæ inconstantiam accusat, quòd, quum prius ipsius formæ imaginẽ, quã amor animo impresserat, secum circumtulerit, eandẽ nunc ex improuiso expuerit. Se contrà in amore constantiorẽ esse perhibet, qui adhuc impressum ipsius pulchritudinis typum in pectore retineat, quem & soli, & Orco se demonstraturũ minatur, ob puellæ duriciem & barbariem, ubi ad Cretense iudiciũ eã uocauerit, id est Minoïs. Sensus uerborũ hic est, ut uerbum uerbo exprimam, quod in hoc libro ferè solitus sum facere. Quam prius insigillauit, id est impreßit, audax Cupido imaginẽ formæ nostræ calidæ profunditati tui cordis, heu, heu, inopinata expuisti. Sed ego sanè scriptũ habeo in animo tuæ typum elegantiæ. Hunc & soli & Orco ô barbara ostendam, Cretense concitans contra te iudicium.

Τȣ̃ αὐτȣ̃.

Ανθήνεϛ κλεοφάντις.) Cunctantem uenire amicam indignè patitur his uerbis: Moratur Cleophantis, iã tertia incipit lucerna languere, sensim extingui incipiens. Vtinã aũt & cordis fax unà cum lucerna extingueretur, ne me perui gilibus diu adureret desiderijs. Illa quoties Venerem iurauit uespertina uenire, id est se uesperi uelle uenire? Sed neq; hominibus parcit, neq; dijs, scilicet ut periura.

Τοῦ αὐτοῦ.

Χθιζά μοι ἑρμώνασσα.) Aqua perfusus ab amica Hermonassa, dicit se longè impensius esse inflammatũ atq; incensum, quàm prius arserit. Heri (inquit) mihi Harmonassa meraciores post lasciuias coronis atrienses connectenti postes ex calicibus infudit aquam, id est me ianuas coronan

tem aqua perfudit: deleuit uel cōturbauit autem cæsariem, quam uix in tertium matutinum tempus composueramus, siue connexuimus. Arsi etiam magis ab aqua, nam ex illa occultum habebat calix ignem dulcium labiorū. Venit hoc loco mihi in mentem elegātißimi epigrammatis latini, quo quidam poëta idem sibi niue à puella petito accidisse testatur, quod & adscribere libuit:

Me niue candenti petijt Catherina, putabam
Igne carere niuem, nix tamen ignis erat.
Quid niue frigidius? nostrum tamen urere pectus
Nix potuit manibus missa puella tuis.
Quis locus insidijs dabitur mihi tutus amoris,
Frigore concreta si latet ignis aqua?
Sola potes Catherina meas extinguere flammas,
Non niue, non glacie, sed potes igne pari.

Τοῦ αὐτοῦ.

Φράζεό μοι κλεοφάντις.) Quærit ex Cleophāte, quanta sit gratia quū æqualis amor duos pariter uersat & exagitat. Deinde optat sibi Vulcania uincula inesse membris, ut puellam arctè complexus spectetur uel ab omnibus. Dic (inquit) mihi Cleophantis, quanta gratia, scilicet sit, quando duos uehementer incumbens æqualis amor uersat? Qualis Mars, uel formido immensa, uel quæ uerecūdia istos seiungit nexus seu amplexus iacientes, scilicet inter se? Vtinā mihi in membris sint, quæ Lemnia formauit uel concinnauit incus uincula, & Vulcani omnis uersutia. Dummodo ego ô gratiosa tuum corpus ulnatim inuoluens demulceri poßim, id est deliciosè affici, in tuis membris iniectus. Sanè tunc & hospes me, & indigena, & uiator, ô ueneranda, et sacerdos, & uxor uideat.

Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἐξότε μοι πίνοντι.) Coronato ab amica siue puella Chariclo, idem sibi accidisse dicit, quod Glaucæ Creontis regis filiæ. cui quũ elegantẽ coronã Medæa pestiferè infectã misisset, ab eadẽ capiti imposita tota combusta est. Qua de re uide Euripid's Medeã tragœdiã. Ex quo mihi bibenti conuiua existens Chariclo, clanculum propria imposuit serta, ignis perniciosus deuorat me. Corona enim, ut arbitror, quid habebat, quod & Glaucen combussit Creontiada, id est Creontis natam.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ο θρασὺς, ὑψαύχην τε.) In adolescentem ferocem, & sub initium puellæ durum, & ab amore abhorrentem, demum ab eodem uictum, & uirgini factum supplicem. Verborum hic sensus est: Ille audax, & elata ceruice incedens, & supercilia in unum congregans, id est superciliosus, iacet imbellis uirgunculæ ludibrium. Qui prius superbia uidebatur puellam deprimere, ipse domitus, extra spem iuit, id est spe sua frustratus est. Et ille quidem precibus lapsus effœminatur miseris: Ipsa autem in oculis masculam iram habet. παρθένε θυμολέαινα.) Ad uirginem loquitur: Virgo leænæ animam habens, tametsi iram iustam habueris, extingue uirilem superbiam, propè uide ad Nemesin, id est ultricem arrogantiæ & insolentiæ. Non dissimilem huic epigrammati elegiam scripsisse uidetur Propertius libro primo ad Ponticum, cuius initium est, Dicebã tibi uenturos irrisor amores, &c.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ καὶ τηλοτέρω μερόης.) Sequuturum se dicit amore

amicam, quócunq; gentiū se contulerit. Et *si longius* Me*roë*(*quæ est in finibus* Aethiopiæ) *tuum uestigium firmaueris, uolucris amor uolucri illuc celeritate me fert.* Et *si ad orientem ad concolorem iueris auroram, pedes immensis sequar stadijs.* Et *si tibi mitto* (βύθιον γέρας) *donum quod in profundo natarit, siue profundatitiū munus, id est pisces, propitia esto puella, ad te maritima hoc fert* Venus, *pulchritudine uicta tui corporis desiderabili, priori ob elegantiam fiducia deposita.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὀφθαλμοί, τέο μέχρις.) *Suos oculos poëta alloquitur, admonens ut tandem à formosarum puellarum spectaculo semet auertant.* Se *enim ipsorum culpa amore flagrare.* O *oculi*(*inquit*) *quóusque haurietis nectar* Cupidi*rum, pulchritudinis synceræ potores temerarij?* ζωροπόται, *qui potu meraciore gaudent, dicuntur.* Procul *discurramus, ubi facultas, scilicet est interquiescēdi, & respirandi à formosis puellis.* In *tranquillitate autem, sobriatitia sacra, id est sacra ob sobrietatem receptam, libabo* Ve*neri mansuetæ.* Si *uero fortasse & ibi occupatus ero œstro, id est furore* Cupidinis, *fiatis rigidis lachrymis madidi, iustum dolorantes semper dolorē.* Ex *uobis enim, id est propter uos, heu ignis ad tantam uenimus operationem: hoc est, propter uos enim tanto igni carpimur, & absumimur.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἱππομένην φιλέουσα) Puella *quædam de sua ipsius inconstantia loquitur, ad hunc modum:* Hippomenem a*mans, seu deosculās, mentē affulciui, siue affixi* Leandro, *in*

Leandrijs

Leandrijs autem labijs figens, scilicet osculum, imaginem Xanthi fero in animo. Complexa autem Xanthum, ad Hippomenem iterum reducem animum duco. Quemlibet in palmis, scilicet meis recuso: alias autem alium semper alternis cubitis suscipiens, opulentam Venerem consector. Si quis autem nos accusat, in paupertate maneat uidua, seu nuptiarum experte.

Μακεδονίου ὑπάτου.

Τὸ σόμα ταῖς χαρίτεσσι.) Ore Gratijs, facie autem floribus pullulas (pro βάλλεις, rectius legitur θάλλεις) Secundũ oculos Venere, secũdum manus cithara. prædaris ciliorum lumen oculis, aures autem cantu. Vndiq; uenaris miseros iuuenes.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὸ ξίφος ἐκ κολεοῖο τί σύρεται;) Puella quærit ex Macedonio, siue alio quopiã iuuene, cur è uagina gladium extraxerit. cui respondet, ut in epigrammate sequitur: Non propter te ô puella, neq; ut aliquid faciam à Venere alienum: sed ut tibi Martem, quanquam ualde durum aut aridum, demonstrem molli Veneri obtemperantem. Hic mihi amanti est conscius. Neq; speculo opus habeo: in illo uideo meipsum ego. Et pulcher est, sicut in amore, scilicet decet. tu autem si à me soluta fueris, ensis nostra subibit ilia.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τῷ χρυσῷ τὸν ἔρωτα μετέρχομαι.] Auro, inquit, amorem exerceo. neq; enim aratro apum opera fuit, aut ligone, sed uere roscido. melle plena est Venus (γέμει, mihi uerbum esse uidetur) Aurũ est uarius siue multiplex operator.

Τοῦ αὐτοῦ.

Κιχλίζεις, χρεμέτισμα.) In puellam, quæ uolenti ac cu/ pienti abnuerat, & nolenti annuit, sed frustra. κιχλίζεις, deliciaris, uel lasciuiter rides, hinnitum nuptiarum præuium emittens, tacitè, mihi innuis, omnia frustra concitas. Iuraui δυσέρωτα, amore nesciẽtem uti puellam, tribus iuraui in/ quam petris, nunquam mitibus oculis inspecturum. (Hoc loco notabis, ueteribus Græcis morem fuisse, quem adhuc apud Cretenses durare perhibent, in detestationem alicu/ ius tres lapillos iacere, cuius alicubi etiam Suidas memi/ nit) Lude sola osculum, scilicet κατὰ τὸ φίλημα. frustra demulce teipsum labijs nudissimis, nulli quæ miscentur.

Τοῦ αὐτοῦ.

Παρμενὶς οὐκ ἔργῳ.) Inconstantiam & instabilitatem in puella Parmenide uituperat, dicens eam non re, sed nomi ne tantum esse Parmenidem, quod sonat stabilem, & con stantem. Parmenis non re, &c. nam uerba multum pla/ na sunt.

Ἀγαθίου σχολα/ στικοῦ.

Πᾶσαν ἐγὼ τὴν νύκτα.) Totam noctem insomnem se in lachrymis traducere dicit, sub auroram uero modicum interquiescentem, hirundinum murmure & garritu exci/ tari. Has precatur, ut Itym in montibus defleant, & ei exi guum dormiendi spacium largiantur. Totam ego noctem (inquit) lamẽtor uel ploro, cùm autem tempus matutinum aduenerit, quiescere parum largiens, undiq; obstrepunt hi/ rundines, me autẽ in lachrymas cõijciunt, dulcem somnũ di spellẽtes. O inuidæ, cessate loquutrices. Neq; enim ego Phi lomelæ linguam demessui, uel abscidi. Sed Itylum flea/ tis per

tis per montes, & lugeatis per montium cacumina aspe- rum tugurium insidentes. Modicum ut dormiam. forsan au tem aliquod ueniet somniũ, quod me Rhodantheis cubitis amplectatur.

Τοῦ αὐτοῦ.

Σὺ ζεό μοι μέλλωμ.] Horum uerborum hic sensus est: *Salua sis, tibi dicturus retrogradam uocem rursus retra- ho, & iterum prope maneo. Tuam enim ego crudelem se- parationem, quemadmodum amaram noctem reformi- do* Acherontiadem, *id est, tanquam mortem.* Diei etenim *tuum lumen simile est: sed & illud mutum, scilicet est. Tu autem mihi & loquelam fers, illam quidem* Sire- *nis dulciorem, in qua omnes sunt meæ animæ spes pen- dulæ.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰμὶ μὲν οὐ φιλόοινος.] *Sensus est:* Equidem *non sum uini amator. cum autem uolueris inebriare me, primum tu gustans affer, & suscipio. Si enim tetigeris labijs, non amplius sobrium esse facile est, neque fugere dulcem po- cillatricem.* Transfretat, *id est mittit enim mihi calix à te osculum, & mihi nunciat* Gratiam, *quam accepit.* Ama- *toriè hæc dicta sunt.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Μή ποτε λύχνε μύκητα φέροις.] *Puella lucer- nam alloquitur, ne extincta uenienti sponso suo sit impedi- mento: id quod* Leandro *accidit. Ne quando ô lucerna mu cum producas, neq; imbrem excites, ne meũ sedes sponsum uenientem. Semper tu inuides* Veneri: *etenim quando* Hero *concinnauerat* Leandro: *anime reliquum missum facito.*

Vulcani

Vulcani es: & persuadeor, quod succensens Veneri, more geris herili dolori, uel dolori heræ tuæ.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τί στενάχεις; φιλέω, τίνα;) *Duo sodales colloquuntur de quadam puella, cuius amore alter tenebatur, quã tamen prior non recte amari ab eo ostendit, dum non legitimas nuptias, sed furtiuum concubitum quæritat. Quid ingemiscis? (inquit prior) Amo. (respondet secundus) Quam? Virginem. Nunquid pulchram? pulchram nostris oculis uisam. Vbi autem illam uidisti? Ibi ad cœnam profectus, communi accumbentem uidi in toro. Sperás ne consequi, aut potiri? Certe, certe amice: apertam autem nõ quæro amicitiam, sed furtiuam. Legitimas potius fugis nuptias? uerum noui/sti (est legendum meo iudicio ἔγνως, & sequentia uerba interrogatiuè, ὅτι γε τῶν κτεάνων πουλὺ τὸ λειπόμενον; Quia opum multum quod deficit? hoc est, ideó ne quod habet exiguã dotem?) ἔγνως, cognouisti (rem tenes) non amas, mentiris. Quomodo potest enim animus amore insanire, id est uehementer aut afflictim aliquam deperire, recta, id est, honestatem cogitans. Verba sunt prioris interrogantis, & confirmantis puellam nec honeste nec syncere amari à sodale, sed fœde tantum uoluptatis gratia.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Δισσῶν θηλυτέρων.] *Verborum sensus est: Duarum fœminarum solus quondam medius sedebam, alteram quidem concupiscens, alteri autem gratificans. Trahebat autem me deosculans, rursus autem ego ut fur labro parcenti alteram osculabar, zelotypiam fallens uicinæ, cuius redargutionem & amorum solutrices formidabam denunciationes. Dolens itaque dixi, mihi nempe amari sicut amare (uel po/*

(uel potes utrunque etiam de osculando actiue & paßiue intelligere) durum, scilicet est, ô bifariam qui punior.

Τῦ αὐτῦ.

Η πάρος ἀγλαΐαισι μεγάεσιος.] Insultat anui iam se/nio deformatæ, olim autem puellæ formæ uenustate super/bienti. Quæ prius elegantijs (inquit) sublimis, scilicet erat, quæ cirros quassabat pexos, & superbiens. Illa inquā glo/riata contra nostrā curam, manus rugis cōtracta est, prio/rem amisit gratiam, mamma declinata est, lapsa sunt su/percilia, oculum macerata est, labra tremebunde mouet lo quela senili. Caniciem uoco ultionem Cupidinis, quoniā iu/dicat legitime, superbas celeriter inuadens.

Τῦ αὐτῦ.

Αὐτή μοι κυθέρεια.] A Venere & Cupidinibus se ue xari et cōsumi dicit: mascula tamen Venere nolle contami/nari, sed mulierū cōcubitu se cōtentum esse uelle, ne maio ribus flagitijs polluatur. Ipsa mihi Cytherea, & amabiles Cupidines tabefaciunt, uanū indignati cor. Masculos num properem amare unquā? ne uero unquā potiar, neq; illabar lubricus maioribus flagitijs. Satis sunt mulierū delicta; id est sufficiūt ea quæ cum mulieribus delinquo, relinquā au/tem iuuenes stulto Pitalaco. Quis iste fuerit Pitalacus, incertum est: quanquā enim Suidas hunc locum citet, neq; tamen quicquam de eo apposuit. satis tamen constat, hunc obscenis puerorū amoribus fuisse infamem, et flagitiosum.

Τοῦ αὐτῦ.

Ηράγε καὶ συ φίλιννα φέρεις πόθον.] Minatur puel læ duræ et inflexibili uindictam futuram à Venere, super/bis inimica & infesta. Nunquid & tu Philinna (inquit) fers amorē? nunquid & ipsa laboras, aridis oculis cōtabescens?

An tu.

An tu quidem ſomnum habes dulciſsimũ: noſtræ autem ſolicitudinis neq; reſpectus fit, neq; numerus (prouerbialiter hæc dicta ſunt, ſicut Megarenſium nullus reſpectus, uide Eraſmi Chiliad.) inuenies ſimilia, tuã autem (ἀμέγαρτε) ô non inuidenda faciem, uidebo crebris lachrymis madentem. Venus etenim & aliàs ſæua ſiue iracunda, unum autem quoddam bonum ſortita eſt, odit ſuperbas.

Τȣ͂ αὐτȣ͂.

Η ῥαδινὴ μελίτη.] In Meliten, quanquam anum, tamen adhuc forma nitidam & amabilem. Gracilis Melite, lõgæua in ſenectutis limine iuuentutis non depoſuit gratiam. Sed adhuc candent genæ, oculus autẽ demulcens non latet. amorum autem decas non parua: manet & fremitus, ſiue elatio puellaris. Hic cognoui, quod uincere naturam tempora nulla queunt.

Τοῦ αὐτοῦ.

Σπεύδων εἰ φιλέει με.] Simulato quodam diſceſſu, dicit cognoſſe ſe amari ab amica ſua, his uerbis. Properãs num amaret me perdiſcere pulchra oculis Ereutho, tentabam cor, ſcilicet illius, figmento aſtuto. Ibo in peregrinam quandam regionem, mane autem puella, fatus, noſtri memoriam habens amoris. Hæc autem multum ingemuit, & exſiluit, & faciem percuſsit, & bene connexæ racemũ rupit uuæ. Et me ut manerem rogauit. ego autem quaſi (βραχυπειθὴς, cuius contrarium eſt ταχυπειθὴς) reluctans, aut qui ægrè & lentè perſuadetur, oculo deliciante annui manere. fœlix in amorem ſum: quod enim conabar perficere, omnino (uidetur enim legendum πάντως) in magnam hoc dedi Gratiam, obſequutus,

quutus, scilicet amicæ, qua re non mediocrem Gratiam iniui.

Τοῦ αὐτοῦ πέραν τῆς πόλεως διάγον/
τος, διὰ τὰ λύσιμα τῶν νόμων,
ὑπομνηστικὸν πρὸς παύ/
λον σιλεντιάριον.

Ενθάδε μὲν χλοάουσα.] Dicit se quidem trans ur/bem in peramœno loco habitare, sed nihil inde uoluptatis capere, quod & amici colloquio sit priuatus, & à puella sibi desponsa disiunctus, quam ante nuptiarum celebratio/nem tangere fas non erat. id quod & apud Græcos lege cautum fuerat, sicut ipse memorat sic dicens: Hic quidem uiridans pullulanti gleba surculo tori fertilis, omnem osten dit gratiam. Hic strident sub opacis cyparißis auiculæ, ro scidorum matres pullorum. Et argutum resonant acan/thides: ipsaq; luscinia stridet, asperis inhabitans rubis. Sed quæ mihi horum uoluptas? quando tuum sermonem audire uellem potius, quàm citharæ modulamina Apollineæ. Et mihi duplex amor circumspargitur. aspicere etenim & te beate desidero, & dulcem iuuencam, id est sponsam, cuius me ambierunt sollicitudines. sed me leges arcent gracili procul à damula. Epigramma planè ingeniosum, & poë/ticum.

Παύλου σιλεντιαρίου ἀντίγρα/
φα εἰς αὐτό.

Θεσμὸν ἔρως οὐκ οἶδε βιήμαχος.] Rescriptum Pau li Silentiarij, quo dicit amorē leges nō agnoscere: quibus si præpediretur, quo minus ad puellā uentitaret, satis liquere cum ualde frigide sponsæ amore teneri. idq; Leādri exēplo.

ampli/

amplificat, qui nulla habita ratione nocturnorũ fluctuum, ad suos amores tranauit. Legem (inquit) amor non nouit (βιημάχος) uiolentus, siue uiolenter pugnans, neque ulla alia actio uirum separat (ἐρωμανίης) à uesano furore Cupidinis. Si autem te legalis solicitudinis opus impedit, nequaquam tibi pectoribus uehemens inest amor. Qualis amor, scilicet ille est? quando modicus maris traiectus, aut tractus, nouit diuidere, segregare tuum corpus à uirgine procul uestra? Natans Leander, quanta uis sit cupidinum, ostendebat, nocturni fluctus non habens rationem. Tibi autem amice, adsunt & naues onerariæ (cymbæ) sed frequentas magis Mineruam (id est, studio philosophico das operam) Venere reiecta. Leges Pallas habet, Venus amorem. Dic quis uir (ἐν ἑνὶ) pariter famulabitur Palladi & Veneri? Nemo pariter & sapientiæ et uoluptatibus siue amori uacare potest.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Ἠϊθέοις οὐκ ἔστι τόσος πόνος.] Potiorem iuuenum quàm puellarum esse uitam, quædam puella conquerendo dicit: quòd illis cum æqualibus liceat uiuere ac colloqui, tum foras prodire, & in publico uaria animi oblectamenta consectari: his autem non nisi domi perpetuò conclusis σκιάγραφεῖσθαι, & latentibus curis contabescere. Iuuenibus, inquit, nõ est tantus labor, quãtus nos tenellas (ἁπαλοψύχοις, quibus tener est animus) inuasit puellas, siue grauauit. Illis etenim adsunt æquales, quibus solicitudinis dolores narrant uoce confidenti: ludicraq; exercent consolatoria, & per uias uagantur, stilorum coloribus obuersantes. Nobis autem neque lucem intueri fas est, sed in ædibus abscondimur, tenebricosis curis contabescentes. Eadem

ferme

fermè apud Euripidem Medea conqueritur his uerbis;
ἀνὴρ δ᾽ ὅταν τοῖς ἔνδον ἄχθηται ξυνών,
ἔξω μολὼν ἔπαυσε καρδίας χόλον,
ἢ πρὸς φίλον τιν᾽, ἢ πρὸς ἥλικα τραπείς.
ἡμῖν δ᾽ ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν.
λέγουσι δ᾽ ἡμᾶς, ὡς ἀκίνδυνον βίον
ζῶμεν κατ᾽ οἴκους, οἱ δὲ μάρνανται δορί.
κακῶς φρονοῦντες, &c. quæ ibidem elegantißimè, sed ab irata muliere dicuntur.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μηδὲν ἄγαν σοφὸς εἶπεν.) Contempto sapientißimi uiri dicto, Ne quid nimis, ex immodica arrogantia sua, dicit amicam suam longè arrogantiorem esse factam, adeò ut ei iam supplex esse cogatur, & iuuentutis fateri delictum. Nihil nimis, sapiens dixit (uide Erasmum) ego autem quispiam tanquam peramabilis, tanquam formosus, elatus sum magna animi arrogantia: Et animum arbitrabar totum in manibus meis iacere, puellæ forsitan astutæ. Illa autem altius elata est (ὑπερηέρθη legendum est) superbum autem extulit supercilium, quasi pristinos mores accusans. Et nūc (ὁ βλοσυρωπὸς) aspectu terribilis, siue rigidus, ὁ χάλκεος, ego æreus, ego ille reluctabūdus, prius per aërem uolitās, seu in aëre pendulus, id est elatus & ferox, cecidi repente. Omnia autem mutata sunt, scilicet uersa uice, prolapsus autem ad genua puellæ, clamaui, propitia sis, peccauit iuuentus. Arrogantes & superciliosos amatores puniri Cupidine, testimonio sunt hi uersiculi.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ποίην τὶς πρὸς ἔρωτας ἴοι τρίβους;) Quemadmodum in primo libro Posidippus, siue (ut alij malunt) Crates dubitat, quod'nam iter uitæ ingrediatur, quum nullum non sit anxium & miserum: ita hic Agathias in dubio est, quam sectandi amoris uiam arripere debeat, quum & legitimus et illegitimus amor multas & uarias exhibeat molestias. quas ex ordine numerat, sic dicens. Quam aliquis ad amores uadat semitam? in uijs quidem meretricis plorabis auro insatiabilem sumptum. Si autem ad uirginis appropinquaueris thorum, ad nuptias ibis legitimas, uel pœnas quæ (ob ijciuntur) à corruptoribus, uel uitiatoribus iuuenculis, uel maritatis mulieribus iniucundam Venerem ciere, quis tolerare poßit, quum ad debitum (pro stupro) trahatur. Adulterini thori peßimi, & seorsim sunt ab amoribus, quibus cum παιδομανὴς ἀλιτροσύνη, scelus, siue flagitium puerorum amore insaniens ponatur, id est similiter repu tetur. Vidua autem impudica, habet publicum amatorem, & omnia cogitat consilia libidinis. Quæ autem pudica, scilicet fuerit, uix libidini cõmixta suscipit rigidæ stimulos mutabilitatis: & odio habet perpetratum. Habens autem reliquias pudicitiæ, iterum ad nuptiarum solutrices uadit dilationes. Si autem commixtus fueris propriæ seruæ, pa tere et ipse seruus permutatim, siue uicißim seruulæ factus, pro fieri: Si autem & alienæ, aut peregrinæ, tunc tibi lex ignominiam applicabit, contumeliam perscrutans corporis alieni. Vltimum distichon de Diogene, per te ipse intellige. neq; enim lubet exponere, ne pudicas aures aliqua obscœnitate & fœditate offendamus.

Ἀρηναία

Αρηναίϋ ξαιφινδαρίϋ.

Ομματα δινεῦς.) In puellam arrogantem, & fastu turgidam. Oculos torques (inquit) occultorum simulachra ignium: Labia autem summo tenus tincta obliqua extendis. & multum lasciuiter ridens, quatis bene cirratum splendorem, id est flauos capillos, effusas autem uideo superbas manus. Sed non tui cordis arrogantis cecidit tumor, nondũ effecta es mollis, neq; deflorescens.

Παλλαδᾶ.

Νῦν καταγινώσκω.) Sensus horum uerborum est. Nunc damno & Iouem, ut non amantem, non mutatum superbæ, scilicet meretricis gratia: neq; enim Europa, non Danaë ob pulchritudinem, neque tenera Leda est inferior. nisi meretrices recusat, noui enim ipsum regiarum uirginũ esse corruptorem.

Ερατοσθένυς σχολαςικοῦ.

Αρσενας ἄλλος ἔχοι.) Detestatur masculam Venerem, mulierum amator. Sed & hoc epigramma tibi expendendum relinquimus. In Martiale, quantum ad ultimum distichon attinet, consimile reperies.

Λεοντίϋ.

Ψαῦε μελιςαγέων.) Poculum alloquitur, ex quo amica biberat, cuius uicem se habere optat. Tange mellifluum os ô poculum (legendum est autem pro δέμας, δέπας) inuenisti, emulge, non inuideo, tuam autem uellem uicem habere.

Ιϋλιανϋ ἀπὸ ὑπάρχων αἰγυπτίου.

Ιμερτὴ μαρίη μεγαλίζεται.) Iustitiæ conqueritur de fastu Mariæ. Amabilis Maria magnificatur, sed animaduer/

tas illius, ô reuerenda iustitia, fastũ superbiæ non morte regina, sed contrà ad pilos ueniat senectutis, ad rugarũ asperam perueniat faciem. Vlciscantur cani has lachrymas, pulchritudo rependat animi errorem, causam erroris.

Φιλοδήμου.

Δακρύεις, ἐλεεινὰ λαλεῖς.) *In puellam crebra amoris signa ostentantem, sed tamen semper recusantem. Lachrymaris, miserabilia loqueris, curiosa spectas, zelotypia laboras, tangis sæpe, crebrò oscularis. Hæc quidem amantis sunt: quum autem dico, adiaceo, & tu manes simpliciter, id est nec motu, nec uoce Venereum opus iuuas, nihil amantis habes.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Μῆλον ἐγὼ βάλλει.) *Hoc distichon expositum est apud Diogenem Laërtium in uita Platonis, cui etiam attribuit, cum alio quodã non dissimilis argumenti tetrasticho, quod inde petas, si lubet.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὸν σιγῶντα φιλαινί.) *Ancillam iubet instructa oleo lucerna thalamo egredi, propterea quod solus amor uiuum testimonium ferre nequeat. Tacentem Philæni, consciam secretorum (ἀλάλητα dicuntur ἄῤῥητα, non dicenda, nemini effanda) lucernam oleaceo quum inebriaueris rore, egredere. testimonium enim solus amor non amauit spirans, id est uiuum: & fabrefactam claude Philæni ianuam.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Νὺξ ἱερή, καὶ λύχνε.) *Sensus est: O nox sacra, & ô lucerna, conscios non ullos alios iuramentis, sed uos adhibuimus ambo. Et ille quidem me amaturum, illum autem ego nunquam deserturum iurauimus, commune habetis testimonium.*

nium. Nunc autē ille, iuramenta ait in aquis illa ferri ô lu/cerna, tu autē in sinubus ipsum uides aliarū. Puellæ queri/monia est, de perfidia sui amatoris, ad noctem & lucernā, quas ait iuramēti & fœderis ultro citroq; initi esse cōscias.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὔπω σοι καλύκων γυμνὸν θέρος.) Ad puellam nondum uiro maturam, sed mox futuram, epigramma sci/tum & festiuum. Nondum tibi baccarum nuda meßis, neq; nigrescit racemus uirgineas primum iaculans gratias: Sed iam uelocia tela acuunt Cupidines ô Lysidica, & ignis ar/det subcinericius, siue occultatus cinere. Fugiamus, perditè amantes, quamdiu telum non est in neruo. Vates ego multi statim incendij, scilicet sum.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ψυχή μοι προλέγει.) Anima mihi prædicit, ut fugiam Cupidinem Heliodoræ, lachrymas et zelotypias quas prius edocta est. Ait quidem, sed fugere non est mihi uis. illa enim impudens & prædicit, & prædicens amat.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὁσσάκι κυδίλλης ὑποκόλπιος.) Quoties adit ami/cam, toties præcipitium se adire dicit, & de omnibus peri/clitari. Quotiescūq; Cydilles in sinū siue interdiu, siue sum/pta fiducia ueni uespertinus, noui quod iuxta præcipitiū se/co uiam, noui quod iacio omnem aleā caput semper supra meū, id est quod de capite periclitor. Sed quid mihi plus? est enim temerarius, scilicet amor. Præsertim quando trahit un/diq; amor, principium ne in somno quidem nouit timoris.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἑξήκοντα τελεῖ χαρικλώ.) In amicam quidē senio con/fectam, attamen adhuc nitidam, & multis gratijs amabi/

lem. Sexaginta perficit Chariclo annos, sed adhuc nigro/rum tractus manet capillorũ. Et cutis irrugata (ῥυτίδες, rugæ. inde ἀῤῥυτίδωτος, irrugatus, leuigatus) adhuc iucũda uel dulcis, adhuc suada omnibus instillat infinitas grati/as. Pro πάσας in fine, lege πᾶσιν ἐπιστάζει, &c.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ηράσθημ. τίς δ' οὐχὶ κεκώμακε;) Fatetur se quon/dam amori dedisse operam, sicut alios, & lusisse quũ tem/pus pateretur, sed tandem canicie admonitum, grauioribus curis & studijs incubuisse. Amaui (inquit) quis autem non lasciuiuit, seu lasciuias sectatus est? quis non initiatus est la/sciuijs? id est, quis unquam amoris & lasciuiarum fuit ex/pers? Sed insaniui. ex quo? nónne ex deo, scilicet Cupidine. Proijciatur, scilicet amor. canus enim festinat pro nigro ca/pillus, iam prudentis nuncius ætatis. Et ad ludendũ quando tempus erat, lusimus: quando aũt nunc non amplius datur, meliores curas attingemus. Vtinã sic omnes perditè aman/tes essent animati, ut uel tandem serò amoris et stultitiæ ob/saturati, ad frugem meliorem redirent.

Τȣ̃ αὐτȣ̃.

Ηράσθης πλȣτῶν Σωσίκρατες.) In Sosicratem, qui quum diues esset, amabat: pauper autem factus, amare de/sijt, nempe ab omnibus destitutus. Amasti diues existens So/sicrates, sed pauper factus non ultrà amas. Fames remediũ cuiusmodi habet? Menophila prius te uocans unguentũ, & iucundum Adonidẽ, nunc tuũ nomen quærit, Quis? unde es gentium? ubi tibi ciuitas? quàm uix cognouisti hoc uerbum, quod nullus nihil habenti amicus. Vide mi lector, an nõ hoc uerbum, οὐδεὶς οὐδὲν ἔχοντι φίλος, ex Apollinis tripo/de tibi responsum esse uideatur.

Τοῦ

Τῦ αὐτῦ.

Ηχαλεπὴ κατὰ πάντα.) In crudelem & auaram bestiã Philesium meretricẽ, quæ sine argẽto (ut mos est meretricius) nemini quicquam gratificabatur. Difficilis per omnia est Philesium, quæ amatorem nunquam sine argento pertulit. Videtur tolerabilior nunc quàm prius, non magnũ mirũ uideri, id est quod uidetur, quod sic apparet, mutasse naturam non opinor. Etenim mitior quando fit aspis impudens, mordet non aliter quàm mortiferè.

Τῦ αὐτῦ.

Ηράσθην δημοῦς, παφίης γένος.) Quòd uno nomine uarias amicas amarit, à quibus & cognomẽ sortitus est: Amaui Demon genere Cypriam: non magnum mirum. & Samiam Demon secundò: non magnum, scilicet miraculum est. Et iterum Asiaticam Demon tertiò: non adhuc hæc ludicra sunt: & Demon quartò Argolicam. Ipsæ forsan Parcæ me cognominarunt Philodemum, id est fuit fortasse in fatis, ut semper Demus æstuans me teneret desiderium.

Τῦ αὐτῦ.

Μικκὴ καὶ μελανεῦσα.] Exiguã quidem amicã suam corpore, & colore fuscam esse perhibet, teneram tamen, & multum delectabilem: quam amare tantisper decreuit, dum præstantiorẽ nactus fuerit. Parua & nigricans Philænũ, sed apijs crispior, & agno cute, seu corpore tenerior. Et baltheo Veneris loquens demulcentiora, & exhibens omnia (non grauatè) & petere sæpe parcens, id est preces minimè expectans. Hanc amem Philænium, donec inuenero aliam, ô aurea Venus, perfectiorem.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ψαλμὸς καὶ λαλιή.) Ad animũ suum poëta loquitur,

futurum ut decipiatur cantu & ludibundis oculis Xantippes. P*salmus (inquit) & loquela, & lasciuus oculus, & cantus* Xantippes, *& ignis modò incipiens, ô anima, comburet te. illud autem ex quo, aut quando, aut quomodo? non noui. Cognosces infelix, quum flagraberis.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὦ ποδός, ὦ κνήμης.) *Enumerat, quibus membris & delectationibus amicæ captus perierit.* O *pedem, ô tibiam, ô (quibus perij iustè) femora, ô nates, ô pecten, ô ilia, ô humeros, ô mammas, ô gracile collum, ô manus, ô, quibus insanio, ocellos, ô male artificiosissimũ motũ, ô egregias basiationes (quæ fieri solẽt inserta lingua) ô quibus frangimur, uoculas.* (Pro κλῶμαι, *legendum est* κλώμεθα) *Si autem opica, uel balba, & pallida, & non canens carmina Saphus, id est nihil refert, tãetsi nõ æques cantãdo Sapphonẽ: et* Perseus *indicauit, amauit* Andromedam, *uel ab omnibus Musis alienam.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἡ κομψή, μεῖνόν με.) *Sensus est: Superba expecta me, quid nam tibi pulchrum nomẽ? ubi te licet uidere? quicquid uoles dabimus.* Non *loqueris?* Vbi *uersaris? mittam post te aliquem? num quis tenet te?* O *superba, uale.* Neq; *ualedicis?* Et *iterum atq; iterum accedam: noui mollire & te duriores. nunc autem uale mulier.*

Ἀντιφίλου.

Χεῦμα μὲν εὐρώταο λακώνικον.) *Cantilena amatoria est, uel de picta quadam tabula uersiculi, quorũ hic est sensus.* Fluentũ *quidẽ* Eurotæ *est* Laconicũ: *nuda autẽ, siue detecta* Leda *(nempe quæ hic picta est) & qui cygno occultatur, est* Saturnius. Vos *aũt me miserũ cõburitis.* Et *quid? fiam*

fiam auis. si enim Iupiter cycnus, ego corydalus, uel ga/lerita.

Μελεάγρου.

Ηδυμελεῖς μοῦσαι.) Laus Zenophiles à tribus Gra/tijs, quibus donata erat. Mellifluæ Musæ cū lyra, et sermo cordatus cum lepore persuadendi, et amor honestus sub au riga, Zenophila, tibi sceptra amorum delegauerunt, quo/niam tibi tres Graciæ tres dederunt Gratias.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τίς μοι Ζηνοφίλαν.] De eadem Zenophila sic inquit. Quis mihi Zenophilam argutam ostendit amicam? quis unam ex tribus adduxit mihi Gratiam? Nempe honoran/dus uir gratum perfecit opus, munera tribuens, & ipsam Gratiam in gratia.

Τοῦ αὐτοῦ.

Η φίλερως χαλεποῖς.] Argutum distichon de Ascle/piade, omnes in amorem sui certatim pelliciente. Amabi/lis Asclepias duris, tanquā tranquillis, id est placidis, ocu lis persuadendo inducit omnes ἐρωτοπλοεῖν, id est, in amoris pelago nauigare.

Τοῦ αὐτοῦ.

Δεινὸς ἔρως, δεινός.] Cupidinem non moueri amatorum conuicijs, sed potius delectari eorum querimonijs & ma/le dictis, hoc epigrammate poëta ostendit. Sæuus amor, sæuus. Quid autem plus? scilicet effecero, si iterum dixero & iterum plorans, frequenter sæuus amor. Siquidem puer his ridet, & sæpe maledictis petitus delectatur. si autem di xero conuicia, nutritur. Mirum autē mihi, scilicet est, quo/modo, scilicet per ceruleam apparens undam ex liquido ô Venus tu ignem pepereris.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ναὶ τὰν κύπριν ἔρως.) Minatur Cupidini, se omnia eius arma concrematurum, nisi alios impetiuerit, et se missum fecerit. Per Venerem, inquit, Cupido, comburam tua omnia igni suppoſito, ſagittas, & Scythicam ſagittiferam pharetram. Comburam certe, quid temere rides, et ſi me aperto ore ſubſannas? forſitan Sardonium riſum ridebis. Si enim tuas directrices amorum pernices alas abſcindens, æreum ſtrinxero tuos circa pedes compedem. Atqui Cadmeam uictoriam deportabimus (quæ uictoribus exitioſa fuit, uide Eraſmum) ſi te apud domum animo conuinxero, pernicioſa gregibus ſcilicet erunt. Sed abi difficulter mobilis, ſeu tarde, acceptis leuibus talaribus extendito ueloces in alios alas.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τί ξένον, εἰ βροτολοιγὸς ἔρως.) Epigramma ingenioſum, & planè poëticum, quo cauſſam reddit, quare ignita tela Cupido eiaculari ſoleat. Quid peregrinum, id eſt, quid nouũ ſi mortalibus exitioſus Cupido ignea tela iaculatur, et ferocibus oculis idẽtidem ridet? Nónne mater amat Martem, coniunx autem exiſtit Vulcani, communis & igni & gladijs? Matris autem nónne mater uentorum flagellis mare aſpere reboat (è mari enim Venus orta dicitur) pater autẽ neq; quis, ſcilicet eſt, neq; cuius? Iccirco Vulcani quidem habet flammam, undis uero iram amauit æqualem, Martis autem ſanguine infecta tela, ſiue cruenta, αἱματόφυρτα. à uerbo φύρειν, quod eſt inquinare, & αἷμα ſanguis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Κῦμα τὸ πικρὸν ἔρωτος.) Se ipſe iterum amoris flammis correptum alloquitur. O amara unda amoris, & inſo

pitæ ſpi/

pitæ ſpirantes zelotypiæ, & laſciuiarum hybérnum pela/gus, quò feror? paßim mentis gubernacula laxata fuit, an iterum teneram Scyllam uidebimus? id eſt, cupis iterum dulci malo periclitari?

Τοῦ αὐτοῦ.

Αἰεί μοι δύνει ἐν οὔασιν.) Diu noctúque amore ſe torqueri fatetur, ſic dicens: Semper mihi penetrat in auribus ſtrepitus amoris: oculus autem tacet, amoribus dulcem lachrymam fert. non nox, non lux ſopiuit, ſcilicet me, ſed ab amoribus iam cordi nota ineſt forma, uel impreßio. Volucres nunquid & aliquando aduolare Cupidines noui ſtis, auolare ne tantillum quidem poteſtis?

Τῦ αὐτῦ.

Καὐτὸς ἔρως ὁ πτανὸς.] In perelegantem puellã Timarion, cuius amore ipſe quoq; Cupido captus eſt. Et ipſe Amor uolucris in æthere uinctus captus eſt, tuis irretitus oculis Timarion.

Τῦ αὐτῦ.

Ω σοβαρὴ βαλάνισσα.) In balneatricem pulchram, pulchrum diſtichon, cuius hic eſt ſenſus. O ſuperba balneatrix, cur me feruente aqua lauas? priuſquã ueſtẽ exui, ignem ſentio.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ κάλλει καυχᾶ.) Non fidendum eſſe formæ fragilitati, quod cito ut roſarum elegantia euaneſcat, epigramma longe pulcherrimum. Si pulchritudine gloriaris, cognoſce quod & roſa floreat, ſed marcida facta repente, cum ſtercoribus eiecta eſt. flos ergo et pulchritudo, æquale tempus ſunt ſortita: hæc autem pariter inuidum tabefacit, uel marceſcere facit tempus.

Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ μὴ γηράσκει τὸ καλόν.) Eiuſdem propemodum ar/gumenti: quo hortatur puellam, ut ſe formæ faciat partici/pem, priuſquam defloreſcat. quod Vrſinus ita tranſtulit, ſicut huius libri etiam nonnulla alia:

Si perit, impartire prius quàm forma ſeneſcat:
Sin manet, an dubitas id dare quod remanet?

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὴν καταφλεξίπολιν.) Sthenelaide ſumptuoſa & nobili meretrice dicit ſe in ſomnijs potitũ, ſine omni precio: & hoc ſibi ſufficere, ne poſthac barbaro ſcortillo ſupplex ſit. Notabis autem quàm aptis epithetis inſolentem & aua ram meretricem nobilitarit, cum ipſum proprium nomen Sthenelais, præpotentē in populo ſignificet. τὴν καταφλεξίπολιν, uniuerſæ ciuitatis cōbuſtricem, id eſt cuius amo/re tota ciuitas flagrat, Sthenelaida τὴν πολύμισθον, ſumptuoſam, uel magna mercede cōducendam. τὴν ἐρευγομένην, eructantē uolentibus (ſcilicet ipſa potiri) aurũ, id eſt, inflato tantum ore loquentem, da aurũ, & ſicut Teren tius loquitur, Da mihi, atq; affer mihi, nudam mihi per no/ctem totam acclinauit, accumbere fecit ſomnus, uſque ad charam auroram. gratis copiam faciens, id eſt gratificãs. Non amplius ſupplex precabor barbaram, neque propter meipſum plorabo, ſomnum habens illud largientem.

Ασκληπιάδου.

Αὐτοῦ μοι στέφανοι παρὰ.) Alloquitur coronas la/chrymis irrigatas, & in amicæ gratiam pro foribus ſu/ſpenſas. Hic mihi coronæ ad has bifores penſiles, uel pen/dulæ manete, ne temerè aut proteruè folia excutientes, quas lachrymis rigaui. imbriferi enim oculi amatorũ (quid

ſi legen/

si legendum sit ἑκάτομβρα, *&* *nō* ἑκάτομβα?) *Sed quando aperta ipsum uideritis ianua, destillate super caput meā pluuiam, ut melius flaua cæsaries meas lachrymas bibat.* Accusatiuus pronominis αὐτὸν in quarto carmine, *indicat potius hæc uerba esse alicuius puellæ, ad coronas, &c.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Λύχνε, σὲ γὰρ παρεοῦσα.] *Lucernam alloquitur, ut cessantem & tardantem puellam ulciscatur. O lucerna, te enim præsens ter iurauit* Heraclea *uenturam, & non uenit. ô lucerna, si* Dea *es, hanc dolosam ulciscere, scilicet propter periurium, cum amasium intus habens luserit, extincta non amplius lumen præbe.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Νεῖφε, χαλαζοβόλει.] Precatur Iouem, *ut se niuibus, grandine, fulmine interemptum, ab amore liberet.* Ninge, *grandinato, fac tenebras, ure, id est emitte fulgura (αἴθε legendum, & non αἶθε, quod utinam significat) fulmina, omnes purpureas, id est nigricantes (nam πορφύρειν, significat etiam denigrare) in terra concute nubes. Si enim me interfeceris, tunc quiescam, scilicet ab amore. Si autem me dimiseris, & dispofueris peius his, ad lasciuiam ibo.* Trahit *etenim me dominator tui deus, id est* Cupido *perinde me trahit atque te: cui aliquando obsequutus ô* Iupiter, *per æreos aurum penetrasti thalamos.*

Ποσειδίππου.

Ἐν πάφῳ ἡ Κυθέρεια.] Alloquitur poëta Venerem, *de* Cleandro, *qui natantem puellam* Niconem *cum uidisset, statim eius amore correptus est.* Vnam, *inquit, ô* Paphia Venus *genam uidit* Cleandrus Niconis *in gratiosis fluctibus natantis: ardentes autem præ amore in pectore carbones uir*

nes uir ſiccos, ex humida puella attraxit. Et hic quidem naufragiũ faciebat in terra: hanc aũt mare tangentem, manſueta tenebant litora. Notabis hoc loco εἴχοσαν poni more Chalcidinenſiũ, pro εἶχον, qui tertijs perſonis plurabilibus interponunt σα. Sic legimus pſalmo ση̄. ὁ θεός ἤλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, Deus uenerunt gentes in hæreditatem tuam, ubi quoque ἤλθοσαν, pro ἦλθον ponitur. Nunc autem æqualis utriſq; amicitiæ Cupido. non irrita enim uota, quæ illo precatus eſt in litore.

Τοῦ αὐτοῦ.

Δάκρυα καὶ κῶμοι τί μ᾽ ἐγείρετε.] Lachrymæ (inquit) & laſciuiæ, quid me urgetis ſiue impellitis, antequam pedes tollam ex igne, in alterum Veneris incendium? Deſino autem nunquam ab amore, ſemper autem mihi ex Venere dolor eſt, quoniam iudex Cupido non communis eſt ferenti. Quia impenſius puellæ fauet, eam nõ uulnerans, ſed me, ideo iniuſtus iudex eſt, quia non utriq; communis.

Ῥούφου Δομεστίκου.

Πάντα σέθεν φιλέω.] Omnia tua amo, ſolũ aũt tuũ indiſcernentẽ, ſiue iudicio carentẽ oculũ odi, odioſis uiris delectantem.

Ἀντιφίλου.

Εἶπον ἐγὼ καὶ πρόσθεν.] Quid tanquam uates de puella Terina admodum adhuc iuuencula prædixerit, hoc epigrammate explicat. Dixi ego etiã antea, quando erãt adhuc amores Terines infantiles, comburet omnes maiuſcula facta. Illi autem ridebant uatem. Ecce iam tempus, quod aliquando dicebam iſtud, ego autem dudum uulnus ſentiebam. Et quid patior? quid faciam? uidere equidem. omnes flammæ, ſcilicet mihi ſunt. ſin autem abnuam, curæ. ſi petam, uirgo eſt. perimus.

Λουκιλ/

Λουκιλλίου.

Η τὸ φιλεῖν περίγραψον.) Ad Cupidinē loquitur, Aut amare oblitera Cupido totū, uel amari appone, ut aut soluas amorem, aut misceas. Ad hoc distichon hauddubie sic allusit Ausonius:

Hoc quod amare uocant misce, aut dissolue Cupido,
Aut neutrum flammis ure, uel ure duos.

Et iterum:

Aut restingue ignem, quo torreor, alma Dione:
Aut transire iube, uel fac utrumq; parem.

Ρουφίνου.

Παλλὰς ἐσαθρήσασα.] De Mœone puella, cui pulchritudinis palmam etiam Iuno & Pallas dare non grauarentur. Pallas conspicata, & Iuno aurea habens talaria Mæonin, ex corde uociferatæ sunt ambæ, Non amplius denudemur, iudicium unum pastoris sufficit. non pulchrum est uinci bis de pulchritudine.

Τοῦ αὐτοῦ.

Κάλλος ἔχεις κύπριδος.] Eiusdem propemodum argumenti, de uirgine elegāti & uenusta. Pulchritudinem habes Veneris, Suadæ os, corpus & uigorem uernarum: Horarum, uocem autem Calliopes, mentem & modestiam Aequitatis, & manus Mineruæ. Tecum Gratiæ, quatuor sunt Gratiæ.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πέμπω σοι ῥοδόκλεια.) Corona missa, & cito marcescente, Rhodocleam hortatur ne insolescat, sed & sui corporis nitorem cito periturum consideret. Mitto (inquit) tibi Rhodoclea hāc coronam, floribus quam ipse, nexui nostris decerptam manibus. Est lilium, roseaq; bacca, humidaq; ane/

daq; anemona, & narcissus humida & cerula uiola. His te coronans desine iactabunda esse, floreſcis, & desinis, et tu, & corona.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γείτονα παρθένον εἶχον.] Amore quidem puellæ se potitum fatetur, sed ob stupratam mœstus est, dubitátque num ob hoc facinus fugam capessat, an maneat. Vicinam uirginem habebam Amymonam Venerem, quæ meum animum inflammauit non parum. Ipsa mihi alludebat, & si forte occasio, audebam. Verecūdia afficiebatur, quid plus desiderium sensit. (Videtur mihi legendum τὸν πόθον, quanquam nec uulgatā lectionem temere reiectam uelim) perfeci multum laborans, id est potitus sum, à casu audiui nunc quod parit (pro ὅτ' scribe ὅτι. Itaq; quid facimus? fugimus, an manemus?

Τοῦ αὐτοῦ.

Αὕτη πρόσθεν ἔην ἐρατόχροος.] In uetulam omni pristina specie et amabilitate senio orbatam. Hæc antè erat ἐρατόχροος, amabili corpore, ἐαρόμασθος, uernantibus uberibus, εὔσφυρος pulchris talis (sicut καλλίσφυρος apud Homerum) procera, pulchris supercilijs, pulchricoma. Mutata est autem tempore, & senectute, & canis. Et nunc nihil priorum ne in somnio quidem habet.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αρνεῖται τὸν ἔρωτα Μελισσιάς.] De puella amorem dißimulante ad Cupidines, ut eam tantisper adurant, dum se uere uri testetur. Negat (inquit) amorē Melißias, sed corpus clamat quasi telorū quod suscepit pharetrā, id est quod telis confixum est, uel plenum est quasi pharetra. Et gressus instabilis, & instabilis anhelitus motus, & concaua ciliorum

liorum telo percussa fundamenta (quæ omnia tanquam si/gna minimè dubia certißimum amorem arguunt) Sed ô Cupidines, per matrem pulchram Venerem uos obtestor, aduretis rebellem, donec dicat Vror.

Τῦ αὐτῦ.

Εἰ δυσὶν οὐκ ἴσχυσας.) Si duobus non potuisti æqualem flammam ô ignifer, id est Cupido incendere, saltē eam, scilicet flammam, qua unus comburitur uel integrato, uel transponito. Idem ualet cum superiore, ad quod Ausonium allusisse diximus.

Τῦ αὐτῦ.

Οὐκ ἔσθ' οὗτος ἔρως.) Ostendit epigrammate poëta, amare formosam, non esse uerum amorem, propterea quòd uerus amor sit furor & insania, nequiens discernere pul/chram à deformi: sed amare turpem, signum esse ueri amo/ris. Non est hic amor, si quis pulchram formam habentem, uult habere, prudentibus oculis persuasus: sed si quis defor/mem conspicatus, exagitatus œstro amat, insanis ex præ/cordijs ardens, hic amor est, hic ignis est. quæ enim pulchra sunt, pariter omnes delectant, iudicare formam scientes.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πέμπω σοι μύρον ἡδύ.) Mitto tibi unguentū, inquit, suaue. unguento unguentum colens, quemadmodum Baccho sacrificans laticem Bacchi.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὑψοῦται ῥοδόπη τῷ κάλλει.) Contra Rhodopen ob formæ excellentiam superbientem, rugas & senectutem in/uocat, ut maturè uenientes arrogantem puellam humilient, & uel tandem obsequentiorem faciant. ὑψοῦται, subli/mem se gerit Rhodope pulchritudine. & si quando salue

dixero, superbis cilijs consalutauit. Si aliquādo & coronas præ foribus suspendero, irata calcat superbis uestigijs, uel calcibus. O rugæ & senectus immisericors, uenite cito. Properate, & uos flectite, uel persuadete Rhodopen.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὥπλισμαι πρὸς ἔρωτα.) Armatum se ratione contra amorē dicit, aduersus tamen Cupidinē & Bacchū parū se pugnare posse profitetur, iuxta commune prouerbium, Ne Hercules quidem contra duos. Et notabis pro λογισμὸμ in primo uersu legendum esse λογισμῷ, ut sit sensus: Armatus sum contra amorē circa pectus ratione, neq; me uincet solus existens contra unum, scilicet me. Mortalis cū immortali congrediar: si autem auxiliatorem Bacchum habuerit, quid facere contra duos potero? q.d. nihil.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τέσσαρες αἱ χάριτες.) Cumulatißimum encomium formosæ puellæ Dercylidis, aut cuiuscunq; tandem. Versiculi satis sunt clari.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὄμματ' ἔχεις ἥρης μελίτη.) Et hoc tetrasticho cōsummata laus perfectæ formæ exprimitur. Cæterum ultimi duo uersiculi, quibus felix dicitur qui Meliten saltē uiderit, ter felix qui audierit, semideus deosculans, immortalis qui cum ea rem habuerit: uidentur ad hunc Homeri locum esse formati, qui est Odysseæ ζ. de Nausicaa,

τρὶς μάκαρες μὲν σοίγε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
τρὶς μάκαρες δὲ κασίγνητοι, &c.
κεῖνος δ' αὖ περὶ κῆρι μακάρτατος ἔξοχον ἄλλων,
ὅς κέ σ' ἐέδνοισι βρίσας, οἶκονδ' ἀγάγηται, &c.

Quem etiam Ouidius lib. Metamorph. 4. elegantißimè ad hunc modū imitatus est:

Puer

Puer ô digniſsime credi
Eſſe deus, ſeu tu deus es, potes eſſe Cupido:
Siue es mortalis, qui te genuere beati,
Et mater fœlix, & fortunata profectò
Siqua tibi ſoror eſt, & quæ dedit ubera nutrix.
Sed longe cunctis, longeq́; beatior illa,
Si qua tibi ſponſa eſt, ſi quam dignabere tæda.

Et cætera. nam locus eſt in promptu.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ρούφινος τῇ μῇ.) Spes Rufine meæ longè dulciſsima uitæ Si ſine me poteris chare ualere, uale. Sic inter interpretandum ex tempore uertere libuit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐκ ἔτι παιδομανής.) Senſus eſt: Non amplius puerorum amore inſanio, ſicut antè. nunc autem uocor ſeu dicor in fœminas inſaniens. & nunc diſcus mihi crepitaculum eſt: id eſt, quondam delectabar ludis puerilibus, nunc autem fœmineis. Pro autem mihi puerorum ſyncero corpore, placuerunt gypſi, unguenta, ſeu unctiones, id eſt fucatæ facies, quales ſunt mulierum, & fuci flos acceſſorium. Paſcet delphinas arboricomus Erymanthus, et cani ponti unda ueloces ceruos. Miratur animi ſui mutationem, &c. ideoq́; ab impoſsibili argumentatur. παιδομανής, θηλυμανής.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ μὲν ἐπ' ἀμφοτέροισιν.) Siquidem in ambos amor æquales ſagittas dirigis aut tēdis, deus es: ſin uergis ad partem, non deus es.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὕτως ὑπνώσαις κωνώπιον.) Imprecatur duræ amicæ ſomnum talem, qualē ipſe excluſus, et noctu præ foribus

excubans dormit. Hoc pacto(inquit) & *tu dormias Conopion, quemadmodum me facis dormire frigida hæc apud limina. Sic dormias iniquißima, ſicut amatorem dormire facis. miſericordiæ autem nequaquam es particeps.* Notabis οὐδ᾽ ὄναρ, *modum loquendi eſſe græcum, quo nullam rerum conuenientiam exprimere uolentes, utimur:* & *ſignificat idem quod necquicquam, ſicut patet etiã ſequenti uerſiculo, quo dicit:* Vicini *miſerentur. tu autem nec quicquã. cana autem coma ſtatim hæc tibi in memoriam reuocabit.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ ταύτας ὁ κριτής.) *Si has iudex dearum, id eſt* Paris *uidiſſet puellas, non ultrà uidere uoluiſſet priores, ſcilicet deas, quòd hæ ſint longè præſtantiores.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Ηρισαν ἀλλήλαις, ῥοδόπη.) *Certauerũt inter ſe* Rhodope, Melite, Rhodoclea, *harum trium quæ haberet pulchritudinem præſtantiorem.* Et *me iudicem ſumpſerunt,* & *ſicut deæ ſpectabiles ſteterunt ſolo nectare, id eſt immortalitate deficientes. q. d. non impares erãt deabus, niſi quòd carebant nectare. Sed aperte quæ paſſus erat* Paris *propter iudicium, quum cognouiſſem, tres immortales ſtatim coronabam, non prætuli ullam alijs.*

Τοῦ αὐτοῦ.

Λουσάμενοι προδίκη.) *Hortatur amicam ad hilaritatem à uitæ breuitate.* Loti ô Prodice *uelemur, id eſt ſumamus coronas,* & *merum trahamus, id eſt bibamus(translatio ab infantibus lac ex uberibus ſugẽdo trahẽtibus) calices maiores tollentes.* Modica *eſt gaudentium uita. deinde reliqua, ſenectus prohibebit.* & *finis, mors.*

Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ.

Εὐρώπης τὸ φίλημα.)Laudat Europes osculum. Europes osculum(inquit)& si usq; ad labia uenerit, suaue est, et si tetigerit solū usq; ad os. Tangit aūt non summis labijs, sed exerēs, uel extrahens(estq; scribendum ἐρύσασα) os, animam ex unguibus, id est radicitus educit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ποῦ νῦν πραξιτέλης;)Vbi nunc Praxiteles?(qui sculpsit Venerem Cnydiam)Vbi autem manus Polycleti(qui Iunonem Argiuam sculpsit)quæ pristinis artificijs spiritū largitæ sunt, id est sicut Virgilius loquitur, quæ uiuos duxerūt de marmore uultus. Quis cirros Melites odoratos, uel igneos oculos, & colli lucem effinget? Vbi fictores, ubi sunt sculptores? decebat hanc speciem templum habere, ut beatorum simulachrum.

Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐκ ἔλεγον προδίκη γηράσκομεν;)Insultat Prodicæ quondam superbè fastidiosæ, nunc autem senio deformatæ, & ab omnibus contemptæ. Nónne dicebam Prodice senescimus? nónne præsonabā, uenient cito dissolutrices amicitiarum nunc rugæ, & crinis canus, & corpus lacerum uetustate(translatio à pannis laceris, uetustate cōsumptis) & os priores non amplius habens gratias. Num quis te ô superba accedit, aut adulans precatur? tanquam sepulchrū nunc te præterimus. Notabis autem suprà in secundo uersu in dictione διαλυσίφιλοι, dulcißimam & elegantißimam compositionem: quo nomine etiam eos uocare potes, qui inter amicos falsis delationibus serūt odia, & quasi frigidam(quod aiunt)suffundunt, cuiusmodi hodie multi passim inueniuntur. Ipse quoque Ausonius non dißimile lusit

epigramma ad Gallam quandam, quantum ad principium attinet. quod, quia mire suaue est, & uenustum, adscribere libuit:

Dicebam tibi Galla, senescimus, effugit ætas,
Vtere uere tuo: casta puella anus est.
Spreuisti, obrepsit non intellecta senectus,
Nec reuocare potes, qui periere dies.
Nunc piget, & quereris, quòd non aut ista uoluntas
Tunc fuit, aut non est nunc ea forma tibi.
Da tamen amplexus, oblitaq; gaudia iunge:
Da, fruar, & si non quod uolo, quod uolui.

Τοῦ αὐτοῦ.

Σοί με λάτριν γλυκύδωρος.) Carmē est ad amicā, quo perpetuā ei pollicetur seruitutē, modò ne qua inuidentia spem suā interturbet. Id generis cantilenas multas nostri Germani quotidie ad fores puellarū occinunt, Ir diener wil ich sein, et Ir diener wil ich ersterben, et Nach willen dein, &c. Tibi me seruū dulcia donans munera Cupido tradidit ô Boopi, superbū subiugās in desideriū, uel amorē profugum, uel transfugā, uoluntarium, omnino seruum, ultroneum, sibijpsi imperantem, petiturum acerbè uel improbè nunquam seruitutem, usq; ad charam caniciem, & senectutem. Oculum autem iaciat nunquam in nostras spes inuidia.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τίς γυμνὴν οὕτω σε κοὐ.) Loquitur mater ad filiam ab amatore pulsatā, & eiectam ob inuentū adulterum: monetq;, ut, si quid posthac tale in animo haberet cōmittere, fores obducto pessulo claudat, ne sic denuo uerberetur. Tales lenas multas uidere est apud Plautum, & Lucianum ἐν τοῖς ἑταιρικοῖς διαλόγοις, suas natas talibus præceptis imbuentes.

imbuentes. Quis nudã sic te & ciecit, & uerberauit? Quis animum lapideum habuit, & nõ uidit? (iuxta illud Tibulli,

Ah lapis est, ferrumq́;, suam quicunq; puellam
 Verberat, è cœlo diripit ille deos.
Sit satis è membris tenuem præscindere uestem,
 Sit satis ornatas dissoluïsse comas,
Sit lachrymas mouisse satis. quater ille beatus,
 Quo tenera irato flere puella potest.
Sed manibus qui sæuus erit, scutumq́;, sudemq́;
 Is gerat, & miti sit procul à Venere.)

Sed audiamus quid lena adijciat. Mœchum (inquit) fortasse inuenit intempestiuè ingressus? γιγνόμενον: hoc est, ut fit, uel, ut fieri solet. Omnes hoc faciũt, ô filia. Veruntamen deinceps, quãdo est intus, scilicet mœchus, ille aũt foris, scilicet amator tuus, ianuã obfirmato pessulis, ne iterũ hoc patiaris.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἐκβάλλει γυμνήν τις.) Eiusdem est argumenti cum superiore. Eijcit quis nudam? quum inuenerit aliquando adulterum? Quasi non mœchatus, quasi à Pythagora, id est quasi ipse nihil tale unquam commiserit, & sit omnium castißimus, tanquam quispiam Pythagoricus. Dein filia plorans lacerabis faciem, & algebis insanientis ad ianuam? Absterge, ne fleas filia: inueniemus alium, non amplius uidere potentem, scilicet adulterum: neq; uerberare.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μέχρι τίνος Προδίκη.) Amicam Prodicen alloquitur uerbis multum apertis, quorũ tamẽ hic est sensus: Quóusq; Prodice adplorabo? quóusq; tibi supplex ero ô inexorabilis, qui nihil exaudior. Iam etiam albi tibi exiliunt capilli, et forsan mihi dabis ut Hecube Priamo?

Τοῦ αὐτοῦ.

Εὐκαίρως μονάσασαν.) Ab eadem se spretum & eie/ctum dicit. Tempestiuè solam degentem conspicatus Pro dicen, supplicabam, diuina quum contigissem genua. Serua inquam, hominem pereuntem propemodũ, & fugientẽ uitæ spiritũ tu mihi largire. Hæc me dicẽte, plorauerat. abstersis autem lachrymis delicatis manibus nos eiecit, uel repulit, forsan præ amore, uel uerecundia potius.

Διονυσίου σοφιστοῦ.

Η τὰ ῥόδα, ῥοδόεσσαν ἔχεις χάριν.) Huius Dionysij Sophistæ, cuius est hoc epigramma, epistolæ doctißimæ ex/tant etiam hodie, & scriptæ, & impressæ. Loquitur autem ad puellã, ut apparet, rusticam, rosas uendentẽ, in hunc mo dum. Aut rosas, scilicet uendis (roseam habes gratiam) sed quid uendis? teipsam, an rosas? an utraq;?

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἴθ᾽ ἄνεμος γενόμην.) Ad eandẽ loquitur, planè ama/toriè. Vtinam uentus fierem, tu autem uadens ab aurora pectus denudes, & me spirantem susciperes (sicut faciunt æstuantes, & frigus opacum captantes) Vtinam rosa fie/rem purpurea, ut me manibus tollens, portares pectore ni/ueo. Vtinam lilium fierem albicolore, ut me manibus tollẽs magis tuo afflatu saturares.

Μαικίου.

Ὤμοσ᾽ ἐγὼ δύο νύκτας.] Iuramentum dicit se fractu/rum, ut Hedylio potiatur: quamobrẽ precatur à Venere ue/niã, iuxta illud, Periuria ridet amantum Iuppiter, & uentos irrita ferre iubet. Iuraui ego ô Cytherea duas noctes ab He dylio tuum imperium me quieturum: ut mihi uideor autem, rides, meum sciens omnino morbum. neque enim sufferam

aliam.

aliam. iuramenta autem in uentos pono, id est uentis tanquam irrita discerpenda committo. Eligam autem impie agere illius gratia, quàm tua seruans iuramenta mori, ô alma, ob pietatem.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τί συγνή; τί δὲ ταῦτα λιόμης.] Quid tristaris? inquit: quid autem hæc capillorũ inordinata Philæni lacerамenta, & humidorum confusio ocellorum? Nunquid amatorem uidisti habentem subsinualem, id est, in sinu, aliam? Dic mihi, tristitiæ pharmaca scimus. Lachrymaris, non dicis autem? frustra negare aggrederis. Oculi lingua fide digniores sunt. Hanc ultimam sententiam ex Herodoto mutuatus esse uidetur, qui primo lib. sic ait: ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. quanquam ille pleraq; immutarit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Θερμαίνει μ' ὁ καλὸς.) Tepefacit me pulcher Cornelius, sed timeo ne hoc lumen iam ignis magnus fiat. Ex modica scintilla magnum sæpe incendium conflatur.

Μάρκου ἀργενταρίου.

Μήνη χρυσόκερος δ' ἔρχη τάδε.) Lunæ & cæteris Stellis conqueritur, se ab Arista desertum, quam tamen se inuestigaturum dicit aureis catulis. O luna auricornis, cernis hæc, & uos igne fulgentes Stellæ, quos sinubus accipit Oceanus, ut me solum deserens unguentũ spirãs abijt Arista. Sextiduo autem inuenire sagam nequeo. Sed tamẽ illam inueniemus, si emisero Veneris inuestigatores argẽteos catulos. Equidem cui eiusmodi catuli plures sunt domi, ille non difficulter multas propitias Dianas habere potest, si/

cut qui argenteis hastis pugnat, non ægrè uincit quoslibet repugnantes.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὴν ἰσχνὴν Διόκλειαν.) De puella gracili, pulchris tamen moribus prædita. Gracilem Dioclcam, graciliorem Venere uidebis, sed pulchris moribus gaudentem. Non multum mihi, τὸ μεταξὺ, intermedium, siue interuallum (præ corpulentia) fiet: ad desiderabilia autem pectora lapsus, animæ iacebo proximè.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εγχει Λυσιδίκης κυάθους.) Morem antiquum tangit, quo solebant ueteres amicarum nomine calices bibere, nonnulli etiam tot, quot amicæ nomine continebantur literæ. Alloquitur itaque famulum, ut sibi nomine Lysidices decem, Euphrantes unum infundat cyathum. Infunde Lysidices cyathos decem, desiderabilis autem Euphrantes unum mihi famule da cyathum. Dices Lysidicen me amare plus. non per dulcem Bacchum, quem in hoc largè poto calice. Sed mihi Euphrante una ad decem, scilicet ualet. Etenim immensas stellas unum lunæ lumen superat.

λαβροποτεῖν, large potare.

Τοῦ αὐτοῦ.

Παρθένον ἀλκίππην ἐφίλουν.) Vt cum amica Alcippe clanculum fuerit, & res omnis per matrem palàm facta sit, memorat. Virginem Alcippen amabam nimis. et aliquando quum persuasissem ipsam, clàm habebam in tentorio. Amborum pectus palpitabat, ne quis interueniret, ne quis uideret amorum occulta plus quàm par est. Matrem autem non latuit illius loquacē. sed introspiciens derepente, Mercurius cōmunis, inquit, ô filia. Vide Erasmum in prouerbio, Communis Mercurius.

Αντιπά-

Ἀντιπάτρου θεσσαλονικέως.

Πάντα καλῶς.) Contra auaras mulieres, quæ auream Venerē hodie nō aliter uenerantur, æstimāt, & colunt, atq; olim ueteres. Dicit autē poëta, Venerē rectè ab Homero dictā esse aureā, quòd aurū ferētibus mulierū ianuæ omni impedimento remoto pateant: nihil ferentibus, obstat Cerberus uestibulis alligatus, omni aditu obsepto. Omnia rectè. hoc tamē aureā adhuc Venerē optime omniū dixit Mæonides. Si quidē monetā attuleris amice, neq; ianitor in pedibus, id est impedimento erit, neq; canis in uestibulis ligatus est. Sin aliter ueneris, & Cerberus, scilicet est in foribus, id est excluderis. O auari diuitiarū, Venerē ut iniuria soli afficitis. Videtur omnino pro πενίην, legendū esse παφίην, quod & doctioribus non displicere sensi. quanquā nec uulgarem lectionē improbamus, ut tenuiores à locupletioribus ubique impediantur, & iniuria afficiantur, etiā in amādis puellis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὄρθρος ἔβη χρύσιλλα.) Indignatur auroræ & gallo, illi quòd tā maturè exorta sit, huic quòd eū dormientē cū amica odioso cantu excitarit. Deinde optat etiā Tithonū consenescere, quòd aurorā uxorē suā diutius in lecto non detinuerit. Epigrāma ualde poëticū, cuius ad uerbū hic sensus est: Tempus matutinū uenit Chrysilla. dudū aūt matutinus gallus uociferans (more præconis) inuidam auroram adducit. Auium rumparis, uel pereas inuidißima, qui me expellis è domo ad multa iuuenū colloquia. Senescas ô Tithone: quid enim tuā coniugē aurorā sic antelucano tēpore expulisti ex (lectis?

Παρμενίωνος.

Εἰς Δανάην ἔρρευσας.) Iouem alloquitur. Ad Danaën fluxisti ô Iuppiter aurū, ut puella, ut dono pareret, uel persuaderetur, ne formidaret ut Saturniū.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ο ζεὺς τὴν δανάην.] Iupiter Danaën auro, ſcilicet flexit: & ego te auro, ſcilicet flectere cogito. Plura enim Ioue dare nequeo.

Καλλιμάχου.

Ωμοσε καλλίγνωτος ἰωνίδι.] De Callignoto, qui fidem datam Ionidi fefellit, cum iuraſſet ſe illa nec potiorem amicum nec amicam habiturum. Hunc tamen poëta excuſat, dicens ἀφροδίσιον ὅρκον οὐκ εἶναι ἐμποίνιμον, nec ad aures deorũ peruenire. Iurauit Callignotus Ionidi, nunquam illa ſe habiturum neque amicorum meliorem, neque amicam. Iurauit: ſed uulgò dicitur, in amore iuramenta non peruenire ad aures immortalium. Nunc autem hic alterius, ſcilicet puellæ, æſtuat igne. miſeræ autem nymphæ (tanquam Megarenſium) neq; ratio, uel reſpectus, neque numerus eſt.

Vide Chiliades Eraſmi.

Σηκαίου.

Εχθαίρω τὸν ἔρωτα.) Odio habeo (inquit) amorem. cur enim grauis non in feras cõcitatur, ſiue inſurgit, ſed in meũ iaculatur, ſiue ſagittas mittit cor? Quid plus? id eſt, quæ hæc eſt gloria, ſi Deus hominem urit. Aut, quid glorioſum, ſi hoſtiliter perſequutus, à meo premium habet capite? Conuenit fermè cum illo Virgilij, quod à Iunone Veneri eſt obiectum:

Egregiam uerò laudem, & ſpolia ampla refertis
Tuq; puerq; tuus: magnum & memorabile nomen,
Vna dolo diuûm ſi fœmina uicta duorum eſt.

Ουίσου.

Ουτέ με παρθενικῆς τέρπει γάμος.] Nec uirginis nec longæuæ aniculæ nuptijs ſe delectari dicit, ſed ætatis maturæ,

maturæ, hoc est, mediæ. nam neq; uua cruda, nec passa, delectationi esse potest. ἀλλὰ πέπειρος, sed matura, & bene decocta palatum iuuat. Hoc epigramma Vrsinus sic transtulit:

Non ego uel uetulæ tangor, uel amore puellæ:
Illius miseret prorsus, at hanc uereor.
Vua nec agrestis, nec passa, sed aucta iuuabit:
Maturæ Paphies aptaq; forma toro est.

Νικάρχου.

Οὐκ ἀποθνήσκειν δεῖ με;] Claudus loquitur, posteaquam saltando pedem fregisset. Nónne mori me oportet? quid mihi curæ est, siue læsus pede, siue cursor factus in infernũ descendo? Multi enim me dicent (sine) claudum me factum esse. Horum autem gratia æquè nunquam prætermittam choreas.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πάντα λίθον κίνει.] Videtur his uerbis maritus quispiam libertatem dare uxori corporis sui uulgandi, ut lucrum faciat, quo et pensionem conductæ domus persoluat, & si quid superfluum erit ipsi uestitum paret: nec solicita sit, etiamsi ex alicuius concubitu conceperit, & pepererit. Facile enim prolem, ubi adoleuerit, inuenturam quo uiuat. Omnẽ lapidem moue (inquit) id est nihil non experire, teipsam nutri, & scribe ad me ad quod litus mea Euphrosynon accesseris (in litoribus enim Græcos conuenire & compotare solitos, etiã in superioribus libris demonstrauimus) εὐτακτεῖν, composite gerere, scilicet te conare: pensionem domus, scilicet solue: si quid superfluum fuerit, & mihi cura uestem. Si enim uentre acceperis, id est si conceperis, ἐν γαστρὶ ἔχειν, fermè similis loquutio, sicut ἐν γαστρὶ λαμ-

σρὶ λαμβάνδμ. accipe, pro concipe, & pare, ne perterre-aris, inueniet unde uiuet, aut edet. ἐς ponitur pro ἐσαι, quum uenerit ad ætatem, scilicet partus uel soboles.

Τῦ αὐτῦ.

Κάλλος ἄνευ χαρίτων.) Formam sine gratijs afficere quidem, sed non diu detinere perhibet. Pulchritudo sine gratijs, id est uenustate, delectat tantũ, non detinet. tanquã sine hamo natans esca, quæ quidẽ delectat, sed nõ pungit. Expedi ô Venus arcum, & ad metã tacita ueni. aliam enim ego habeo, uulneris hic locum. Sed uide num hic potius legendũ sit τύπον, impreßionem, & non τόπον.

Αργεντάριον.

Ισιὰς ἡδύπνοιε.) Et hic oblata corona recenti, puellam fluxæ & currentis ætatis admonet. O Isias suaueſpirans, et si decies unguentum dormis, expergiscere, & accipe manibus charis coronã. nunc quidem pullulantem, marcescentem autem ad auroram uidebis, nostræ indicium ætatis.

Κριναγόρȣ.

Κἢν ῥίψῃς ἐπὶ λαιά.) Sine amica se non posse dormire ait, in quodcunq; tandem latus se uerterit. alloquitur autem se ipse. Etiam si icceris in læuam, aut in dextram ieceris Crinagora, uacuum temetipsum super lectum: Nisi tibi gratiosa accumbat Gemilla, cognosces sopitus non somnum, sed laborem, uel molestiam. Attende Atticam loquutionem in fine.

Βάσσȣ.

Οὐ μέλλω ῥεύσειν χρυσός ποτε.) Amorem puellarum nec auro, nec transformatione ulla sibi parare statuit, sicut Iupiter, dum sibi Corinnæ noctem tribus obolis conciliare potest.

poteſt. Non fluxurus ſum aurum unquam, bos autem fiat alius, ſicut Iupiter propter Europam, & mellitam uocem edens cygnus in litore. Ioui ſeruentur hæc ludicra. Corinnæ autẽ obolos dabo duos, & nõ uolabo, ſcilicet ſicut cygnus.

Αδηλου.

Οὐκ ἔτι βασαζω.) Epiſtola eſt abſentis mariti ad uxorem, plena amoris & beneuolentiæ, qua teſtatur deſideriũ eius amplius ferre non poſſe. Non amplius tolero, per tuos oculos, ſolitariam & uiduam tui diſiunctionem, uel ſeparationem. Sed ſemper lachrymis maculatus, uel ad ſeries uinearum (uidetur ſubeſſe menda in ἐπ ιορκήσωρ, nam uerſiculus abundat ſyllaba) accedo uel magnæ templum ad Dianæ cras, ſed patria me ſuſcipiet. ad tuum autem oculũ uolabo, ualere infinitum te optans.

Αδηλου.

Εἴ τέ σε κυανέησιν.) Capillos puellæ laudat. Siue te nigris ſplendentem capillis, ſiue rurſus flauis uidi ô regina, æqualis ab utriſq; ſplendet gratia. profectò his capillis cohabitabit etiam canis Cupido.

Αδηλου.

Ποῦ σοι κεῖνα μέλισσα.) Inſultat arroganti quondam meretrici, & ſumptuoſæ, poſtea uero ad inopiam redactæ. Vbi tibi illa ô Meliſſa, aureà et circumſpecta ſunt multum diuulgatæ ornamenta apparentiæ, id eſt illius fluxæ & fucatæ pulchritudinis? Vbi autem ſupercilia, id eſt faſtus, & ſuperba faſtidia, & magna ceruix, & ſuperbarum plantarum aurifer ſumptus, id eſt ſoleæ auratæ? Nunc paupercula & tenuis, ſiue imbecillis, & coma præ omnibus breuis. Hi ſumptuoſarum fines pellicum, id eſt meretricum.

Αδηλου.

Αδηλου.

Νῦν μοι χαῖρε λέγεις.) Repudiat amicam iam ſenio deformatam, à qua quondam iuuene, & formoſa, iuuenis ſpretus fuit. Nunc mihi ſalue dicis, id eſt nunc me ſalutas, quãdo facies tua abiuit, illa lapide ô inuida leuior (uolunt nõnulli λύγδον lapidem eſſe litoralem uel arenoſum, qui ab undis quotidie abluitur: alijs ſpecies eſt marmoris. Vide Suidam in dictione λυγδίνα.) Nunc mihi alludis, id eſt blandiris, quando capillos obliteraſti tuos, in ſuperbo tuo collo uagantes, ſiue errantes. Non amplius me ô ſuperba accede, neq; occurre: pro roſa etenim ego rubum non ſuſcipio. Hoc epigramma Vrſinus ſic tranſtulit:

Nunc tua cum perijt facies, ingrata ſalutas,
Illa quidem lygdo terſa nitensq; magis.
Nunc ultrò arrides, poſtquam ceruice ſuperba
Olim quaſſatæ deperiere comæ.
Ne mihi nunc elata ueni, néue obuius ito:
Horrida decerptis quo mihi ſpina roſis?

Αδηλου.

Ηδη φίλτατε λύχνε.) Ad lucernam loquitur. Iam chariſsima lucerna ter ſternuiſti. an forte amabilem ad thalamos uenturam Antigonen prædicis? Vtinam ô rex, id eſt lucerna, ſit hoc uerũ: qualis Apollo mortalibus uates eris, & tu apud tripodem. Ne fortaſſe Sternuit in hoc ſignificato minus latinum eſſe putes, uſus eſt eodem uerbo etiã Propertius lib. 2. in his uerſiculis:

Num tibi naſcenti primis mea uita diebus,
Aridus argutum ſternuit omen amor?

Homerus quoq; eodem uerbo Odyſ. ρ. uſus eſt, ὣς φάτο, τηλέμαχος δὲ μέγ᾽ ἔπταρεν. ἀμφὶ δὲ δῶμα σμερδαλέον

δαλίου κανάχησι. Atq; haud ſcio an non alio quoq; lo/ co idem annotauerim. Sternutamenta erant ueteribus uice præſagiorum & ominum.

Ἄδηλον.

Γραῖα φίλη, θρέπτειρα.) Anum inuidioſam alloquitur, ob id tantum indignantem, quòd uirginē in itinere ſpectan/ do conſectetur, tanquam nefas eſſet eleganti forma paſcere oculos. Vetula chara, nutrix, quid me accedente latras? et moleſtos inijcis bis tantum, id eſt duplo maiores, in dolo/ res? Virginem quidem ducis perpulchram, huius ingrediēs ueſtigijs, propriam uiam ecce ut uadam, formam inſpiciens ſolum ſuauem. quæ inuidia, ſcilicet eſt, oculorum ô infelix? hoc eſt, quæ tanta eſt inuidentia, non fauere ſaltem ut uirgi nem inſpiciam? & formas deorum inſpicimus.

Ἄδηλον.

Αἰετὸς ὁ Ζεὺς ἦλθεν.) Aquila Iupiter uenit ad diuinum Ganymedem, cygnus ad flauicomā matrem Helenes, id eſt Ledam. Adeò ambo ſunt incomparabilia. horum duorum alijs aliud uidetur præſtantius, mihi autem utraq;. Et hæc dicta ſunt ab impuris amoribus dedito.

Ἄδηλον.

Εἴ μοι τὶς μέμφοιτο.) Quòd amori det operam, excu ſat ſe magnorum deorum exemplis, quos idem feciſſe per/ hibet, ſicut Chærea apud Terentium ſuſpectans tabulam pi ctam, &c. Si quis me culpauerit, ſciens quòd ſeruus amoris uagor, ſcilicet per urbem, uenatorem oculis uiſcum habens, ſcilicet puellarū, cognoſcat et Ioue et Ditē, marisq; ſceptri gerū, ideſt Neptunū, ardentiū ſeruū exiſtentē Cupidinū. Si aūt dij tales, ſcilicet ſunt, deos aūt dicūt ſequi debere homi/ nes, quid deorū opera ſeu facta addiſcens iniuriarū facio?

Αδηλου.

Χαῖρε κόρη, καὶ δὴ σύ.) Dialogus est, seu colloquiũ amatoris noctem exorantis, cui ancilla respondet, Salue puella. Respondet, Et tu. Quæ accedens, scilicet est? Quid ad te? Nõ temere quæro. Domina nostra. Sperare'ne licet? Quæris autem quid? Noctem. Fers quiddam? Aurum. Bono animo esto. Et tantum, scilicet fers? Non possum.

Αδηλου.

Αλλος ὁ μηνοφίλας λέγεται.) In Menophilam, scortum sceleratissimum. Alius Menophilæ dicitur apud meretrices mundus: alius, quoniam omnẽ degustat lasciuiam. Sed quando Chaldæi sunt prope illam, profectò illius cœlũ intus tenet & canem & gemellos.

Αδηλου.

Γινώσκω χαρίεσσα φιλεῖν.) Quid quondam despectus arroganti puellæ futurum prædixerit, nunc eidem insultando memorat. Scio ô gratiosa, amare ualde amantem, & rursum scio mordentem mordere. Ne tristitia afficias me admodum amantem te, neq; irrita τὰς βαρυοργήτους, grauiter irascentes, neq; uelis Pieridas. Hæc dicebam semper, & prædicebam, sed similis ponto Ionio sermones audiebas nostros. Próinde nunc, tu quidẽ sic ualde flens uoci feraris, scilicet ut catuli, nos autem in sinu sedemus Naïdis.

Ιουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων αἰγυπτίου.

Στέφος πλέκων ποθ', εὗρον.) Generis Anacreontei carmẽ est, quale et in primo libro habuimus. Dicit autẽ poëta, à Cupidine in rosis reperto, & uino hausto titillari, dum coronã cõcinnaret, & rosas calice mergeret. Iocus est multum festiuus & elegans.

οὐ

οὐ δύναμαί σ' ἐθέλων.) Sequuntur hoc loco multa epigrammata confuse posita, incertorũ authorum, quæ nos disiuncta & separatim ponere studuimus. quorum primum est ad puerum quendã cuiusdam φιλομείρακος. Est enim pro φίλην, in primo uersu legendum φίλον, si nolis claudicare uersiculum.

Ἄλλο.

Κῦρος κύριός ἐστι.) Allusio ad nomen proprium. Cyrus dominus est. quid mihi curæ est? si præter literam non lego pulchrum, sed uideo. Matris adhuc in sinu infans matutina ludens talis, meum spiritum lusit Cupido.

Ἄλλο.

Πῖν' ἀσκληπιάδη.) Consolatur amicum ἀναφρόδιτον ὄντα εἰς τὰ ἐρωτικά, atq; ut uino curas discutiat cohortatur. Bibe Asclepiade. quid istæ lachrymæ? quid pateris? non te solum dura Venus prædata est (legendum est οὐ σὲ μόνον χαλεπὴ κύπρις ἐλῄσατο) neq; in te solo deposuit arcus & sagittas amarus Cupido, quid uiuens in cinere ponaris? Bibamus Bacchi merum potum, digitus aurora, id est breue tempus est quod uiuimus. An iterum sopitricem lucernam uidere expectamus?

Ἄλλο.

Καλὸς ὁ παῖς ἀχελῷε.) Pulcher puer Acheloe, ualde pulcher. si uero quispiã nõ dixerit, sciã solus ego pulchra.

Ἄλλο.

Ἢν ἐσίδω θήρωνα.) Si uidero Theronẽ, omnia uideo: si autem omnia uideo, hunc autem non, rursum nihil uideo. Elegans laus, si applicetur pulchræ uirgini.

Ἄλλο.

Βαπτιζόμενον τὸν ἔρωτα φυγεῖν.) De se loquitur, quomodo

modo Cupidinem fugiens in amorem inciderit. Properabam Cupidinem fugere. illc autem paruam quum accendisset faculam ex cinere, inuenit me absconsum. Curuans autẽ non arcus, manus autem summo ungue duplici particulam seu fumulum ignis quum fregisset, illo latens percußit. Ex flamma uerò undiq; uersus me circumcurrit. ô grauem lucem, quæ illuxit mihi magnum ignem, faculam in corde.

Ἄλλο.

Κύπρι, τί μοι τριοσούς.) Veneri indignans, sic loquitur: Venus, cur mihi triplices in unam metam impegisti sagittas? in una uerò anima tria fixa sunt tela. Ac partim quidem comburor, partim uerò trahor. si uerò abnuero, titubo, seu hæreo, uehementi uero in igne totus ardeo.

Ἄλλο.

Οἶδα φιλεῖν φιλέοντας.) Concordat cum superiori, γινώσκω χαρίεσσα φιλεῖν, &c. Noui amare amantes, scio si quis me iniuria affecerit odisse: amborum enim non sum ignarus.

Ἄλλο.

Θυμὸς ἔρως, παρ᾽ ἐμοί.) Ad Venerem, cõmuni & uulgato amore se non delectari.

Ἄλλο.

Ὄρνιθες ψίθυροι, τί κεκράγατε.) Precatur aues, ut matutinos cantus cohibeant, & sibi cum amica dormienti quietem concedant. Aues garrulæ, siue susurratrices, quid uociferamini? quid me molestatis delicatis puellæ membris tepescentem? insidentes ramis lusciniæ. Si autem loquax mulierbre genus, scilicet est, obsecro manete in taciturnitate.

Ἄλλο.

Εἰ μισεῖν πόνος ἐστί.) Præfert amorem odio, tametsi utrumq;

utrumq; dolorem pariat. Si, inquit, odisse, dolor est, amare dolor, ex duobus reliquum eligo, melioris ulcus habere doloris.

Αλλο.

Πέντ' αἰτεῖς; δέκα δώσω.) Quinq; petis? decem dabo. & uiginti (si petis) statim habebis. Sufficit tibi aurum. sufficit & Danaæ.

Αλλο.

Εἰ τοὺς ἐν πελάγει.) Precatio ad Venerem. Si nautas in mari seruas Venus, & me in terra naufragum amicitiæ, serua pereuntem.

Αλλο.

Μισῶ τὴν ἀφελῆ.) Qualem uelit habere amicam ostendit, nec nimis simplicem, nec nimis pudicam: quòd hæc cunctanter, illa celeriter uelit.

Αλλο.

Ομματα μὲν χρύσεια.) Laus puellæ siue amicæ elegantis, quanquam semicanæ. Oculi quidem aurei, & uitrea facies, & os rubicunda delectabilius rosa (partem pro toto accipe) ceruix lygdo similis, & pectora candentia, & pedes argentea albiores Thetide (respexit ad Homerum, qui Thetidem subinde ἀργυρόπεζαν uocat) Si autē quid per capillos lucent spinæ siue aristæ, id est canicies, alba stipula nihil moueor.

Αλλο.

Φεύγειν δὴ τὸν ἔρωτα.) Cupidinem esse ineuitabilem, & ineffugibilem ostendit. Fugere Cupidinem, inanis seu irritus & uanus labor est. neq; enim euitabo, pedester à uolucri crebrò persequutionem patiens. Quidam ex latinis non dißimile quiddam de se protestatus est,

Risissem, si quis quondam dixisset, amabis:
Et tamen hæc nemo tela cauere potest.

Αλλο.

Τῷ μήλῳ βάλλω σε.) Petitam malo puellam precatur, ut uirginitatis eius se faciat participem, aut recusans ex pomo consideret, quàm fluxa & caduca res sit pulchritudo. Malo peto te (inquit) tu autem si ultronea me amas suscipiens, tuam uirginitatem imperti. Sin autem (quod nõ fiat) cogitas, hoc ipsum accipiens considera, perpende, pulchritudinis florem quàm momentanea, quàm euanida, quàm modici temporis. Quid autem sit μήλῳ βάλλειν, καὶ μήλῳ βληθῆναι, uide apud Suidam, & Erasmũ in prouerb. Malis petere.

Αλλο.

Φείδῃ παρθενίης;) Virginem duram & inexorabilẽ, & uirginitati parcentem, ad nuptiarũ communicationẽ solicitat dicens. Parcis uirginitati? quid tum postea? neq; enim ad inferos profecta, inuenies amatorẽ puella. In uiuis, id est inter uiuos, delectatiões uel illecebræ Veneris sunt. In Acheronte uero, ossa & cinis, ô uirgo, iacebimus.

Αλλο.

Πέμπω σοι μύρον.) Adulatorium carmen, cui non dissimile etiam suprà, de misso uirgini unguento legimus. Mitto tibi unguentum suaue, bene redolens, unguento exhibens gratiam, id est gratificans, non tibi. Ipsa enim odore afficere etiam unguentum potes.

Αλλο.

Ηδὺ θέρους διψῶντι, χιὼν ποτόν.) Hoc epigramma planè est bucolicum, & amatorium, quale est illud Virgilij, aut aliud simile:

Quale

Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo, &c.

Est autem græci carminis hic sensus: Dulcis æstate sitienti nix potus, dulce uero nautis ex hyeme uidere uernã coronã. Dulcé uero etiam quando cooperuerit una amantes uestis, & laudatur Venus ab utrisq;.

Ἄλλο.

Ὄμφαξ οὐκ ἐπένευσας.) *Vetulam, quæ neq; iuuencula, neq; iam uirgo maturior petenti morigerata est, precatur ut sibi saltem uuas passas, id est rugas suas cõmunicet. Videtur autem in primo uersu subesse menda, & pro ὅτε σταφυλῆ, legendum esse ὅτ' ἦς σταφυλὴ, ut hic sit sensus: Vua immatura, id est tu adhuc iuuencula, non annuisti, scilicet mihi, quando eras uua, id est iã matura uiro uirgo, repulisti, scilicet me. Ne inuideas dare uel minimã partem uuæ passæ, id est uel senectutem tuam mihi tandem communica. Sunt autem uerba pulchre figurata.*

Ἄλλο.

Κούρη τίς μ' ἐφίλησεν.) *Laudat puellæ osculum, quo & se inebriatum esse dicit, & multum amoris hausisse. Puella quæ me deosculata est uesperi labijs udis, nectar erat osculum. Os enim nectar spirabat: & inebrior ex osculo, multum amoris posteaquam potauerim.*

Ἄλλο.

Ἠράσθην, ἐφίλουν.) *Amore se potitum esse dicit. Amatus sum, deosculabar, potitus, perfeci, diligor. Quæ autem, & qua, & qualiter, dea, id est Venus sola nouit.*

Ἄλλο.

Ἐκμαίνει χείλη με ῥοδόχροα.) *Carmen amœnum & lepidum, cuius hic sensus est: Insanum faciunt labia*

*me rosea, diuersiloqua, ψυχότακῆ, animam liquefa/
cientia, oris nectarei ianuæ, siue limina. Et ocelli, siue pu/
pillæ densis sub supercilijs fulgurantes, uiscerum nostrorum
retia & casses, & mamillæ lacteæ, bene coniunctiles, uel
æquè distantes, amabiles, solidæ, omni delectabiliores rosa.
Sed quid indico uel demõstro canibus ossa? (id est, quid lau
dando tantopere hanc puellam, etiam alios in amorem eius
pellicio, ac non potius in sinu, quod aiunt, gaudeo?) testes
sunt, oris ianuæ carentis, id est garruli et multilo
qui, Midei calami, qui prodiderunt Midã
auriculas habere asininas.*

LIBRI SEPTIMI
FINIS.

LOCORVM ALIQVOT INTER

excudendum operarum incuria deprauatorum emendatior lectio.

Pagina 2. uersu 25. ferret 10. 12. *In mutilatos* 22. 11. *aliquando. & uersu 21. fortè legendum* ἐκκορίζειν. 32. 15. *seu fato* 33. *in margine, uersu 5. ut quidam* 39, 19. ἐτῶν 48. 4. ἄνακον. & *uersu 6.* εὐάδει 54, 27. *sustinentur* 59. 25. ὅς. & *uersu 27.* Telembroto. 60. 25. δ' ἑρατεινης 77. 24. φιλακοιδόν 83. 1. *contendenti.* Eadem 2. εὐανάκλαστα. & 10. μεταξύ. & 23. *assimilentur* 89. 1. *uolentibus* 92. 17. *dicant* 97. 9. *uterq;. & uersu 10.* Ἀχιλλεῖς. 116. 17. *Licini & 19. Cautus* 121. 26. πόσει 130. 30. *fluxibilibus* 133. 16. συμπλῶμαι. 142. 25. *forte legend. Cæsaris uitam, &c.* 143. 15. *Antigonum* 144. 10. *suprôrum,* 148. 13. ὑποδηκιαδ. 153. 11. *Corinna. & 13. Suidam* 153. 7. *Lesbias* 156. 3. *benefactoribus,* 159. 19. *tibi* 169. 6. *libro. quidam* 173. 25. *calamitatem,* 175. 28. *meretrix peperit, &c.* 186. 13. ἀγχίπορος 190. 8. *Chiliade* 192. 2. *studiosissimus. & uersu . 15 saltem* 203. 12. ὀρθὸν 209. 22. *pacem* 312. 14. *utar* 377. 19. *capillos* 402. 17. *priuauit* 437. 16. *duxistis* 484. 11 (*Aequiuocatio* 508. 6. *supplicem, scilicet tibi. & uersu 18. supplicatione. lubr.* 509. 19. παῦ δαμάτωρ 512. 2. φωσφόρε. & 11. *testimonio* 513. 4. *Telephus. & 21. lachrymantem* 523. 26. *opera fiunt,* 526. 22. *fœdæ* 522. 12. *uitiatoribus. Iuuenculis,* 539. 8. *Gratiæ tres dederunt gratias.*

Ad reliqua, si qua fortè occurrant, æquus lector facilè conniuebit.

A

ἄλθω

ἀπέπαντος

Athoma/

καρω

Cleombro

F

Iunonis

M

Philænis

Sthenelais

FINIS,





BASILEAE IN OFFICINA
NICOLAI BRYLINGERI,
ANNO M. D. XXXX.
Mense Septembri.

